
PRACTICA

CRIMINALIS D. PETRI FOLLERIJ I.V.D. Celeberrimi, dialogicè cõtexta, ſecundùm diſpoſitionem Capitulorum, Conſtitutionum, Pragmaticarum & Rituum Regni Neapolitani.

Non omiſsis eiuſdem fragmentis, quibus ſummatim recenſentur quæ addita, correcta, & de nouo in criminibus per ius municipale ſtatuta ſunt.

Ex innumeris quibus ſcatebat mendis purgata, & priſtino candori reſtituta.

Adiectis Summarijs ac Indice omnium copioſiſsimo.



VENETIIS,

Ex officina Eraſmiana, Vincentij Valgriſij, & Balthaſſaris Coſtantini.

M D LVIII.

INDEX RVBRICARVM PRACTICAE D. P. FOLLERII.

INDEX

INDEX ET LOCVPLEX ET FIDELIS IN PRACTI. CRIM. D. PETRI FOLLERII.

accusator

C.

clerius

con-

confeſsio

b In

D

tur

ex

S.

sen-

vernni

tortura

V

vassalli

FINIS.

PRACTICA CRIMINALIS

DIALOGICA DO. PETRI Follerij, I. Caes. & Pontificij celeberrimi interpretis, in qua de regimine officiorum secundùm practicam regni, constitu. capitu. prag. & rit. mag. curiæ vicariæ tractatur, fœliciter incipit.

DIVISIO, ET ORDO PRAXIS.

ORDO huius praxis criminalis huiusmodi est. Per modũ dialogi omnia in ea cõtenta resoluuntur, tractanturq́;. & ob id tres interloquutores interuenient. Fiscus, Inquisitus, & Iudex. Fiscus semper proponet ea, quæ ad fisci vtilitatẽ facere videbuntur. Inquisitus verò ea, quæ ad defensionem reorũ facere visum fuerit. At Iudex dubia resoluet. Et diuidetur in septem partes.

In Prima tractabitur de moribus iudicum, & de eorũ forma, & modo viuendi.

In Secunda tractabitur, qualiter se habebunt iudices circà modum procedendi in criminalibus. & hæc subdiuiditur in duas. in prima tractabitur, qualiter procedatur contrà contumaces. in secunda, qualiter contrà captum, vel comparentem.

In Tertia qualiter procedatur cõtrà confessum. & hæc subdiuidetur in quatuor: in prima tractabitur de confessionibus iudicialib. in secunda de extraiudicialibus: in tertia de cõfessionibus extortis ꝑ tormenta: in quarta de confessionib. fictis.

In Quarta principali parte, qualiter procedatur circà impositionem pœnarum, & exequutionem iusticiæ.

In Quinta, qualiter debent se habere iudices in fine officij.

In Sexta, de formis capitulorum in pluribus delictis, & exceptionum reorum.

In Septima & vltima, de laudibus & fructibus officiorum.

SVMMARIVM PRIMAE PARTIS.

1 Iudex debet habere authoritatem, scientiam, experientiam, & bonam vitam, & nu. 2. 3.
4 Nec debet esse partialis, sed cõmunis.
5 Nec debet fauere vni parti magis quàm alteri.
6 Debet etiã, antequàm partibus ius reddat, prospicere ne quid durius, aut remissius cõstituat.
7 Iudex non rectè iudicãs, audiat quid sibi dicitur.
8 Iudex debet habere fidelitatẽ.
9 Item debet esse mitis & placidus.
10 Sed in examinando reos terribilis.
11 Nec debet esse nimis crudelis.
12 Debet corrigere subditos ex dilectione & non ex odio.
13 Nec debet excandescere aduersus eos, quos malos putat.
14 Benignè auscultet subditos.
15 Accusationes omnes nõ sunt admittendæ.
16 Accusantis nomen & cognomen scribendum est.
17 Iniuriari nõ debent vassalli.
18 Concussio nõ debet fieri subditis.
19 Allegationes partiũ sunt audiendæ.
20 Silentium est imponendũ temere allegantibus.
21 Iniuriari nõ debẽt appellãtes.
22 Iudicare est munus publicũ.
23 Delicta sunt punienda.
24 Iudex non debet vti gratificatione in pœnis.
25 Iudex non debet esse nimis fauorabilis in arbitrarijs.
26 Accusationes debẽt recipi seruatis seruandis.
27 Iudex tenetur inquirere vbi poteſt ex officio.
28 Iudex tenetur occurrere rixis.
29 Calumniose petentes non debent audiri.
30 Iudex debet inuestigare veritatem.
31 Iudex cum magna attentione debet iura vtriusque partis audire.
32 Officium iudicis non est nisi ad petita.
33 Iudex debet determinare per argumenta, & rationes legũ.
34 Iudex debet cõtrouersias dirimere p sententiã vel cõcordiã.
35 Nec debet pati illicitas extorsiones. (quàm lex.
36 Nec debet quẽ grauare ĩ plus
37 Angarijs, et perangarijs non debent grauari comitatenses.
38 Iudex debet habere puras manus.

Iudi-

39 Iudicium debet conformari cũ veritate.
40 Iudex non debet audire iniusta petentem.
41 Et debet iniustitias remouere.
42 Et debet tueri subiectos, & eis illatas iniurias non inultas permittere.
43 Officio iudicis incũbit violentias prohibere.
44 Iudex debet lites dirimere.
45 Debet etiam partes releuare à grauaminibus, & expensis.
46 Debet etiam ostendere vultum terribilem delinquentibus.
47 Debet sedere, & non stare, & patienter audire aduocatos.
48 Iudex qualiter se debeat gerere. & nu. 49. 50. & 60.
50 Iudex non debet nimiam familiaritatem cũ subditis habere.
51 Debet etiam cuncta inspicere, & rerum ordinem inquirere.
52 Debet antequàm incipiat officium exercere, se informare à prædecessore.
53 Debet etiam in diebus festiuis visitare carceratos. & absque causa carceratos ex officio dimittere. nu. 59.
54 Iudex non debet accedere ad terras, vbi sunt partialitates.
55 Nec debet officia assumere, vt quæstui & pecuniæ deseruiat.
56 Nec sit deditus mulieribus, & scortis.
57 Nec debet esse auarus.
58 Iudex non debet esse facilis ad capturam eorum, qui deferuntur.
60 Et debet esse fortis, & æquus.
61 Arbitrium iudicis debet esse regulatum à iure.
62 Iudex debet patienter audire inquisitos.
63 Et debet se abstinere à muneribus.
64 Iudex videat quis dicatur.
65 Et debet inclinare ĩ mitiorem partem.
66 Ingressus officij quomodo debeat fieri.

PARS PRIMA.

¶ Studeat se ornare benè viuendi moribus. Rub.

FISCVS.

SAEPENVmero domine Iudex desiderio desideraui sub compẽdio scire, in quibus versari debeat officium recti boniq; iudicis: & qualiter debeat se habere, quibusq; moribus debeat esse imbutus, vt sic scire possem, in quibus malè se habeat, & in quibus non. Et tamen hucusq;

 nullum

nullum reperire potui, qui mihi hoc explanaret: quocirca te rogo, vt si possibile est, hoc mihi declares. Scio enim te semper elaborasse re, & verbo in bono regimine officiorum, quæ pro tempore tibi commissa fuere. ¶ IVR. Satis mihi placet domine Fisce propositio tua, etsi mihi aliquid oneris afferat: id circo scire debes, quòd in iudice quatuor principalia debent concurrere. primum, quòd habeat authoritatem, cum aliàs non diceretur iudex. secundum, quòd habeat bonam vitam. Nam ait tex. in c. fo. rus. in fin. extra de verb. sig. quòd non potest iustitia cum scelerato habere commercium. Et alicubi dicit Cic. Cupiditatibus principum, & vitijs infici solet tota ciuitas: sic emendari, & corrigi cõtinentia. Et paulò post ait: Nec enim tantum malum est peccare principes (quanquam est magnũ hoc per seipsum malum) quãtum illud, quòd permulti etiam imitatores principum existunt. Nam licet videre, si velis refricare memoriam temporum, qualescunq; summi ciuitatis viri fuerint, talem ciuitatem fuisse, quæcunque mutatio morum in principibus extiterit, eãdem in populo fuisse sequutam. Et rursus ait: Quo perniciosius de rep. merentur uitiosi prĩcipes, quòd non solum vitia concipiunt ipsi, sed ea etiam infundunt in ciuitatem. neque solũ obsunt quòd illi ipsi corrumpuntur, sed etiam, quòd corrũpunt. plus exẽplo, quàm peccatur, peccant, atq; nocent. Ait etiam Sapiens in lib. ecclesi. c. x. Rector sapiens erudit populum suũ, & principatus cordati est compositus. qualis rector ciuitatis est, tales & ministri eius. qualis item princeps vrbis, tales & omnes eius incolæ. Rex imperitus perdet populum suum: at pruden tia procerum vrbs incolis frequẽtabitur. Et idẽ in lib. prouer. c. 29. ait: Cognoscit sapiens miserorũ causas: impius verò nihil pruden tiæ aut cognitionis habet. illusores illaqueant vrbem: at sapiẽtes auertunt iram. princeps qui animum aduertit ad res vanas, atque mendaces, huius ministri omnes impij sunt. Et ibidem: Quũ præsunt impij, crescit transgressio: at iusti causam eorum intuebuntur. Debet enim qui aspirat ad regimen ciuitatis, ante oculos semp habere id, quod scribitur per Sapien. in li. Eccl. c. 32. dum inquit: Si rector constitutus es, ne efferaris, sed cæteris te præbeas æquabilem. habe curam eorum, & sic demum reside. fac omni tuo fungaris officio, & quiesce cum laude, vt læteris nomine eorũ, decorisq; gratia coronam accipias. ¶ † Tertium requisitum, quod requiritur in iudice, est scientia, licet istud tertium non in omnibus requiratur, cum administratores prouinciæ, & alij officiales possint creari illiterati, dum tamen habeant penes se assessores peritos, vt dicit tex. in authen. de iud. & ut nulla. ver. nostris enim. col. vj. vt docet Mar. j. §. occurrunt. nu. 3. vers. tertio: si uis. in praxi cri. In assessoribus autẽ, & alijs officialibus, qui non habent assessores, requiritur cõcursus istius tertij requisiti, cũ iudex habere debeat duplicem salem, videlicet, scientiæ, & conscientiæ in mente sua, vt dicit Bal. in l. ij. C.

ij.C.de senten.ex breui.reci.quòd sine scientia esset insipidus,& sine cõscientia esset diabolicus. Iudex enim debet habere notitiam boni & æqui,vt dicit tex.in l.j.in prin. ff.de iu.& iur.& ita propter administrationem iustitiæ,quæ est notitia separationis iusti, ab iniquo, & iniusto, vocantur sacerdotes. Ad declarandum enim quid velit lex,nõ sufficit,quòd sit iudex, sed
3 etiam quòd sit peritus. ¶ † Quartum requisitum est experientia,vt dicit text.in d.auth. de iudi. & ut nulla.post prin.ver. non enim existimauimus. vbi Imperator detestatur etiam eorum iudicum nomina,qui carent peritia legum, & illorum, qui causarum non habẽt experientiam; & sic non solum requiritur vita, sed vita cum sciẽtia,& non sufficit vita cum scientia,sed etiam requiritur causarum
4 experientia in iudice. ¶ † Præcauere enim debet iudex, vt non sit partialis,sed communis. Nam, vt dicit Bar.in tra.de Geb. & Guelf. nõ decet honestũ uirum aliquod dictorum nominum partialitatis assumere. maximè uerò in eo,qui ius reddere debet, est abominabile.cum sicut lex est communis,ita etiam debet esse iudex. vnde dolendum de eo, qui per partialitatem, & pecuniam, atque fauores, & insuper absque eo,quòd in sufficientia sit approbatus,vt decet,ad tribunal,vbi ius reddi debet, se intrusit. Intentio enim iudicis debet esse in utilitatem communẽ: hoc est: quòd in iudice non debet esse particularis consideratio vnius personæ,sed nulla habita cõsideratione ad personam.debet legem effectui tradere. aliàs non diceretur legis exequutor, sed potius legis transgressor. unde iudex euitare debet omnem occasionem, ne eius intentio in alterã partem declinetur. ¶ † Nec de-
5 bet fauere vni parti magis quàm alteri. aliàs recusari posset,secundum Innoc.in c. accedens. ut lit. non conte.& Bal.in Marga.versi. iudex. Taliter enim se debet habere, ut apud eum non sit excep. personarum, secundum Spec. in titu.de deleg.versic.viij. Itẽ quòd est odio, & proinde debet carere passionibus animi, quòd non debet moueri præce,prætio, & odio vel amore.Cle.1 Glos.& ibi Cardin. de hæred.xj.qõ.iij.quatuor.
6 ¶ † Debet enim iudex prospicere antequam ius partibus reddat,nequid durius, aut remissius constituat, quàm causa exposcit. nec enim aut seueritatis, aut clemẽtiæ gloria affectanda est, sed perpenso iudicio, prout quæque res expostulat,statuendum est. Planè in lenioribus causis proniores ad lenitatem iudices esse debent: in grauioribus seueritatem legum, cum aliquo temperamento benignitatis subsequi.l.respiciendum. & l.hodie.ff.de pœn. & debet habere respectum ad id,quod fieri solet. secundùm Gloss. d.l.respiciẽdum.& l.si finita,in prin.ff.de damno infect. punireq; debet coniunctum, sicut extraneum: & magnum, sicut paruum. cauereque debet ab exceptione personarum. l. fin. & ibi Gloss.ff.de re.di. neq; fauorem impietati ꝓ iuribus impartire debet, c.qui potest obuiare.xxiij.q. iij. aliquando enim secundum iura vtetur mera iustitia,quandoque rigore iuris,quan-

doque æquitate, secundum per-
sonas, causas, loca, & tempora:
vt c. sicut dignum in prin. extrà,
de homi. quinimò etiam æquita-
tem præ oculis habere debet. l.
quòd si Ephesi.ff.de eo, quod cer.
7 lo. ¶ † Dicit enim Glo.l.ad splen
didioris. C. de diuer. offic. & ap-
pa.iudi.lib.xij. Discite ergo iudi
ces finium terræ: præbete aures,
qui continetis multitudines, &
placetis uobis: in turbis natio-
num, quoniam data est à Domi-
no potestas vobis, & uirtus ab al-
tissimo, qui interrogabit opera ve
stra, & cogitationes scrutabitur.
Qm cùm essetis ministri, regni il
lius, nō rectè iudicastis, nec custo-
distis legē iustitiæ, neq; secundū
voluntatē Dei ambulastis, horren
dè, & citò apparebit vobis. Quo-
niā iudiciū durissimū in his qui p
sunt, fiet. Custoditio legum, cō-
summatio incorruptionis est, in-
corruptio facit esse proximum
8 Deo, ut sapien. c. vj. ¶ † Debet
etiam iudex habere fidelitatem,
vt dicit text. in proœm. instit. §.
cumq; hoc. ibi, circa nostras ius-
siones fidē. & hęc ē fidelitas, quā
iudex debet habere circa iussio
nes principis, quæ sibi commit-
tuntur: hoc est, vt leges, quas
facit princeps, obseruet eas ad
vnguem. Si enim iudex discre-
pat in aliquo à lege, infidelis est,
siue hoc faciat malitia, siue igno-
rantia, & perdit effectum iudicis.
& hoc est, quod dicit text. in c.
iudicet.iij.q.vij. Bonus iudex ni-
hil ex arbitrio suo facit, & ex pro
posito domesticæ voluntatis, sed
iuxta leges, & iura pronuntiat.
9 ¶ † Item Iudex debet esse mitis,
& placidus omnibus, & habens pa
ternam affectionem, vt in auth. de
10 manda. princ. §. præcipue. ¶ † Li-
cet in examinando reos criminis
debeat se ostendere terribilem,
vt in authenti. de manda. princ. §.
talē vero. not. in l. obseruandum
11 .ff. de offic. præsi. ¶ † Non tamen
debet esse nimis crudelis, alias re-
moueri posset, sicut si esset nimis
negligens. l. j. & ibi Bart. C. de off.
12 præfe. vrb. ¶ † Imo debet subdi-
tos ex dilectione, & non ex odio
corrigere. xxiij. que. iiij. ca. ita. &
quanto maius est peccatum, tan-
to seuerius est vindicādum, vt. j.
13 q. iij. c. ex multis. ¶ † Et ī cogno-
scendo neque excādescere aduer-
sus eos, quos malos putat, neque
precibus calamitosorū illachry-
mari oportet, id certè non con-
stantis, & recti iudicis est, cuius
animi motum vultus detegit: &
summatim ita ius reddere debet,
vt authoritatem dignitatis suo in
genio augeat. l. obseruandum. ff.
de offic. præsid. & l. quisquis. C.
14 de postulan. ¶ † Benignè auscul-
tet subditos venientes ad eum, &
iustitiam petentes, prouideatq;
indemnitati eorum, eosque non
repellat, aliàs teneretur de iusti-
tia denegata, & puniretur cri-
minaliter, ac parti teneretur ad
interesse. l. j. ff. de va. & extraord.
cog. & quot modis dicatur iu-
sticiam denegare, uide Par. de
Pu. in lib. syndi. in titu. de quin.
syndi. offic. versi. qualiter autem
15 probabitur. ¶ † Sed nec admit-
tat de facili omnes accusationes,
& querimonias, nec eis statim
credat, sed moneat, & examinet
deferentes, cuius existimatio-
nis sint, cuiusve qualitatis, & fa-
mæ, & qua intentione accusent,

quasve

quasve ꝓbationes afferant, & nō
ſtatim iraſcatur contrà delatos,
eos proſequendo odio, ut ſolent
facere quidam proterui Iudices,
qui ſtatim habita accuſatiōe ira-
ſcuntur cōtrà miſeros accuſatos,
& eos odio ingenti proſequūtur,
vt de hjs omnibus habeť per Spe-
cu. in tit. de indi. præpara. uerſi.
circà iudicē. Solent enim frequen
ter ꝑ calumniam fieri querelæ, vt
aliquid extorqueatur à delatis, ut
dicit Par. à Put. in lib. ſyndi. in fi
ne ſui tractatus. uerſi. quidam vir.
multos caſus in facti cōtingentia
referens. Conſideret etiam, ſi deli
ctū. de quo fit accuſatio, poterat
impunè fieri vel ſecundum formā
ſtatuti, vel aliter: vt ſic non admit
tat, nec recipiat dictam accuſatio
nem, ſecundùm Bar. in l. ſi ſeruus
.C. de his, qui ad eccl. confu. uide-
atq́;, ſi accuſare uolens tacitè, vel
expreſſè renuntiat accuſationi, ꝙ
repellendus eſt. l. accuſationem, &
l. ſi ea quæ. C. qui accu. non poſſ.
16 ¶†Similiter redigi in actis faciat
nomen, & cognomen querelam
producētis, aliàs querela non tene
ret. ſecūdum Bal. in l. pe. C. de ac-
cu. & Alex. in l. libellorum. ff. eod.
17 ti. ¶†Caueat vt ab igne, ut uiolē-
tas manus in ſuæ iuriſdictioni ſu-
biectos non imponat, verberādo,
uel eos aliis ĩiuriis afficiēdo, quia
teneretur actione iniuriarum. l. j.
.§. iniuriam autē. verſi. quotiens
18 man⁹ inferunť. ff. de iniu. ¶†Nec
inferat eis metum, vt ipſos redu-
cat ad compoſitionem: ſed in cau
ſis procedat ſeruato iuris ordine,
cum aliàs committeret concuſ-
ſionem, & teneretur criminaliter,
& puniretur, ſecundū Par. de Put.
in li. ſyndi. in tit. de qui. ſynd. off.

19 ¶†Audiat, & recipiat allegatio-
nes partium, & eas nō recuſet vi-
dere, & audire, & cum aduocatis
partium diſcutere, aliàs puniretur:
per l. argētarius. §. cum autē. ff. de
edendo. quod dicit Bald. in l. nec
quicquā. §. proficiſci. xvij. q. pro-
cedere poti⁹ de allegationibus fa
cti, quàm iuris. vt dicit etiam Par.
à Put. in lib. ſyndi. in verbo, alle-
20 gationes. ¶†Temerè allegātibus
ſilentium imponat, cum ad id te-
neatur ſecundùm Bal. in l. j. C. de
lega. ſtudeatq́; partes ad concor-
diam reducere, cùm etiam ad id te
neatur. l. æquiſſimum. ff. de vſufr.
21 ¶†Appellantibus ab eius ſenten-
tiis aliquam iniuriam nō inferat,
aliàs puniretur. l. minimè. C. de ap
22 pe. ¶†Et quia iudicare eſt mun⁹
publicum. l. quippe. & l. iudicare.
& de iudi. ideò oportet iudices cū
cta rimare. c. cum Ioānæ. extrà, de
fi. inſtru. c. ſuper quæſtionū. de of-
fi. dele. §. intentionis. & debet à
ſeipſo iudicare, & non habere cō-
ſilium cum aduocato partis aduer
ſæ, ſecundum Glo. in l. proximè. ff.
de his quæ in teſt. delen. poteſt ta
mē cum aduocato partis aduerſæ
diſputare, & ipſum reducere ad in
conueniens. l. Offidius. ff. de lega.
iij. & pōt emendare libellum ab
aduocato formatum, & quod pro
nūtiauit defendere. c. dilectus. ex-
23 trà, de reſcrip. ¶† Maleficia pu-
niat, inueſtiget, & inulta nō ſinat
pertranſire: nam diſſimulantes ma
leficia, & non punietes, acriter de-
bent puniri. l. j. de deſert. ſecundū
Bart. ibi. & l. fi. C. publi. læti. lib.
xij. & ibi Bar. & punietur, ſicut ip
ſi ſcelerati. vt l. fi. C. ne ſanct. bap.
& l. ſiquis in hoc genus. C. de epi-
24 ſc. & cleri. ¶† Et boni iudicis eſt

vti gratificatione in pœnis, & absoluere, vel condemnare. tamē recta via est condemnare, & vti seueritate, & non pietate in enormibus. l. diuus. ff. de re. iu. in verbo, sentire. & Bald. in l. ea, quæ. C. de condic. inde. & si gratia, vel dissimulatione non punit maleficia, ipse debet puniri, secundum Bar.
25 in. l. j. de deser. li. xij. ¶ † In arbitrariis non sit nimis fauorabilis, quia cui dat laxior habena, magis præ oculis habere debet æquitatem. l. ꝙ si Ephesi. ff. de eo, quod cer. lo. & in auth. de iureiuran. quod præsta. ab ijs. secūdum Bal. in l. fi. de pe. iud. & Inno. in c. cum
26 æterni. de re iudi. in vj. ¶ † Sit diligēs in recipiendis querelis seruatis prædictis, & ipsis receptis procedat ad examen testium, & ad diligenter inuestigandum, & celeriter de expositis in querelis quærēdo indicia, coniecturas, & præsumptiones, ex quibus animus suus meritò moueri, & informari pōt ad credendum, vel non credendū ea, quæ exposita fuerunt in querelis: aliàs diceretur negligēs, & faceret litem suam. l. argētarius. §. cum autem. ff. de eden. in uerbo, iudice. & l. mancip. & ibi Bal. C. de ser. fugi. & non admittens querelas iustas, & non examinans testes super eis, quomodo puniatur, vide Ange. de Are. in lib. malefi. in verbo, nec
27 hoc ad querelam. col. xxiiij. ¶ † Similiter in casibus, in quibus ex officio potest inquiri, & procedi, attendat cum omni diligentia ad inquirēdum aliàs teneretur de negligentia, secundū Bald. in l. Gal. ī prin. ff. de lib. & post. & ibi Imo. Tenet enim ex necessitate officij purgare prouinciam malis hominibus. l. cōgruit. ff. de off. præsi. & facit, quod no. Bal. & Ang. in l. mā
28 cipi. C. de ser. fugi. ¶ † Occurrat cum diligentia rixis, tumultibus, & armorū terroribus, & obuiare videat maleficijs: aliàs posset ab officio remoueri, secūdum Bal. in l. j. §. quies. ff. de offi. pfe. vrb. & Bal. in l. j. C. de sum. trini. & fi. cathol. & in l. nullus. C. eod. tit. & Cy. in l. seruus. de noxa. quod limitat Par. à Put. in lib. syndi. in verbo, negligentia. uer. qualiter autem arguatur officialis videns. nisi esset rixa cum armis, quæ non posset sedari absque periculo suæ personæ.
29 ¶ † Prospiciat insuper iudex, ne quid per calumniam petatur, vt l. ij. C. de fal. & non audiat calumniose petentes, sed ad anteriora procedat, secundum Inno. in cap. post electionem. extrà de concess. præben. quem Bal. refert in l. peremptorias. C. senten. resci. non po. debet aūt obstantia amouere, & ad rem, de qua agitur, venire: & nō debet pati, quòd per cauillationem cā protrahat. l. ita nobis cor-
30 di pudor. C. de adulter. ¶ † Sed inuestiget veritatem, & de hoc conetur totis viribus. l. is, apud quē. ff. de edend. & l. fi. de proba. & l. si actor malit. eo. tit. & l. comprobatio. ff. de prob. & l. p hanc. de tēp. app. & ob id, dū suspicatur de falsitate testium, debet ipsos interrogare, si starent, vel sederent tpe eorū depositionū, & de multis alijs qualitatibus, secūdum Bal. & Sal. in l. testium. C. de testi. Imò dēt laborare, ut intercipiat testes, si ei suspecti uidebuntur. secundū Bal. in margarita. in ver. iudex laborare debet. & dicit ita velle Inn. ī c. cum causam. in fi. de testi. interrogando

gando testes de circunstantijs, & eos inuoluendo in multis circunstantiis, in quibus etiam non consistat substantia negotij, secundũ Dec. in regul ea, quæ. de regu. iur. nu. 4. cum sequen. & plene hẽtur per do. Thom. Gra. uoto ij. nu. 16.
31 ¶ † Audiat cum magna attẽtione iura vtriusq; partis, & illa diligenter examinet ipsis pręsentib9, vel contumaciter absentibus, quia cũ magno strepitu, & conflictu est dãda sentẽtia definitiua. l. j. C. cõmi natio. vel epi. secundũ Bal. in l. ab eo. C. quo. & qñ iu. nec aliquid faciat ad clamorem, quia legib9 magis, quàm clamoribus dẽt adhære re. l. decurionum. C. de pœn. & ibi
32 Bal. ¶ † Nec extendat se, nisi ad ea quę sunt à se petita, & nõ vltrà l. j. ff. ut in po. lega. & no. in l. vinum. ff. si cer. pet. & l. fi. de fide. liber. nisi ueniant in consequentiã petitorum. l. si quis. §. iudex. ff. de dãno
33 infe. ¶ † Debetq; casus dubios p argumenta, & rationes legum determinare. l. qui filiũ. §. fi. ff. ad Trebel. & l. diui. de iure pat. pcedendo etiã de similibus ad similia, nõ
34 derogãdo legibus. ¶ † Boni. n. iudicis est controuersias dirimere p sententiã, vel concordiã. l. j. §. & post. de no. op. nunti a. arg. l. æquissimum. de vsu. & in l. quidã exi stimauerũt. ff. si cert. peta. faciat oia p regulas artis. i. leges, & constitutiones. aliàs punitur, nec eũ excusat ptẽsa conscientia, quia iniuriã faciũt legibus, qui volũt se meliores videri, q̃ ipsæ leges: vt in auth. de iudi. §. oportet. & in eius mẽte dẽnt esse duo sales. c. cum æterni. de iu. secundũ Bal. ĩ l. ij. C. qũo, &
35 qñ. iu. ¶ † Caueat ne patiat̃ illicitas extorsiones, sed ex officio ęas repellat. l. vbi pactũ. de trãsa. & l.
36 illicitas. ff. de off. psi. ¶ † Nec quẽ grauet in plus, q̃ lex, quia mensiudicis psumitur esse conformis mẽti legis. l. & puto. ff. fami. her. §. j. & l. nam & ipsum. ff. de iust. & iur. secundum Bal. in l. ij. C. si pẽ.
37 appel. ¶ † Nec debet grauare comitatenses angariis, seu perangariis, mandando vt cum bestiis portent ei victualia, vel xenia, ut in authen. ut indi. sine quo. suffra. §.
38 non permittas. & ibi Ang. ¶ † Habeat puras, & mũdas manus, ut in auth. vt iud. sine quo. suff. §. si quis autem. quia deus præcipue quęrit omnium sacerdotum puritatem, vt ĩ auth. quo. opor. epis. §. si quis autem talis, & in. §. oportet. de mãda. prin. extrà, de vi. & hone. cleri. c. ab omni. vndè & præses iubetur consiliarium assumere virũ optimum, purũ vndiq;, & cõtentũ ijs, quæ à fisco sibi dantur, vt in auth. de man. prin. §. festinabis. aliàs satisfactione parti, quam læsit, punitur, vt in auth. de armis, §. si quis autem. & l. j. de extraor. crimi. & in l. j. C. in quibus cau. colo. Iudices. n. maculãt iudicium octo modis: timore, cupiditate, odio, & amore. xj. q. iij. quatuor. & qñ pauperum non miseretur in iudicio. xxiij. q. iiij. c. est iniusta. & exodi. xxiij. & nimia seueritate, & nimia remissione xlv. distinct. disciplina: & ignorantia. insti. de obliga. ex quasi deli. in princ. & si ipsi iudices se furtis, & sceleribus deturpant, omni dignitate priuantur: insignibus, ornamentis, nobilitatibus, honoribus, quæ omnia ex dignitate iudiciali, si benè se gerunt, consurgunt. l. iudices. de dignita. & l. pen. de vetera.

Nam

Nā cùm à iuſtitia deuiant, quia di cuntur ius dicētes.c.forus.de ver. ſig.perdunt nomē iudicū.xj.q.iij. c.ipſe.Nā debent eſſe iuſti, & qua ſi immobiles,vt colūnæ.ij. q.ix.c. reuera.vt non ſe flectant contra legem,ſed iuris integritatem cuſtodiant,vt in authen.de trien.& ſemiſ.§.ſi quis autem.ideò debent ſic ſuas adminiſtrationes gubernare,ut nullus eorum aut cupiditati ſit deditus, aut violentias aliquas vel ipſe inferat,vel iudicibꝰ, aut eorum officiis, aut quibuſcunque aliis inferre permittat.de offic. præfec. præt. Afri.l.j.§. optimus.& dicitur in d.c.forus.ꝙ iudex debet eſſe vt neruus, qui non frangitur, ſed plicatur, aliàs non eſt iudex:eſt.n.Dei miniſter in terris.xv.q.j.nec is xxiij.q.v.non ſolùm.pronuntiabit igitur velut de vultu Dei iudicium. qui eſt via, veritas,& vita.c. vt noſtrū.de ap.
39 & c.j.ut eccle.benefic.¶†Debet conformare iudicium ſuum cum veritate, & ipſam ſummopere ad lucem producere.l.fi.ff.de proba. &.l.illicitas.§.veritas. ipſiusq; veritatis probationes omnes ampliare,& eis fauere, ut ſaluæ ſint.l.curetur.ff.de teſti.& l.ne quid.ff.de incen.rui.nau.qui ſi ſeruata legis litera repugnantis conſcientiæ ueritatē ſupplātet, aīam occidit, & eius iudicium ſordeſcit in conſpectu ſupremi iudicis. quia ab ipſis legibus damnat. quia uerba legis non ſunt calūnianda,ſed qua mente dicta ſunt, conſideranda.l.exhi
40 bere.ff.de exhib. ¶†Nec debet ꝓpitiis auribus audire iniuſta petētē.l.ſi extraneus.ff.de iur.do.§.j. ubi glo.auribꝰ audio, ore loquor,
41 ſic ore locuta ē. ¶†Sed debet iniuſtitias remouere, præſumptiones abſcindere, laborantibus ſuccurrere, opprobri js locū non prębere,& ei,qui calumniam, vel opprobriū patitur,adiutoriū ferre.l.
42 j.C.de nu. & iij.q.j.c.deꝰ.¶†Debet etiam tueri ſubiectos,nec illatas illis iniurias inultas permittere l.ij. in fi. de luc.aduo. quia ſceleſtorum graſſatur iniquitas, ſi trāſit impunè eorum præſumptio. nā rigidè in eos eſt exercenda iudicialis authoritas, ne amplius creſcat ſpes eis talia cōmittēdi.xxiij. q. v. relegantes. pœna quippe ſapientem facit, quem culpa oſtendit inſipientē. xxxviij. diſt. quia ea.& l.cōgruit,de offi. præſi. & ꝑ indulgentiā datur iterata occaſio iterata flagitia cōmittēdi.L.
43 di.c.de ijs clericis.el.j.¶†Nā iudicis officio incumbit violentias prohibere, & purgare prouincias malis hominibus, ſecūdum Spec. in ti.de offi.omnium iud.§.7. & l.
44 congruit.ff.de off.prǫſ.¶†Debet etiā lites dirimere ſecūdum Spec. in tit.de aduo.§.vj.uerſi.vel ſic in
45 qualibet. ¶† Officio enim iudicis incumbit partes releuare à grauaminibus,& expenſis,& emendare cuncta, quæ lites impediunt,& exactiones officialium,& notariorum refręnare.ſecundum Spec.in ti.de ſalar.§.ij.verſ. ſed quid erit. Curare enim debet ne proceſſus friuolis exceptionibus protelentur.c.cum ceſſante.& ibi Doct.de app.& l.non ignorat. C. de fruct.
46 & li.expen. ¶† Debet etiam iudex oſtendere uultum terribilem delinquentibus.vt in auth.de mādа.princi.§.tale.non autem contra innocentiam,niſi ad præludia, & principia inueniēdi veritatē.ue l.fi.

l.fi.C.ad Syllania.ſecũdùm Alex. in l. j. in princ. ff.quod met.cau.
47 ¶ † *Cùm cõtigerit* aduocatos cauſarum ad iudicem uenire pro allegandis iuribus clientulorum, debet ſedere, & non ſtare, vt dicit Spe.in ti.de ſen.§.iuſta.verſi.item eſt nulla ratione: & diligenter inueſtiget, & intelligat, quæ dicantur, & quæ ad inſtructionem cauſæ faciant interrogandi, reſpondendi, abijciendiq́; præbita facultate eis, donec actio ambarũ partium ſit pleniter luminata. vt xxx. q.v.iudicantem.extrà de off.dele. ſuper quæſtionum.§. intentionis. l.iudices. C.de iudic. Quia veritas exagitata magis ſplendeſcit in lucem xxxv.q.ix.c. graue.nec motum animi ſui multum aperiat, ſed diſſimulet nunc pro hac parte,nnnc pro alia allegando, & reſpondendo,ut C.ad l.Cor. de fal. l.j. Nec vlla ĩterloquutione diuulget,quid ſentiat, poſtrema ſentẽtia,quid ſibi liqueat proditurus.l. obſeruãdũ.ff.de off.pręſi.ibi.cuius
48 ai motũ uultus detegit. ¶ † Nec nimium debet dictum unius aduocati extollere, ne alteri honorem detrahat, dum alteri nimium impendit honorem. ut xcix. c. diſt. nullus.in fi.& c.ecce.nec quicquã vni honorabilius exhibeat, undè alter ſcrupuloſo corde moueretur.xvj.q.vij.c.decimas. Cum enim nimium unum commẽdat, alium vituperat.arg.extrà. de præſump.c.nõne & xxv.diſt.c. qualis.
49 ¶ † Item patienter audiat aduocatos, nec etiam ſubito eis ſilentium imponat, ut ad longum ponit Spec. in tit.de diſpu. & alleg.
50 §.vj. ¶ † Caueat iudex,vt nimiam familiaritatem cum ſubditis non contrahat, ſed ſtet ſemper in maieſtate officij, ſecreta eorundem nemini ſubditorum pandat,parce loquatur. Ait enim Salomon. in lib. prouer. c.xx. Ne ineas amicitiam cum eo, qui ſecretum reuelat, aut qui vt mercator circuit, & blandiloquus eſt. Sit tardus ad iram,& in furore ne ſe ponat. Nã dicit ſapiens in eo.lib.prouer. Ne contrahas amicitiam cum homine iracundo,& cum homine furioſo ne uerſeris.c. xx. Non accedat cœnatum foràs cum ſubditis, ſecundùm Aul.Gel.li.ij.c.xxiij.Parcè conuerſetur,& caueat nimium circuire per plateas. Nimia enim familiaritas parit contemptum. Sit iuſtus,æquus, æquabilis, medius,& communis, non declinans ad dexteram,vel ſiniſtram, ſecundum Spec.in tit. aduo.§. v. uerſi.
51 commendet autẽ.& §.vj. ¶ † Cunctа diligenter inſpiciat, & rerum ordinem inquirat, & alteram neceſſitatem ſuã exiſtimet, & delinquentes canonicè puniat, vt docet Spec.in tit.de offi.om.iudi.§. fi. verſi. ſecundò videndum. Debet enim fungi officio boni,& innocẽtis viri.l. cæteræ.§. mala.ubi Bal. ff.fam. hærc.ubi dixit, quòd ſunt iudices, tanquam iuſtitia animata, & ideò obſcura eorum arbitrio committuntur. Quia iudex bonus uir uocatur, legis authoritate ſuffultus. per d. §. mala.
52 ¶ † Aduertat etiam iudex,ut antequam incipiat officium ei decretum exercere,omninò conetur de omnibus ſeipſum à pręceſſore ſuo informare,quia ad hoc tenetur,ſecundum Bal.in l.j.C.an ſe.ex ſuo fa. ut ſit ad plenum inſtructus, & informatus tam de geſtis in offi-

cio

cio, & de ijs, quæ remanent expedienda de contumacijs, forbānitis, & alijs causis, quàm de moribus ciuitatum, cōsuetudinibus, statutis, & de omnibus ijs, quæ quoquo modo pertinent ad decorem officij, bonum laudabile, &
53 perfectum regimen ipsius. ¶ † Et in diebus festiuis debet uisere carceratos, & exquirere, an aliquid eis desit, & prouidere, ut eis alimenta non desint. & negligentes iudices in hoc puniuntur in xx. li. auri. l. iudices. C. de epi. audient.
54 ¶ † Caueat inquantùm potest, ut non accedat ad terras, vbi sunt diuisiones in populo. quia non potest salua conscientia pertransire, sed oportet eum sequi partialitates & incidere in pœnam. c. cùm æterni. de re. iud. in vj. & in const.
55 regni. si dāna clandestina. ¶ † Nec assumat officia, vt quæstui & pecuniæ deseruiat, cōtra tex. in l. ad splendidioris. de diuer. offic. vnde Ambro. ij. de offi. ait: Decet omnes censura frugalitatis, continentiæ, authoritatis, & maximè cum, qui honori præest. ne præeminentiæ virum thesauri possideant sui, & pecuniæ seruiat, qui præest liberis. Illud magis decet, vt super thesaurum sit animo, & infrà amicū obsequio. Humilitas enim auget gratiam, hæc plena laudis, & digna primario uiro. Contrarium verò munera affectare. quod malum facilè imponere iudicum animis consueuit. l. properandum. §. sin autem utraque. C. de iud. undè ob id Par. à Put. in li. syndi. in verbo. offi. exclamat, quòd hodiè in regnis satis cupiditas abundat, quia aurum imperat, aurum iudicat, argētum remouet. passio promouet affectionem, silent leges, & canones, ratio & æquitas proscribitur, mendicat bonæ fidei literatus. Abundat malæ fidei exaltatus. ibi nullus quātum mereatur, sed omnis quantum dare potest, æstimat. ibi omne tribunal pecuniis expugnatur. ibi nulla integritas, nulla fides, nullus humilis, mūdusve magistratus eligitur: non iustitia Dei quæritur, sed magis pecuniæ venerantur, & nobilissima officia sordes reputantur, postquā iusta secundùm libitum pretio cōparātur. Quid ergo faciunt leges, vbi sola pecunia regnat? aut ubi paupertas uincere nulla potest?
56 ¶ † Insuper non sit deditus mulieribus, & scortis. Ait enim Salomō in li. prouerb. Vinum, & mulieres apostatare faciunt sapientes. Personam pauperis non consideret, & vultum potentis non honoret,
57 vt habetur in lib. leuit. ¶ † Debetq; esse totaliter alienus ab auaritia, & eam euitare. Nam dicit text. in cap. cùm in iuuentute. de præsu. quòd auaritia in Iu-
58 dice est deterrimū vitiū. ¶ † Nec sit facilis ad capturam eorum, qui deferuntur, sed potius conetur summatim inuestigare, an uera sint, quæ delata fuerunt, & an factum se habuit, prout in accusatione dictum est: & an crimen sit commissum, vel saltem sit suspicio fore commissum, vt docet Bal. in l. quod euitādi, in fi. C. de condi. ob turp. cau. & p Frā. Are. ī l. siquis post. ff. de test. ij. col. Solét. n. vt plurimum offensores recurrere ad iudices, maximè cùm sunt potētes, & q̄rulare offensos, & eos ī carcerib⁹ detrudi faciūt, & sic eludunt curiā, & Iudices nō absque

absque ignominia erunt in ore
uulgi. Statim enim populares, &
uulgus prorumpūt ad uulgare di-
ctum: O bella iustitia haue ha-
uuto le maze, & le Cepolle. Et id
quod per negligentiam euenit in
non informando seipsos iudices
de prædictis, dicetur factū cor-
ruptione. Et ita intelligitur id,
quod dicitur, quòd in crimina-
libus est permissa captura, & ab
ea potest inchoari indicijs nō præ
cedentibus, & licet nō sit capta in
formatio, secundum Bal. & Alex.
in l. cōsentaneum. C. quo. & quā.
iu. & Bal. in l. ij. C. de ijs, qui la-
tro. & Ale. in l. fi. ad l. Iul. pecu. &
Ang. in auth. de defenso. ciuita. §.
audiant. uersic. item dico. col. iij.
Procedit enim facta dicta diligen
tia præhabita aliquali informatio
ne summaria. ut docet Franc. Brū.
in tra. de indi. & tor. in fine sui
59 tract. ¶ † Et aduertas etiam, ꝙ
iudex tenetur visitare carceratos,
vt suprà dixi: & si reperierit aliquē
absque causa carceratum, ex offi-
cio tenetur illū dimittere, vt not.
Bart. in l. si quis uxori. §. si fugiti-
60 uum. ff. de furt. ¶ † Itē iudex de-
bet esse fortis, & firmus, & æquus,
vt libra: nec declinans, nec clau-
dicās ad dexteram, nec sinistram:
sed æqua lance debet esse medius
inter partes. & debet habere trun
cum fortitudinis, corticem veri-
tatis, medullam æquitatis; quam
quilibet iudex antè oculos habere
debet, vt nota. ff. de eo, quod cer.
lo. l. quòd si Ephesi. Debet etiā
habere frondes humilitatis, folia
sagacitatis, flores honestatis, fru-
ctus bonæ operationis: & sic dici
poterit de eodem, quod in canti-
cis dicitur: iustus vt palma flore-
bit, vt dicit Iaco. de Belui. in sua
praxi crimi. in tit. de quæst. col.
61 xxxviii. ¶ † Itē est aduertendū,
ꝙ licet à iure multa relinquantur
arbitrio iudicis, non tamen ex
hoc cogitet habere liberam pote-
statem faciendi quæcunque vo-
luerit. Quia dictum arbitrium de-
bet esse regulatum à iure, & æqui-
tati consonum. secundū Lud. Ro.
in consi. cccLxxxvi. inci. quæstio
est nūquid. in pe. col. vbi pro hoc
allegat Glo. in l. eas causas. ff. de
condi. & demon. & sequitur Mars.
in sua praxi cri. in §. diligēter. nu.
62 24. ¶ † Est etiam aduertendum
per iudices maleficiorum, vt be-
nignè, & patienter audiant, & au-
scultent reos inquisitos in eorum
iuribus, & eorum consanguineos,
amicos & procuratores. Nam be-
nigna audientia iudicum uidetur
quodammodo præstare toleran-
tiam pœnæ impositæ, vel impo-
nendæ ipsi reo. & è contrà im-
patientia, & arrogantia iudicis
in audiendo reum, & agentes pro
eo, sæpius reducunt ipsum reum
& affines suos in desperationē, &
ad effundendas infinitas querimo
nias, vt docet optime Mars. in §.
63 occurrūt. nu. 2. in praxi cri. ¶ † Et
si vis lector amātissime esse rectus
iudex, abstineas te à muneribus.
nam sæpissimè munera euertunt
iustitiam, & excæcant oculos sa-
pientum, & mutant verba iusto-
rum, vt scribitur Deutero. ca. 15.
facit tex. in c. qui rectè. xj. q. iij.
refert Ange. & post eum Iason in
l. non dubium. in prin. C. de test.
64 ¶ † Et insuper habeas antè oculos
id, quod scribitur in c. cùm æter-
ni. in prin. de re. iudi. li. vj. vbi al-
loquēs iudicem ait: Caueant iudi-
ces,

ces, & prudenter attendant, vt in causarum processibus nil uédicet odium, uel fauor vsurpet: timor exulet: præmium, aut expectatio præmij iustitiam non euertat: sed stateram gestent in manibus, & æquo libramine procedant, vt in omnibus, quæ in causis agēda fuerint, præsertim in concipiendis & ferendis sententijs, præ oculis habeant deum. & similiter apud iudicem lachrymis nullus locus sit. Quia solent secum ferre insidias, maximè, si à mulieribus proueniunt. & ideo lachrymæ non prosint cadenti. Quia iustitia lachrymis nō regitur, nec officia lachrymis gubernantur. ¶ † Debet e-
65 tiam iudex semper inclinare in mitiorem partem, & minorem pœnā amplecti sequens iuris regulam, q semper in obscuris in mitiorem partem debemus inclinare. vt regula, in obscuris. ff. de regu. iuris.
66 ¶ † Et quomodo, & qualiter debeat officialis facere ingressum in officio, uide formam traditam per do. Pa. de Put. in lib. syndi. in tit. de mo. & for. syndi. in principio.

SVMMARIVM secundæ partis.

1 *Absoluendi proniores debent esse iudices.*

2 *Absoluere tutius est, quàm cōdemnare.*

3 *Delictum esse cōmissum debet constare antè omnia, & nu. 4. 5. & 9.*

6 *Defensiones quæ possint fieri aduersus pbationē curiæ, quòd delictum sit in genere commissum, & nu. 7.*

8 *Furtum fore cōmissum, quomodo constet. & 11. & 12.*

9 *Coniecturæ sufficiunt ad probādum delictum in genere commissum.*

10 *Defensiones quæ possint fieri aduersus probationē, quòd furtum sit commissum.*

13 *Stuprum commissum in genere quomodo probetur.*

14 *Adulterium in genere commissum quomodo probetur.*

15 *Et quomodo fiat defensio.*

16 *Suffocationem in genere, & uenenationem esse factam quomodo probetur. & 17.*

17 *Iudex quomodo debeat capere informationem.*

18 *Vicini possunt detineri, torqueri, & capi ad indagandam ueritatem. & 19.*

20 *Familiares domus debent ad informationē curiæ examinari.*

21 *Delictum commissum in domo, præsumitur ab illis de domo commissum.*

22 *Testes an, et quādo possint torqueri. 23. 24. 25. 26.*

27 *Frequentans stratam habet indiciū contrà se de delicto ibi commisso. 28.*

29 *Testes quando cogantur testificari. 30. 31. 65.*

32 *Testes an causa ferendi testimonium possint euocari de loco ad locum.*

33 Testes

33 *Teſtes de quibus debeant interrogari.*

34 *Exhibendus eſt homo teſtibus, de quo deponunt.*

35 *Aetas teſtium nũquid debeat deſignari, et apponi ĩ examine.*

36 *Offenſor quãdo non nominatur, nec cognoſcitur per teſtes, per nomen, & cognomen, qualiter debeant deponere teſtes.*

37 *Iudex poteſt examinare teſtes à querulante non productos.*

38 *Teſtes inimici an debeant recipi.*

39 *Teſtes an poßint ſe referre ad primum examen.* 40.

41 *Teſtes qui cogi poſſunt, quando aliter ueritas haberi nõ poteſt, an cogantur per torturam.*

42 *Teſtes an, & quando poßint eorum dicta corrigere.*

43 *Teſtes an poßint ſemper declarare eorum dicta.*

44 *Teſtis prima uice deponẽs per verbum credo, & ſecunda uice per uerbum ueritatis aßertiuũ, an dicatur uarius.*

45 *Teſtis an poßit addere eius dicto.*

46 *Teſtis deponens per uerbum, ſibi uideri, & demum per uerbum ueritatis aſſertiuum, an dicatur uarius.*

47 *Teſtis deponens prima uice dubitando, ſecunda affirmando, an probet.*

48 *Et quid ſi dicat ſe neſcire, poſtea uerò ſcire.*

49 *Teſtes domeſtici, & familiares utrum debeant admitti, ſi producuntur per accuſatorem.*

50 *Teſtes varij, & vacillantes qui dicantur.*

51 *Teſtes quomodo cogantur teſtificari.*

52 *Saluusconductus an poßit teſtibus concedi, vt tutè veniant depoſituri. &* nu. 68.

53 *Teſtes an debeant habere ſũptus à parte producente.*

54 *Teſtis dictũ indiminutè ſcribi debet.*

55 *Fama debet præcedere inquiſitionem.*

56 *Actio ciuilis vbi non oritur parti, non procedit inquiſitio.*

57 *Auxilium præſtans non debet moleſtari, niſi conſtet de delinquente.*

58 *Mandans non debet moleſtari, niſi conſtet de mandatario.*

59 *Auxilians quando puniatur. &* 60. 61. 62.

63 *Homicidium eo ipſo probatur factum per Seium, ſi rixabatur cum Titio, qui poſteà reperitur mortuus.*

64 *Teſtes deponẽtes, quòd Titius occidit Seium gladio, vel claua, an probent.*

65 *Teſtes poſſunt examinari impuberes, quando aliter non poteſt veritas haberi.*

66 *Indiciũ ſumitur ex vita præcedenti.*

cedenti.

67 *Fama mala inducit iudicium.*

69 *Adulteriũ quomodo probetur.*

70 *Vulneratus debilis præsumitur ex vulnere mortuus.*

71 *Testes citati, & condemnati ad pœnam in mandato contentam, si adhuc nõ veniant, quid sit faciendum; & qualiter cõdemnentur.* 72.

PARS SECVNDA.

¶ Capiat informationem. Rub.

FISCVS.

In superiori parte adeò benè, & elegánter sub cõpendio domine Iudex votis meis satisfecisti, vt audeam maiori onere & tædio te onerare. Quoniam ergo dixisti mihi, qũo debeat se iudex gerere circa mores, & formam viuendi, nunc rogo te, ut mihi particulariter, & per extensum declares, qũo debeat se habere in capiendis, & formandis informationib. criminalibus, qualiterq; debeat se gerere in maleficijs puuiẽdis. Scio mẽ equidem grãde onus humeris tuis imposuisse, sed tanta est facundia, & in talibus experientia tua, ut facilis reddatur petitio mea. ¶ IVDEX. Fretus euãgelica authoritate: ꝙ qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum, nõ dissentio petitionib. tuis. Arrige igitur aures, & in singulis, quæ te dubitantem reddunt, quæras, & me interroges: quia pro viribus conabor tuæ voluntati satis facere. ¶ INQVISITVS. Vtilem materiam uideo præparari, sed vtilior erit, si non solum, quæ ad fisci utilitatem facere uidentur, pertractes, sed etiam quæ ad reorum defensionem videbuntur conuenire.

1 ¶ Quia ait Iureconsultus in l. Arrianus. ff. de act. & obli. ꝙ promiores debent esse iudices ad absoluẽdum, quàm ad condemnandum.

2 ¶ Imò dicit Spec. in tit. de aduo. §. sequitur uidere. in prin. & in ti. de test. §. postq̃. versic. sed quid si tot. & in tit. de pro. §. iij. versi. sed pone, & do. Bar. Soc. in consi. 102. incip. in præsenti consultatione. circa me. in ij. col. in prima par. & Bonifa. in tract. male. in fin. j. col. quòd tutius est absoluere, quàm condemnare. ¶ IVDEX. Libenter faciam, & satis mihi placet desiderium tuum. & quia te video satis argutum, & legum peritum, quæras, & moueas dubia, & ego ea resoluerò. ¶ FISCVS. Placet mihi, vt & ea quæ ad defensionem tendunt differatur. Quo circà quæro primò domine iudex, quid debeat per iudicẽ fieri habita querela seu denũtiatione delicti. ¶ IVDEX. Antè omnia debet præcedere, vt diligenter iudex capiat informationem de delicto. & primò debet conari, vt constet delictum, de quo quæritur, fore commissum in genere, iuxta practicam traditam per text. in l. j. §. Illud autem. ff. ad Syl la. & ibi habetur. & communiter habetur per criminalistas, & per Marsi. in sua praxi cri. in §. j. & ad hoc vide omninò Mar. Anto. Blã. in repe. l. fi. ff. de quæstio. num. 16. 17. 18. & sequen. qui optimè declarat. Ibi enim distinguit, quòd aut delictum, de quo quæritur, subijci

potest

potest oculis, vt corpus mortuum, vel quid simile, & tunc iudex non procedit etiam ex inquisitione generali, nisi viderit cadauer, aut res nō potest oculis subijci, prout est de homine proiecto in mari, vel in igne consumpto, vel res furto subtracta, tunc si fama est de certa persona, & in indiuiduo, iudex procedat, aut incerta est persona, & incerta res, tūc iudex nō poterit pro-
4 cedere per inquisitionē. ¶ † Ideò si quæratur de homicidio commisso, faciat redigi in actis, quòd accersitis magnificis dominis, potestate, & iudice ad locum dictum, & iuxtà suos fines, sub tali die unà cum actuario fuerit, ibiq; inuento cadauere talis recogniti, & uiso per infrascriptos, qui ibidem fuerunt examinati, ꝙ fuerint reperta talia, & talia vulnera in dicto cadauere. & describantur particulariter ipsa vulnera, & super recognitione ipsius cadaueris, & vulneribus ipsis examinentur testes. & sic dicetur constare de delicto in genere commisso, vt docet omnes. ¶ Fiscvs. Sed quid si non potest apparere de corpore mortuo: ut, quia diu est, ꝙ quis occisus fuit, & eius corpus reperiri non potest, quid faciendum est eo casu? ¶ Iv-
5 dex. † Eo in casu, quando de corpore mortuo nō potest apparere, debent examinari testes de fama, qui deponent, quòd publica vox, & fama est, quòd talis interfectus, & occisus fuit, & quòd eius corpus nunquàm potuit apparere, fortè quia dicitur esse interfectus propè flumen, vel mare, & in aquas esse proiectus: vel in loco nemoroso, & occulto esse sepultus. & hoc sufficiet, vt plenè dixi in prima parte tertiæ partis principalis huius praxis. nu. 34. cum sequen.

6 ¶ Inqvisitvs † Sed nūquid aduersus hanc probationem reo inquisito cōpetere possit aliqua defensio, & quō? ¶ Ivdex. Certè sic, probando primò, posito casu, ꝙ cadauer reperiatur cum vulnerib. ꝙ fuit occisus à feris syluestribus, & quòd ibi nonnullæ reperiuntur feræ syluestres. itē ꝙ aliàs ibidē acciderit alijs: vel probando, quòd seipsum interijt tædio uitæ, vel ob aliam causam, probando hoc per efficaces cōiecturas, vel quòd scoppetū, quod gestabat, in ipsum ictū proiecit, ut multoties solet euenire: uel quòd ex arbore cecidit: vel aliter probando. quia vna probatio. vel coniectura tollit aliā, vt per Bar. in l. fi. C. fami. hercisc. in tantum, quòd si sunt probationes contrariæ, neutri standum est. c. imputari. de fi. instr. l. scripturæ. & ibi Bar. & Doct. C. eo. tit. & si sunt inæquales hinc indè, non valent, quia faciunt rem dubiam, secundum Bal. in l. fi. in v. q. ver. vij. qualiter. C. de edi. di. Adr. tollen.

7 ¶ † Si verò, vt suprà dixi, ponatur non constare de corpore mortuo specificè, sed tantum per famam publicam, potest probari de contraria fama per ualidiores probationes, ꝙ mortuus fuit propter febrem, & infirmitatem, vel alia de causa. quia probatio famæ contrariæ per meliores probationes officit probationi alterius famæ pro fisco, vt plenè deduxi infra in verbo, item suffocauit eius vxorē. in capitulo, de fama: vel aliter ꝓbando, ex quo vero similiter possit coniecturari ita esse, quod circunspectus iudex perpendere potest.

test. ¶ FISCVS. Sat concludenter vtrique domine iudex satisfecisti in hoc delicto homicidij, sed quomodo constabit in crimine furti, furtũ fuisse in genere commissum?

8 ¶ IVDEX. † Pluribus modis potest furtum committi: aliquando subripitur aliquid de arca, capsa, vel camera. & tunc debet constare de fractura ostij domus, arcæ, vel capsæ, vndè furtum est commissum, & de quantitate, & rebus ibi existẽtibus paulo ante, & quòd ex post facto fuerunt reperta subtracta: & quòd ibi fuit inuentum, de bona fama, & legalitate domini furtum passi, & de lamentationibus, quas statim cũ multis fecit de iam dicto furto, & de alijs signis, & cõiecturis indicantibus uerè furtum cõmissum, de quibus ad longũ per Marsi. in consi. 8. & in praxi cri. §. principium. nu. 6. & in. §. constãte.

9 nu. 78. ¶ † Et licet verum sit debere constare uerè, & nõ præsumptiuè de delicto in genere cõmisso, & plenè. vt l. si quando. in verbo, patefacta. C. vndè ui. vbi Bal. & Ias. in iiij. no. & Ang. in l. certũ. ff. de confe. & Alex. in consi. xxxiij. colum. j. lib. j. & con. 19. lib. 7. & Deci. in con. 410. col. ij. & Panormi. in c. j. & ibi Deci. col. fi. de offic. de leg. & habetur ꝑ Haimo. Crauet. consil. 244. in ij. lib. & con. 260. in ij. lib. id tamen procedit regulariter. Fallit tamen, vbi concurrit difficultas nimia probationis, quia eo casu constando per coniecturas validas, & a iure approbatas, sufficit, vt habetur in prædictis locis: maximè in casibus, qui secretò committi solent, & vbi de facili non potest constare de delicto in genere commisso, nisi per probationes super ipso delicto, ut uidebimus in pluribus exẽplis.

10 ¶ † INQVI. Quæ nam defensiones possunt competere inquisitis aduersus prædicta? ¶ IVDEX. Dixi suprà, quòd vna coniectura tollit aliam, & vna probatio eliditur per aliam. idcirco in hoc casu circunspectus aduocatus uideat, ꝑ quas coniecturas conetur uerificare fiscus suam intentionem, furtũ fuisse commissum. & tunc è contrariò formet exceptiones, & probet contrarias coniecturas, vel elidentes, probando quòd nulla reperta fuerũt signa fracturæ, sed apertionis, & quòd ita quilibet expertus iudicasset. item probando malam famam furtum passi. Item quòd nõ est uero simile eam quantitatem ibi fuisse recõditam, stante nimia paupertate ipsius. Item quòd paulo ante ibi nulla bona fuerũt uisa, vt quia indè ipse idem dominus sustulerat. & alia, quæ curiosus aduocatus secundum contingentiã

11 facti studeat inuenire. ¶ † Aliquãdo uerò solet committi furtum in equo, uel alijs animalibus, & tunc probabitur dominium equi: item probabitur, quòd fuit uisus, & repertus equus ĩ posse alicuius, quia contra eum oritur suspicio, maximè si solus uisus est, & si est homo non bonæ famæ. per l. inciuilem. C. de fur. item, quòd equus fuit uisus paulo ante in stabulo furtum passi, & demum ibi minimè repertus fuit: & quòd fuit repertum stabulum equi fractum, & aliter, ut iudici circumspecto uidebitur, & prout qualitas facti exposcet.

12 ¶ † Aliquãdo etiam committitur furtum in personã in stratis, quod latrocinium uulgo dicitur, & tunc non

non possunt haberi indicia, & pro
bationes contrà aliquem, quin nõ
probent etiã furtũ in specie com-
missum: sed probabitur, quòd fuit
uisus paulo antè exire de ciuitate
furtum passus cum tali quantitate
pecuniæ, & demum fuit statim ui-
sus redire plorans, & flebili, ac la-
mentabili uoce dicens, se esse dis-
robatum. item quòd fuit uisus exi
re cum chlamyde, uel cum ense,
demum redijt sine: item quòd re-
dijt cum uulnere, uel cum per-
cussione aliqua in eius personam.
item quòd ibi solet disrobari: vel
probando, quòd fuit repertus li-
gatus in loco furti, & latrocinij,
uel aliter, ut natura facti expo-
scet. itẽ redigatur in actis eius de-
positio cum iuramento. Istis enim
probatis cõstabit in genere de de-
licto. ¶ Fiscus. Sum etenim ple-
nè informatus domine iudex, qua
liter debeat constare delictum in
genere commissum in crimine fur
13 ti. quid in stupro? ¶ Iud. † In cri
mine autem stupri commissi in fœ
minã per masculum, uel per marẽ
in marem, vt constet delictum in
genere commissum, debent exami
nari matronæ, & obstetrices, vel
alij experti, quibus tradatur fœ-
mina inspicienda, uel masculus,
eis prius delato iuramento de ue
ritatem dicendo, & facta inspectio
ne curiæ referant, an sit mulier stu
prata, an non; uel masculus an sit
stupratus an non, ut docet Abb.
in c. proposuisti. extrà de proba-
tio. nu. 3. & Alberi. de Rosa. in l.
j. §. ex hoc rescripto. num. 8. ff. de
uen. inspi. & examinentur testes,
qui fortè uiderunt linteamina san
guinolenta, vel camisiam sangui-
nolentam: & super alijs admini-
culis, quæ haberi possunt, ex qui-
bus meritò iudex possit se infor-
mare, stuprum fore commissum.
item examinetur mulier stuprata.
quia ei creditur, quòd antea fuerit
virgo, vt dixi in prima parte tertię
partis principalis huius praxis, sub
nu. 146. & si nulla potuerit appa-
rere fractura ani in puero, ut quia
diu est, quòd fuerat cognitus car-
naliter, tunc, quia similes fornica
tiones, & stuprum, & adulterium,
probantur, per coniecturas. c. pre-
terea. de testi. l. cum probatio. de
proba. l. quęro. §. fi. ff. de ędi. edic.
similiter delictum esse cõmissum
in genere in similibus probatur ꝑ
eas coniecturas, quæ haberi pós-
sunt: & ea indicia, quę inducun-
tur ad probationem ipsius stupri,
probãt etiam delictum in genere.
Imò probari non possunt, quin
probetur delictum in specie, ut di-
cit Marsil. in con. v. in pri. li. nu. 1.
14 ¶ † Et hoc etiã procedit in adul-
terijs, & incestis, alijsque fornica-
tionibus, in quibus non potest cõ-
stare delictum in genere commis-
sum de per se, nisi per eas cõiectu-
ras, & indicia, quæ inducuntur ad
probationem delicti, ut quis tor-
queatur, uel cõdemnetur, quia be
nè dicetur probatũ, & concluden
15 ter. ¶ Inqui. † Audiui iã formã
probãdi delictum fore cõmissum
in genere in crimine stupri, uel
adulterij, & similium, nunquid ad
defensionẽ aliquid ꝓbari ualeat
aduersus dictam probationem?
¶ Iudex. † Sæpè tibi dixi, quòd
una probatio tollit aliam, si for-
tior est ea: & quòd vna coniectura
tollit aliã. similiter tibi in hoc di-
co, quòd si coniecturæ inducũtur
ad probationẽ delicti in genere,

inducantur coniecturę cõtrariæ, & contraria indicia: vt si probat de camisia, vel linteaminibus sanguinolentis, potest probari, quòd erat menstruum, & hoc per expertas, uel quòd erat sanguis ibi studiosè aspersus. & similibus modis.
16 ¶ Fis. † Memoriæ mandaui quantum dixisti in crimine stupri, adulterij, & similiũ, & optimè: quid ergo erit fiendum in crimine suffocationis vxoris, uel alterius mulieris, aut ueneuationis? ¶ Ivd. Si potest haberi corpus uenenatum, uel suffocatum, debet inspici per iudicem unà cum expertis, vt videantur signa suffocationis in gutture, & redigatur in scriptis particulariter, & si est sepultum cadauer, dissepeliatur ad effectũ prædictum. & si dicatur venenatum, accedat iudex cum medicis. & si sine apertione corporis sciri poterit, benè est: sinautem sciri aliter non potest, quin aperiatur, debet aperiri ipsum cadauer, & p peritos inspici, & posteà præcedẽte iuramento referant, & fiat act⁹ per extensum apertionis, & inspectionis, vt habetur per Marsil. in l. j. §. præterea. ff. de sicar. nume. 37. & per Afflic. in const. mala noxia. & ar. tex. in l. stigmata. de fabri. lib. xj. quòd per stigmata, & ligaturas in brachijs probatur torturam illatam fuisse, ita per signa suffocationis in gutture probatur suffocatio. venenatio autem probatur, & cognoscitur ex liuoribus in toto corpore, & spumis ore fluentibus, & si cremetur corpus, cor illæsum remanet à veneno præseruatum, secundùm Sueto. in Caligula in principio. & habetur per Par. de Put. in lib. syndi. in uerbo, tortura. & si corpus haberi nõ potest, examinentur testes qui viderunt corpus antequàm fuisset sepultum, super signis, quæ fortè viderunt in corpore: & si hoc apparere minimè potest, probetur fama publica, ut plenè dixi infra in uerbo, item suffocauit eius vxorẽ. quia hæc probatio sufficit, ut
17 ibi dixi. ¶ In. † Quid ergo probabitur ex aduerso aduersus prædicta ad defensionem? ¶ Ivdex. Plenè dixi infrà, in uerbo. itẽ suffocauit eius vxorem. & in verbo, item venenauit eius sororem. ad ibi dicta te remitto. ¶ Fiscvs.
18 † Exempla hæc, quæ mihi dissernisti in supradictis generibus delictorum, reddunt me in alijs delictis ancipitem, quid debeam facere ad probandum delictum in genere commissum. rogo te igiť, vt vltrà procedas. ¶ Ivdex. Libèter faciam, & ideò scias, quòd constito de delicto ĩ genere commisso, celeriter, & cum exactissima diligentia summatim inuestiget de delinquente, interrogãdo affines, amicos, & consanguineos offensi, & ipsum offensum, si fortè viuat, de indiciis, & coniecturis, quæ haberi possunt quomodolibet, vt sciatur delinquens, & offensor. Nec mireris, quòd dixi tales interrogandos, cùm ad effectum inuestigandi delinquentem, & vt detur materia inquirendi, & habendi veritatem, possint examinari testes omninò non integri, & penitus inhabiles, vt habetur per Blã. in l. fi. ff. de quæsti. nu. 322. Et si fortasse quæratur, seu inquiratur de homicidio, quod est cõmissum intra ciuitatem, & penitus ignoratur offensor, videat iudex, in qua

vicinia

vicinia ciuitatis fuerit cõmissum delictum, & examinentur vicini, qui præsumuntur scire facta vicinorum melius, quàm alij.l.si ita. in fi.ff.de fid.instr.& not. in l.iij. circa prin.ff.de testi. & extra, de præsu.c.quosdam. & c.quanto.& est practica tradita per Barto.in l. fi.ff.de quæstio.& in tantùm hoc procedit, quòd ipsi vicini ob hoc possunt capi, detineri, carcerari, & etiam torqueri, ut indicent delinquẽtem.per text.in l.dominus horreorum.ff.loca. & ibi no.Bar. & voluit Ange.& Sali.in l.fi.C.de quæstio.& Bart.in d.l.fi.ff.de quæstio. & sequitur Bru. in tract. de indi.& tor. in iij.q.princip.circa princ.& habetur per Marsi.in sua practi.cri. in §.diligenter. nu.97. post Iaso. in l. actionib⁹.col.pen. ff.de in litẽ iura. & per Blan.in repeti.l.fi.ff.de quæstio.nume.413.

19 ¶ Inqvisi. Sed nunquid hoc procedit indistinctè, vt vicini possint capi, detineri, & etiam torqueri ad inuestigandum delinquẽtem? ¶ Ivdex. Placet mihi dubitatio tua:& ideò scias, quòd non est uerũ indistinctè id, quod ego superius dixi, sed procedit, & habet locum in vicino malæ famæ, non, si esset bonæ famæ, ut est de mente Bar.in dic.l.dominus horreorum. & voluit idẽ Bru.in dict. tra.de indi. & tor. in iij.q.princi. circà princip. & sequitur Blan.in loco suprà allegato.Verùm si cõtigerit aliquem examinari vt testem super homicidio commisso in sua præsentia,vel antè eius apothecam, stationem, uel domum, & tempore quo ibi erat, & neget se aliquid scire,& probantur prædicta. item probatur, quòd vero similiter hic scire potest veritatem, & velle eam occultare: nec ex aduerso allegatur iusta, aut rationabilis causa, ex qua iudex possit dubitare, an sciat,vel non sciat, sed omninò apparet eum debere scire veritatem, tunc etiam, quòd sit bonæ famæ, puto posse torqueri vt testem, non vt principalem,vt dicat veritatem, per ea, quæ infrà nunc dicam.

20 ¶ † Si autem homicidium, vel aliud delictum fuerit commissum intrà domum, tunc examinentur omnes de domo, quia ipsi præsumuntur scire veritatem eorum, quæ in domo fiunt.l.fi.C. de sicar. & l. in adulterij quæstione.C.de adulter. & ibi Bald. nisi probetur fuisse absentes tempore commissi delicti,quia non præsumuntur eo casu scire veritatem.l.j.§.hoc autem senatus.ff.ad Sylla. intãtum, quod pro inuestiganda veritate dicti delicti possunt dicti de domo torqueri.

21 ¶ † Adeò, quòd si quinque sunt in domo, & vnus ipsorum reperiatur interfectus,& nescitur à quo, licèt non possint ex hoc condemnari pœna capitali, possunt tamen torqueri, vt optimè concludit Arc. in l.i.male. in verbo, fama publi. versi. quid autem si quinque.& sequitur Blã. in repe.l.fi.ff.de quæst. num. 299. & Par.de Pu. in lib. syndi. in verbo, mandauit. circa fi. uersi. si reperiatur corpus. & si unus ipsorũ est malæ famæ,ab eo debet incipi tortura, secundum Ber. Landri. in addi. Ange. vbi suprà.

22 ¶ † In. Sed nunquid indistinctè procedat hoc dictum tuum? ¶ Ivd. Si fuerint examinati vt testes, & negant se aliquid scire, nec alle-

gant aliquam rationabilem causam, ob quam possint excusari à præsumpta scientia, torquebuntur modo, & forma, ut infrà citò dicam. si uerò fuerint examinati vti principales in se, & testes in alios, ut fieri adsolet, tunc, ut possit ad torturam procedi, requiritur, ut seruentur, quæ seruari debent in tortura, quæ infertur reis
23 inquisitis. ¶ † Proceditur autem ad torturam primo casu, quando examinantur vt testes illi, qui interfuerunt facto, & negant, uel aliter habent notitiam ipsius facti, & similiter negant, & per alios cō uincuntur, quòd interfuerunt facto, vel quòd habeant notitiam facti. & sufficit, quòd conuincatur quis, etiam per vnum testem, qui sit dignior ipso negante, secū dum Bart. in l. unius. §. testes. & l. is, cui. ff. de quæstio. quem sequitur Bru. in loco supra allegato. vel si extraiudicialiter quis confessus fuit, quòd interfuit facto, vel ꝙ habet notitiam facti, & nunc negat. Nam probata dicta confessione extraiudiciali præsumitur scire ueritatem, & nelle eam occultare. Quare tunc torquetur secundum Bru. in loco suprà alleg. nu. 13. & habetur per Alex. in con si. 63. in li. j. & vide do. Ludo. Ro. in consi. 505. incip. cum testis. & Marsi. in l. ex libe. homi. in fi. col. ff. de quæst. & Ange. de Are. in li. male. ĩ verbo, fama publi. col. viij.
24 ¶ † Est tamen notandum, quòd non torquetur quis ut testis contra eum, in quem inuitus testimonium non cogĩt ferre, ut est text. in l. j. §. si seruus bona fide. in fi. ff. de quæst. de quibus habetur in l. iij. & v. ff. de testib. Item non torquetur domesticus in eum, cuius est domesticus. ut l. maritus. ff. de qō. & l. j. §. ad qōnem. eo. tit. & qui dicātur domestici, notatur in l. etiā. C. de testi. & l. pridē. C. de quæst. Itē est aduertendū, ꝙ si cōtra dictos testes obstarent aliquæ exceptiones, ut ipsorū fidē infringant dictæ exceptiones debēt examinari, & discuti, antequàm testes ipsi superuacuè torqueantur. casus est secūdū Bar. in l. j. si quis dicat. ff. de quæst. & sequitur Bru. ubi s̃. ubi infert, ꝙ si est vnus testis, qui sciret veritatem rei, & nō esset omni excep. maior, & sic nō faceret indicium, non torquebitur. Sed hoc puto procedere, qn̄ iudex solum vellet fundare intentionem, & inquisitionem super dicto illius testis. secùs si super alijs indicijs. Item est aduertendum, ꝙ non oēs testes ad informationē curiæ torquebuntur, sed sufficit duos, vel tres magis factum scientes torqueri. secundum Bru. ubi s̃. secundum Bal. in l. data opera. C. qui accu. nō pos. Est etiā notādū, ꝙ cautè debet procedi ad dictam torturam: videlicet, ꝙ appareat in informatione antè oīa constare de delicto in genere commisso, secundū Bru. vbi s̃. per l. j. §. item illud. ff. ad Sylleia. Itē debent apparere in actis probationes, ꝙ testes negātes sciunt, vel scire debēt veritatē facti. secūdùm pdicta, ut latè docet Bru. vbi suprà. ¶ Inqui.
25 † An prædicta procedant, ut non seruetur solēnitas l. custodias. ff. de pub. iud. vt debeat disputari super indiciis contrà testes habitis, sicùt disputatur de indicijs contra aliquem, qui torquetur in seipsum? ¶ Iud. Dic, quòd non, vt habetur

habetur per Bar. in d.l.vnius.§.te stes. ff. de quæst. & habetur per
26 Bru.in loco suprà allegato. ¶†Et similiter, si procedatur ad examẽ aliquorum testium, & aliqui reperiantur vacillare, possunt torqueri ad habendam veritatem.vt l.ex libero.ff.de quæst.quod non ꝓcederet,si essent clerici, sed aliàs de falso puniũtur.vt l.præsbyteri.C. de epi.& cle.& ibi per Bal.& habetur per Inn.in c.quoniam contra falsam.de prob. & melius in c.cũ in contemplatione. de regu. iur. & per Pau.de Elea.in c.grauis. de deposi. Alij vero testes positi in quacũq; dignitate torquent̃, si uacillant,ut l.nullum.C.de testi.nisi sint testes,qui ex priuilegio iuris, vel aliter sunt priuilegiati,ut non possint torqueri. dicit Bar.in d.l. ex libero.& sequit̃ Brun. in tract. de ĩdi.& tor.iiij.q.ij.partis. & ibi dicunt, ꝙ qñ testes vacillant,iudices debent omnia scribi facere ꝑ notarium actorum,& notarius debet scribere sub hac forma, uidelicet:Et mandauit mihi magnus iudex,ꝙ scriberẽ:dicti testes vacillabant,mutabant colorẽ in facie, & ita mihi visum fuit:& hoc ꝓ̃sentibus ipsis testibus,audientibus,&
27 intelligentibus.¶†Si verò homicidium fuerit commissum in aliqua strata,seu constrata,forte extra ciuitatẽ,iudex debet ĩuestigare,& ꝑquirere frequentantẽ illam stratã, quia contra cum orit̃ præsumptio,& indicium,ꝙ ipse fecerit secũdũ Ang.ĩ l.iusto errore.ff. de usucap.& sequit̃ Marf. in d.§. diligẽter.nu.108.ipsumq; diligenter examinet,quia vel ipse appare
28 bit ꝙ fecerit,uel ꝙ sciat.¶Inqv. † Sed nunquid hoc indistinctè sit uerum? ¶Ivd. Ita tamen procedit id,quod dixi, si erat solitus talia perpetrare,secũdum Lud. Ro. in l.j.§.hoc rescriptum.ff.ad Syllania.non aliter, & ita procedat.
29 ¶Frs. †Solent domine iudex vt plurimũ nonnulli testes recusare de nõ se examinãdo, dicentes, ꝙ ex priuilegio, vel aliter non cogũtur testificari.qualiter ergo debẽt in hoc iudices ꝓuidere?¶Ivd.Libenter dicã.scias ergo,ꝙ quædam personæ enumerant̃ ĩ l.lege Iulia. ff.de testi.quæ inuitæ ad testimonium ferendum non coguntur,ut gener aduersus socerum, & econtra,priuignus aduersus vitricũ, & econuerso,agnati aduersus agnatos,affines aduersus affines, collaterales usque ad tertium gradum, liberti contrà patronos, & eorum liberos, & econuerso, vxor contra virũ.Istæ.n.personæ non possunt per iudices cogi, ut se examinari sinãt.Verũ si aliter veritas haberi non posset, possunt compelli ad testificandũ, secundum Specu. in ti.de test.ver. nũquid frater. & ibi per Io. An. in addi. uer.supra. excipit tñ ipse Io.An.libertum, ꝑ l.libertorum.C.de testi.& socerũ, qui habetur loco parentis.l.quia. ff.sol.ma.& sic etiã vbi aliter veritas haberi non potest, libertus, filius, & gener non compelluntur testificari cõtra suos. sed communis est sententia canonistarum, ꝙ vbi aliter veritas haberi non potest, priuilegiati compelluntur testificari.ut in c.j.& c.cùm peruenit.extra de testi. cogen. secundũ Albe. ĩ l.inuiti.de testib.& firmat alter Alb.in tract.de testi.in c.qui test.nõ coga.testi.& est decisi.ca. tolo.sub nu.354.Imo.& Anto. &

Andreę Sicul.in c.delictorum.de testi.cogen.Bart.post Gloss.in.d. l.inuiti.& idem procedit in clerico,ut non cogat testificari, si aliter ueritas haberi non posset, secundũ Glos.in c.super eo.de test. cogen.& in c. statuẽdum.ij.q.vj. & Hostiẽ.in summa, de testi.§.j. Goffre. in summa eiusdem titu. Imo.in d.c.delictorum.de testib. cog.& Abb.in c.j.eo.ti.& ꝙ ueritas aliter haberi non potest, tenetur probare ille,qui eos producit. secũdum Anto.Gemi. & Imol.in d.c.delictorum.& Abb.in d.c.super eo.eo.ti.& qñ testes dicantur inuiti,responde quando citati ad deponẽdum uenerunt,& allegauerunt eorũ priuilegium,petẽdo nõ esse cogendos ad deponendũ,quo non obstante iudex compulit eos testificari, non qñ fuerunt tãtum citati,& eis fuit factum mandatũ, ꝙ deponant, & illi deposuerunt non allegãtes priuilegiũ, secundũ Alb.de Ros.in d.l.lege Iulia.ff.de

30 testi. ¶† Quidam sunt testes,quos iudex nõ potest compellere ad se venire,sed ad eos debet accedere, vel mittere,ut sunt senes,ualetudinarij: ut sunt maiores lxx. annis, & alij notati in l.inuiti. de testi. Quando aũt veritas haberi nõ potest, & eo casu cogunẽ deponere, non aũt uenire personaliter ad iudicem,secundum Alber. & cæter. Doct.in d.l.inuiti.& Alber. Berg. in d.tra.de testi.in loco suprà citato. Sunt & alij testes, qui cogi nõ possunt testificari, ut sunt magistratus. qui tñ, si publica utilitas suadet etiã testificari coguntur, qñ aliter veritas haberi nõ potest. secundum Alber. in d.loco per l. gradatim.§.quoties. ff.de mune.

31 & ho.¶† Non cogitur testificari mulier prægnans, secundũ Bal.& Floria. in d.l.inuiti.facit l.ij.§.si uerò propter.ff.si quis cau. Idem Bal. in l. imperator.ff.de sta. ho. Quod facit pro uulgari opinione mulierum dicentium,ꝙ non licet mulieri prægnanti iurare, & ad id cogi non posse: quia si non cogũtur testificari, ergo nec iurare, cũ debeant testes esse iurati. Sed illud intelligi debet secũdũ Bar.in d.§.si uerò.ꝙ non tenetur mulier prægnans personaliter in iudicio cõparere: sed iudex debet mittere actuariũ,ut iuret,& deponat, ꝑ l.ad egregias.ff.de iureiurã.& idẽ, si non sit prægnans.ut in c. mulie

32 res.de iud.lib.vj.¶In q.† Nunquid idistinctè testes possint euocari,de una ciuitate in aliã ferẽdi causa testimonium? ¶Iv d. Optimam rem tetigisti, & ideò aduertendum est per iudices quo ad testes euocãdos: quia debet explorare,quæ consuetudo in ea regione sit,in qua iudicant. Nam si probabitur sæpè in aliam ciuitatem testimonij gratia plerosque euocatos,non est dubitãdum,quin euocandi sint,quos necessarios in ipsa cognitione deprehẽderint, qui iudicant.l.iij.§.fi.ff.de testi. Aliàs ipsi accedant,uel ad eos examinãdos actuarium mittant, uel eorũ receptionem alteri committant: quod raro debent facere iudices, & propè solum in criminalibus ar

33 duis. ¶Fis.† Quonam ordine,& de quo debent interrogari testes? ¶Iv d. Debent interrogari de singulis circunstantiis: uidelicet de causis,personis,loco,tpe, uisu,auditu,sciẽtia,credulitate, fama, & certitudine.c.cũ causam, extrà de test.

test.de qualitate tamen temporis, an nubilum fuerit, an serenũ tempore cõmissi delicti, maximè quãdo sunt suspecti testes. Quia tunc etiam de minutissimis circunstantijs: de vestium colore, vestitu, cæterarumq; rerũ exactissima qualitate indagabit, ut uidelicet explorare possit num suspectorũ testiũ fides adstipuletur, ar. l. is, apud quem C. de eden. Iudicantem enim oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquisitione discutere. xxx. qõ. v. secundum glo. in verbo. ex tempore. §. in testibus considerandum. Debent etiam interrogari, quo genere teli sit facta percussio. Nam animus occidendi probatur ex qualitate percutiendi. Debet inspici, quo gladio, baculo, aut lancea: & si talis percussio fuerit facta in capite, aut alia parte corporis. Quia cum graue sit instrumentũ, non solet leuem plagam inferre. Debent etiam testes moneri, ut uerum dicant, prætermissis prece, odio, & amore, habẽtes respectum ad Deum, qui est summa ueritas: & ob id de veritate dicenda debent iurare tactis sacrosanctis euãgelijs. ut. l. iusiurandum. C. de testib. & c. quàmquàm. xiij. q. ij. & xxxv. q. vj. de parentela. vt quæ in ueritate rerum nouerint, professione suæ testificationis aperiãt, & non admisceant falsitatem testimonio. c. hortamur. 3. q. ix. & l. præsbyteri. C. de epi. & cle. Debẽt designari nomina testium, & eorum cognomina, vt quid, & à quibus dictum sit appareat. vt c. qualiter, & quando. de accu. Debent etiam annotari qualitates testiũ in eorum depositionibus: quia eorum fides approbatur ex illorum dignitate, vt in auth. de test. §. san-

34 ctimus. ¶† Et si petierint testes exhiberi eis hominẽ, de quo deponunt, exhibendus est, vt eum recognoscant. & hęc exhibitio fieri debet cum indumentis, & qualitatibus eius, secundùm Bar. in l. si cũ exhibuissẽt. §. antè aũt. nu. 2. ff. de pu. & vect. & l. stigmata. de fabr. li. xj. & ꝓbatur in l. iij. §. si quis noxali. Nec debet ad oculũ demonstrari, quia daretur materia fabricandi falsum. sed constituto reo inter duos, vel tres, interrogentur testes, quis eorum videatur. & sit ille, de quo deponunt in eorum depositionibus. & ita seruat ma-

35 gna curia vicariæ. ¶ Fiscvs. † Nũquid ætas testium debeat designari, & apponi in depositionib. eorum? ¶ Ivdex. Certè sic, vt talis testis est annorum xxxj. & hoc fit, quia in testibus requiritur, quòd sint maiores xxv. annis. ut l. in testimonium. in fi. ff. de testi. Impuberes ergo, & paruuli testes non possunt in causis criminalibus examinari. Quia omne quod testibus adstipulatur, id iurationis adiectione affirmare debent. vt in c. j. xxij. q. j. & c. quãquàm. xiiij. q. ij. Sed paruuli, siue pueri antè annos quatuordecim non coguntur iurare: quia sine ætate rationabili sunt. vt c. paruuli. & c. pueri. xxij. q. v. Igitur non possunt esse testes, quia iuramento debet adesse iudiciũ. vt iiij. q. ij j. c. j. & hæc ætas nescit, q̃d agat. vt C. de fal. mone. l. j nec potest impubes periurare. vnde sacramentum calumniæ præstare nõ potest. l. qui iurasse. ff. de iureiur. Quæ oĩa non ꝓcedunt, vbi aliter veritas haberi nõ põt. quia

tunc

tunc infans, & impuberes admittuntur, non ad plenam probationem, sed saltem ad faciendum indicium. per ea, quæ latè scribit Hyppo. de Mar. in l.infans .ff. de sicar. Item dictum istorum validatur, si adest depositio alterius testis omni exceptione maioris idẽ deponentis. secundùm Bal. in l. si quis. §. quid enim. in prin. ff. de eden. & Ias. in l.cunctos populos. C.de sum. tri. & fi.catho. & posuit Ioã.Mill. in practica cri. in gl. æta-

36 tis.fol.25. ¶Fis. †Quid si sunt ali qui testes, qui in eorum depositionibus asserunt, se non cognouisse offensorem per nomen, & cognomen, & tamen dicunt, ꝙ si viderẽt, cognoscerent, & offensor ipse nõ est in fortijs curiæ, vt posset exhiberi testibus secũdum supradicta, quid est faciendum? ¶Ivdex. Debent designari signa, quæ habebat offensor: qualitas personæ: quæ indumenta, & vestimenta portabat: quam faciem habeat: & si est iuuenis, vel senex. secundum Bar. in l.j.C. de mẽdi.ualid. li.xj. Nam per caput, cuius sit imago, cognoscimus. l.cùm in diuersis. ff. de reli. & sum. fu. & l. itẽ apud Labeonẽ. §. cum quis. ff. de iniur. & Io. Mil. in d.prac.cri. in gl. prolixa. Barba. fo.20. & Ang. de Are. in li.malefi. in verbo, hęc est quædam inquisitio, in fine. vbi quęrit an possit formari inquisitio, quando nescitur offensor. & per Marsi. in practica. §. principium. n. 17. in fi. & nu. 18.

37 ¶Fis. †Quid si accusator paucos testes ꝓduxerit, an malè faciat iudex, si ex officio alios examinauerit à querulante nõ productos? ¶Ivdex. Dicas, quòd non, secundùm Bar. ĩ l.1. §. si quis vltrà. ff. de quæst. & not. per omnes scribẽ. in l.idem si ob stuprum. § si tibi. ff. de condict. ob. tur. cau. & in authẽ. de tabellio. §. j. col. iiij. cum seque. cum sua Glo. & extra. de calum.

38 detergen. c. j. & glo. ¶Inqvisi. †. Sæpe uidi in capiendis informationibus examinari inimicos, & pro parte inquisiti instari, ꝙ nõ recipiantur, quia sunt inimici, & hoc non obstante recipiuntur, an benè fiat? ¶Ivdex. Si tẽpore, quo examinantur testes, compareat quis, & dicat non procedi ad exàmen testiũ, quia sunt ei capitales inimici, de qua inimicitia in prõptu offeratur verificari, quia ita debet exponi, certè impeditur examen, & debent iudices ipsi summatim cognoscere de allegata exceptione inimicitiæ, secundum Bar. & Marsili. in l.1. §. si quis dicatur. ff. de quæstio. & habentur ꝑ Grã. decisi. xxxiiij. nu. 47. vbi dat modum obijciendi de inimicitia.

39 ¶Fis. † Quid ergo seruabunt iudices, si procedendo ad examinationem aliquorum testium aliàs fortè super eodem facto examinatorum, & nolunt ipsi testes sigillatim deponere, sed dicunt, se referre ad eorum examen aliàs factum. ¶Ivdex. Dicas, quòd si iudicibus uidebuntur testes ipsi suspecti, possunt cogere ipsos ad iterum sigillatim deponendum, nec tenẽtur admittere responsionem eorũ, quòd se referant ad aliàs dicta, secundum Bal. in l.1. §. editiones. in fi. j. col. ff. de edẽ. & in l.fi. C. de testi. in fi. Est enim in arbitrio iudicis admittere talem responsionẽ, vel nõ admittere, secundùm Bart. in l.eos. ff. de fal. benè verum est, quòd Bart. ibidem dat cautelam

ipsis

ipsis testibus, vt petant exhiberi,
& legi eis depositionē aliàs p̄ eos
factam,& ad hoc iudices tenētur,
ut etiam per Marsil.habetur in lo
co.suprà alleg.de quo per Boër.in
decisi.cvij.pri.parte.Et est aduer
tendum,ꝙ quādo testes dixerint,
se referre ad eorū examē, tunc tu
Fisce debes cōparere,& instare,ac
petere,ꝙ iterum examinentur per
extēsum, & varijs interrogatorijs
interrogentur, ex quo ipso ipsos
habes suspectos, vt docet Gra. in
decisi.xxxiiij. nu.40. Tunc enim
iudices licitè procedunt ad eos
examinandos, vt consuluit Alex.
consil.xc.in iiij.lib.& consi.cliiij.
40 v.col.in v. li. ¶ Fis. † An iudex
teneatur admittere illam protesta
tionem,quam sæpe testes faciunt
dici: prout dixi in alia depo. & si
aliter dixero,vel deposuero, id est
ex obliuione,& semper intēdo p̄-
seuerare in prima depositione.
¶Iud.Dicas,ꝙ sic,secundū Bar.&
Marsi.in l.eos.ff.de fal.& operatur
ista protestatio, si aliter dixero in
secunda quàm in prima.ꝙ nō erit
41 varius testis. ¶Fis. † Quia suprà
mihi dixisti, ꝙ testes, qui cogi nō
possunt priuilegio iuris,vel aliter:
si aliter ueritas haberi non potest,
possint cogi deponere, an id uerū
sit vt etiam per torturam cogan-
tur?¶Iud.Amode.de Caste.ī trac.
syndi.in gl.in eo,quòd potest offi
cialis plures capere detinere,in fi.
dicit,quòd sic. quē sequitur Bru.
in trac. de indi.& tormen.in v. q.
ij.partis. nu.18. & Mar.in l.1.§.si
seruus bona fide. ff.de q. & Rom.
in si.cccxciij.incip.tu habes. Sali.
in l.ex consen. C.de rep.¶ † Fis.
42 Quid faciāt iudices, qñ testes exa
minati uoluerint fortè corrigere
eorum dicta,an admittant dictam
correctionē, & eam scribi faciāt:
¶Iud.In cōtinenti licet testibus
corrigere eorum dicta,non ex in-
teruallo, ut est casus in c. præte-
rea. extra,de testi.cogen. & Glos.
in auth.de testi.§.quia uerò.& sic
quando in continenti corrigunt,
debet admitti,& scribi talis corre
ctio, si iustam causam correctio-
nis allegent.& hoc ipsis iudicibus
videbitur. Quando autem sim-
pliciter corrigunt dictum eorum,
nec dicunt priorem testificationē
se corrigere uelle, tunc punientur
ut uarij, per l.eos. ff.de fal. & ibi
no.Bar.in tertio contrario.& quā
do dicatur in continenti, omnes
Docto.in d.c.p̄terea.tenent,ꝙ an-
tequam sint loquuti cū parte, & ē
conspectu iudicū exeāt, vt tangit
pulchrè Tinda.in trac.de testi.di-
scor.seu var. in iiij.c. dicti tracta.
vbi dicit sibi videri, quòd si testis
sit nobilis, & veridicus, erit arbi-
trariū iudici admittere correctio-
nem ex interuallo, vel non admit
tere: & si sint aliqui testes, qui di-
xerint se nescire, eos posse etiā ex
interuallo dicere, se scire, vel se
recordari,licèt non indistinctè,ut
per Doct.in d.l.eos.& habentur p̄
Tind.in d.trac. in loco suprà alle.
43 ¶Fis.†Quid verò, si testis obscu
rè deposuit, vel diminutè absq; cā
scientiæ, vel aliter, an quandocū-
que potest iudex ipsum repetere,
vt declaret dictum suum? ¶Iud.
Certè sic. quia in eo cessat timor
subornationis. vt extrà, de testi.
c.cū clamor.& ibi p̄ Gl.& Docto.
& c.p̄ tuas.eo.ti. & facit l. repeti.
ff.de quæstio. in princ. & ibi no.
Bart. Sed hoc est verum, quando
testis dictum est adeò obscurum,
quòd

quod nullum habet intellectũ, sed si posset varijs modis itelligi, tũc iudex non deberet testem repetere, sed eius dictum interpretari secundùm consuetudinem, si posset. aliàs in partem benigniorem. & ijs cessantibus stare debet verborũ significationi, omnibusq; deficientibus debet dictum testis contrà producentem interpretari, per c. in præsentis. extra, de probat. & refert Inno. extra, de testi. c. cum clamor. in gloss. vlt. in fin. & sequitur Tinda. in d. tract. de testi. uaria. in iiij. ca. ¶ Fis. † Dixisti mihi
44
paulò antè, quòd testes vacillantes possunt torqueri ad habẽdam veritatẽ. nunquid testis deponens prima vice per verbum credo, & secunda vice per uerbum assertiuum ueritatis, dicatur vacillare? ¶ Ivd. Dicas, ꝙ regulariter non. imò creditur dicto ipsius ita deponentis, secundùm Gl. ordi. ab omnibus approbatam, in l. tutela. C. de in inte. restitu. in ij. lectu. facit l. peregre. in princ. ff. de acqu. pos. & hoc vult expressè Iac. de Are. ĩ l. ij. §. quod obseruari. C. de iura. calum. & Bal. in x. col. de not. feu. c. j. §. notandum. & verum hoc intelligitur, quando iudici licitũ est hunc testem examinare, & repetere: & quando testi licitum est dictum suum corrigere. quod quando fit suprà dixi. Item id procedit, quando causam nouæ credulitatis assignat: quia aliàs diceretur vacillãs, & eius dicto non staretur. Itẽ id verum est, præterꝗ̃ in casibus, in quibus statur testi deponẽti de credulitate, vt plenè ꝑ Tindar. in trac. de quo suprà, in c. v. in princ. ¶ Fis. † Sed quid si testis
45
nõ vult corrigere dictũ suum, sed vult addere, an debeat scribi eius additio? ¶ Ivd. Dicendum est, quòd sic. & hoc antequã testis exeat cõspectũ iudicis: quia videt vna depositio cum prima. arg. ff. de tes. l. hæredes palam. §. fi. l. continuus. in prin. ff. de verbo. oblig. & ff. de duo. reis. l. duos reos. & l. quod ait lex. §. fi. de adulter. Si autem adderet pòstquàm loqui potuit cum partibus, tunc quidem audiri debet, sed minor fides ei datur. arg. no. in authent. de testi. §. quia verò. & uoluit hoc Io. And. in cap. præterea. extrà, de testi. & ibi Io. an. de Imo. ¶ Fis. † Quid si te-
46
stis prima vice dicit sibi videri, demum iterum examinatus deponit per verbum ueritatis assertiuum, an hic varius dicendus est, vel vacillans, ut possit torqueri? ¶ Ivd. Dicas, quòd non dicetur varius, nec vacillans. imò statur secundo dicto, per tex. cum Gloss. in l. qui bona. §. si quis stipulaturus. ff. de dam. infec. & l. iij. §. duæ causæ. ver. finge. ff. ad Carb. quod intelligitur, secundum quod supra proximè dixi, quando deponit per verbum, credo. ¶ Fis.
47
† Sed an sit idem, si prima uice testis deponit dubitando, & deindè iterum exanimatus deponit affirmando? ¶ Ivd. Per omnia idẽ est. per tex. in l. sed si quacunque. in fi. iuncta l. item quæritur. §. idẽ Iulianus. ff. loca. Nam in l. sed si quacunque. in fi. Iurisconsultus super illo casu dubitat. sed in d. l. item quæritur. §. idem Iulianus. illũ casum sine dubitatione decidit, & tamẽ nõ dicitur varius: sed prædicta intelligas, quando cõtingunt hæc in diuersis depositionibus diuersis temporibus factis. secùs,

ſecus, ſi eodem tempore: quia tūc
diceretur teſtis uacillans. & ita
procedant, quæ ſuprà dixi ſecun-
dum Tindar. in d. tract. de teſti.
48 ua. in c. ſeptimo. ¶ Fis. † Quid ſi
teſtis dicit una uice, ſe neſcire: de-
indè iterum examinatus dicat, ſe
ſcire, an & hic, dicatur uarius
teſtis? ¶ Iv. Diſtingue, aut te-
ſtis, qui prima uice dixit ſe ne-
ſcire, producitur iterum in eodem
iudicio ſuper eodem, & ab eadem
parte, quæ priùs eum produxerat,
vel ab aduerſario: & hoc caſu ſi
dicat ſe ſcire, ei non creditur: quia
hic teſtis per hanc uiam nō poteſt
iterum produci, & præſumitur ſub
ornatus, vt eſt caſus in l. produci.
ſecūdū unam lecturam. ff. de teſti.
Interdū reuertitur teſtis, qui priùs
dixit, ſe neſcire, proprio motu ad
corrigendum eius dictum, dicens
fortaſſe ſe rememoratum. & eſt i-
dem, ſi illud facit ex interuallo ꝓ-
pter timorē ſubornationis. & ita
procedat deciſio Do. de Ro. xxij.
Interdum teſtis, qui prima vice di
xit ſe neſcire, uocatur à iudice ex
eius officio ad eius informationē,
quia forſitan perſenſit teſtem eſſe
rememoratum, vel ad declaratio-
nem aliquam, vel ad aliquam addi
tionem, quod poteſt facere iudex.
vt ex̄, de teſti. c. cū clamor. & hoc
caſu ſtatur ſecūdo dicto, nec dice-
tur varius, vt optimè concludit
Tind. in tract. de teſt. varia. in viij.
cap. & voluit Ang. in l. quidam ta-
bularum. ff. de fur. & Ia. de Are. in
l. ij. §. quod obſeruari. C. de iura.
cal. & Bar. Io. de Imo. & Ang. in l.
qui bona. §. ſiquis ſtipulatus. ff. de
dam. infe. quod eſt uerum, niſi pri
ma uice deponeret per verbum ne
ſcio, poſteà uerò affimatiuè, uide-
licèt, ſcio, tantùm, & non plus, uel
quid ſimile. quia tunc dicetur ua-
rius, ut plenè dicit Tindar. vbi ſu-
49 prà. ¶ Inqui. † Nunquid teſtes
domeſtici familiares producti per
accuſatorem debeāt recipi & exa-
minari? ¶ Iudex. Dicas, quòd
non. c. in literis. extrà, de teſti. Te
ſtes igitur eos, quos accuſator
de domo produxerit, interrogari
non placuit. l. pen. ff. eo. tit. de te-
ſti. cùm & iure ciuili domeſtici te-
ſtimonij fides improbetur. l. ij. C.
eo. ti. & familiæ appellatione oēs,
qui in ſeruitio ſunt, continentur.
etiam liberi homines, qui bona fi-
de alicui ſeruiunt, vel alieni. acci-
pe eos quoq;, qui in poteſtate eius
ſunt. l. addes etiā. §. familiæ. ff. de
ædi. edi. & l. pronunciatio. §. fami
liæ. ff. de ver. ſig. Domeſtici dicun
tur colonus, ſeruus, aſcriptitius, fa
miliaris, libertus. l. vlti. §. ſanè. C.
de iis, qui ad eccl. confug. item do
meſticus eſt mercenarius, qui ope-
ras alicui locat. l. reſpiciendum. §.
furta domeſtica. ff. de pœ. Dome-
ſtica quoque eſt vxor, & coniunx,
cum appellatione familiæ cōpre-
hendatur. l. quicunque. C. de re mi
litari. lib. xj. ſed vbi aliter veritas
haberi nō poteſt, & domeſticorū,
& familiarium iuris interpretes te
ſtimonium admittunt, ſecundum
Panor. in c. vlti. verſi. ſed quia ſu-
prà dixi. de iis, quæ vi met. cau. fi-
unt. Proindè ſi quid nocturno tem
pore paterfamiliâs amiſerit, proba
re hoc poterit per ſuos domeſti-
cos: ſi dicant, pridie eas res ſe ui-
diſſe, & nocte furem fuiſſe in ædi-
bus, illuceſcente die ſe illas res am
plius non vidiſſe. vel ſi paterfami-
liâs dicat ſibi datā, ſeu factam eſſe
vim, nocturno tempore effractas
eſſe

esse fores, seu quid simile, testimonium domesticorum fidem faciet. arg. l. consensu. C. de repu. Quoniam (vt ait tex.) non facilè quæ domi gerũtur per alienos po
50 terunt sciri. ¶ Fis. † Qui nam ꝓpriè dicuntur testes uarij, uacillantes, & contrarij? ¶ Ivd. Dicas, quòd testis uarius dicitur, qui primò dicit vnum, posteà aliud dicit cõtrarium nullam uariationis causam assignando. ita dicit Io. And. in c. propterea, de testi. cogẽ. Cõtrarius dicitur, qui dicit duo incõpossibilia: vt si testis dixerit, quòd interfuisset tali die, & hora celebrationis talis contractus, & posteà dicat eodem tempore se fuisse in alio loco multum remoto. nam talem appellamus contrarium, eò, quia duo simul in compossibilia testificatur. Vacillans autem dicitur, qui dubitando, & timendo loquitur. de quo per Bald. in l. eos. ff. de fal. vbi plene. & per Spe. in ti. de test. §. j. uersi. quòd autem testes. & hãc declarationem Io. An. in ca. præterea. sequutus est But. ibi. Potest tamen aliter dici testis uarius secundum Imol. ibi. quãdò quis dicit Titium emisse eadẽ die domum Sempronij, deinde testificatur Titium emisse domum Semproni j vnà cum vxore sua. Nã hic propriè dicitur uariare, ex quo primò dixit Titiũ simpliciter emisse domum: de hinc dixit Titium cũ vxore. Et hæc expositio uariationis magis placet Alberic. de Ro. Bergo. i trac. de testi. in v. & ul. pa.
51 in prin. ¶ Fis. Quomodo coguntur testes testificari? ¶ Iv. Dicas, quòd compellet eos mulcta indicta, & captis pignoribus, secundũ Bal. & Io. de Pra. in l. quibus dicbus. in prin. uersi. nota istud principium. ff. de condi. & demon. & per Inno. in c. j. in glo. in uersi. cõ-
52 pellas. de testi. cogen. ¶ Fis. An iudex licitè possit assecurare testes, ut ueniant tuti ad deponendum? ¶ Ivd. Dicas, quòd sic, secũdum Spe. in ti. de test. §. qualiter autem. versi. debet quoq; nu. 13. per c. hortamur. iij. questio. ix.
53 ¶ In. † Nunquid iudices debeãt prouidere, ut testes habeant sumptus à querulante producente? ¶ Ivd. Dicas. quòd sic. l. quoniam liberi. C. de testi. & in authen. de test. §. & quoniam. iuncta. Glo. in uersic. obseruationibus. col. v. & c. statutum. §. proferẽdo. de rescri. li vj. & procedit etiam, si dicti testes coacti deposuerint, secundum Spec. in tit. de recu. §. effectus. uer.
54 sed quis. ¶ In. † Indies uideo iudices in capiendis informationibus, si uiderint testes aliquid deponere in fauorem inquisitorum, id scribi non faciunt, & aliqui scribi faciũt aliter, quòd testes dixerint: nunquid licitè hoc machinãtur? ¶ Ivd. Caueant iudices, vt dictis testium non addant, nec diminuant, sed eorum materna uerba, & prout dicta sunt per eos, extendi faciant, & non aliter: aliàs rei erũt gehennæ, & tenebũtur reddere rationem in die iudicij, cùm tractabitur de uita hominis, & punientur pœna reseruata illustrissimo Proregi huius regni. Debẽt enim dicta testium tam facientia pro inquisito, quàm contra inquisitum extendi, & scribi sub pœna reseruata Proregi, ut cauetur per regiam prag. editam per Cęs. maiest. incip. item quia nobis datum est
55 intelligi. ¶ † Item debet cautè pro-

procedi ad capiendam,& formandam inquisitionem,vt antè omnia examinentur testes de fama. quia non præcedente fama, inquisitio corruit, vt habetur in c. qualiter, & quando.ij.de accusa. & latè examinat Marsi.in praxi cri.§.constãte.nu.12.Verum si probantur indicia propinqua, licèt non probetur fama,sufficit,vt ibi.Et id quod dixi,quòd fama debet præcedere,habet locum, quando proceditur ad petitionem,& querelam alicuius. secùs, si proceditur ex mero officio, ut ibi latè habetur cum alijs casibus, in quibus nõ procedit id, quod dixi,quòd habeat cõstare de fama: licèt in hoc ultimo fortiter arguat contra Ang. quòd etiamsi proceditur ex mero officio, debet

56 cõstare de fama.¶ † Item ad hoc, vt inquisitio procedat, necesse est taliter esse probatum delictum, vt actio ciuilis oriatur parti. aliàs si actio ciuilis nõ oriretur parti, nec etiam oriretur actio reipublicæ.& sic non posset formari inquisitio, vt firmat satis Marsi. vbi sup. nu. 34.cum sequentibus.& ibi dat plu

57 ra exempla. ¶ † Item si fortè inquiritur contrà aliquem de auxilio præstito, debet antè omnia capi informatio de ipso delicto principali, & de principali offendente, seu delinquente: aliàs non posset procedi contrà auxiliantes auxilio cooperatiuo præstito delinquẽti, secundum Pet. de Anch. in cõsil. 217. incip. nos Bartholomæus de Sali. refert, & sequitur Marsil. in d.§.constante. nu.40.Nec sufficit constare per fictam confessionem habitam uirtute cõtumaciæ, & uigore, vt per eundẽ Marsi. idẽ nu.53. & per eundem in l. si in ri-

58 xa.nu.31.& 32.ff. de sicar. ¶†Et eodem modo si proceditur contra mandantem,debet constare de mandatario, aliàs procedi non potest secundum eundem Marsi. in

59 consi.49.& 50.primi lib.¶†Item vlteriùs debet constare, quando proceditur contrà aliquos de auxilio præstito ad delictum committendum: quòd ad hoc principaliter fuerint coadunati, & ꝙ auxiliabãtur assistendo, ut habilius, & commodius fieret delictum per principalem delinquentem. per l. iij.§. homines.ff. ui.bo.rapto. & firmat Marsi.vbi sup.nu.45.& 42.

60 ¶†Item debet cõstare, quòd delictum non poterat fieri sine auxilio illius, & quòd si ipse nõ interuenisset auxiliando, non sequutũ fuisset delictum, uel si nihilominus patrari potuerit, non tamen ita facilè & commodè ut ibi per

61 Marsi.nu.61. propè fi. ¶ † Item debet probari, quòd scienter, & non ignoranter fuit præstitũ auxilium,secũdum Bar.in l. omnes. C. de agri.& cen. li.xj.& Alex. in l.is qui opẽ.ff.de fur. & per Marsi.

62 in d.§. constante nu.64. ¶†Item debet constare delictum fuisse cõsummatum, & non attentatum tãtum.Quia quis non tenetur de auxilio, nisi delicto consummato,secundum Glo. & ibi. Dyn. in l.sed & diuortij. ff. re. amo. & Marsi.

63 ubi sup.nu. 65. ¶ † Et nota, ꝙ si non cõstat, quis occiderit uel uulnerauerit Sempronium: tamen si constet fuisse uisos Sempronium, & Seium adinuicem rixantes, & ex post fuisse uisum Sempronium mortuum, licèt non probetur dictum homicidium, attamen probatur dictum homicidium,secundum

dum

dum Sali. in l. fi. C. de proba. & Soc. consi. 54. incip. uisis testibus. pen. col. iij. uol. refert, & sequitur Fran. Bru. in trac. de indi. & tor. v. car. iij. colu. & Marsi. cō. cxv. ij. uol. nu. 28. & in casu istius incerti tudinis potest adhiberi tortura, ut habetur per Marsi. in l. j. §. diuus
64 Adrianus. vlt. col. ff. de sicar. ¶ † Et nota, quòd si accusatur Titius, φ occiderit Seium, & testes deponunt, quòd Titius Seium gladio, vel claua percussit, licèt uideātur incertè deponere, tamen quia uter que intellectus concludit homici dium, rectè probāt, secundū Alex. in l. inter stipulantē. §. j. ff. de verbo. obli. & refert, & sequitur Fel. Sande. in c. ex parte prima de re-
65 scrip. col. 13. circà medium. ¶ † Est etiam notandum, quòd ubi ueritas aliter haberi non potest, possint examinari impuberes, & infantes, & saltem faciunt indicium ad torturam. Debet tamen priùs constare, aliter ueritatem haberi non posse, habitum, & actum probando, quòd fuit de nocte, ubi nō erant, uel adesse poterant alij testes, quàm illi infantes: uel fuit in domo, ubi non erant, nec esse poterant alij testes, vt ex multis firmat Hippo. à Marsi. in l. infans. nu. 35. cū sequente. ff. de sicar. Vbi autem habitu, & actu alij testes poterint haberi, licèt actu non habeantur, tunc nō probarent, ideò
66 scias practicare. ¶ † Itē capiat informationē, cuius uitæ fuerit prius inquisitus, & an talia, vel similia facere consueuerit, per l. deserto-
67 rē. §. is, qui. ff. de re milita. ¶ † Itē inuestiget, cuius famæ sit in ciuitate, quia secundum famam iudicatur. vt l. de minore. §. tormen-
68 ta. ff. de quæstio. ¶ Fiscus † An, & quando procapiendo informationem, & pro examinandis testibus possit iudex cōcedere saluum conductum aliquibus bannitis, & contumacibus, ut tutò ueniant ad ipsum examinandum. ¶ Iv. Vide Ang. de Are. in li. male. in uerbo,
69 fama publi. xj. col. ¶ † Et si est capiēda informatio de adulterio, debet probari, & examinari, quòd illa mulier adulterata, erat uxorata cum tali. item quòd communiter, & generaliter tenebatur, tractabatur, & reputabatur tanquàm uxorata, & ligata uxor dicti talis. item quòd ad inuicem se tenebāt, tractabant, & reputabant uir & uxor habitantes, & dormiētes in simul, ut concludit Angel. Areti. in li. male. in verbo. che me hai adulterata la mia donna. v. col. & Afflic. in consti. legum asperitate. in ij. nota. & ponam latiùs in forma
70 capitulorum de adulterio. ¶ † Itē quando aliquis uulneratus fuerit, & demum mortuus illinc ad aliquos dies, capias informationem, quòd ille sic uulneratus erat debilis, infirmus, delicatus, & paruæ uitæ: quia tunc ex quolibet indicio, etiā leui, præsumitur mortuus, vt docet Ange. ab Are. in lib. malefi. in verbo, qui iu. ad pro. finæ inquisitionis. ij. col. ver. quāto utile est.
71 ¶ Fiscvs. † Quid si accusator dedit testes iudici, vt ipsos ad probationem suæ querelæ examinet, nunquid si citati non ueniant depposituri, procedi debeat ad liberationem accusati? ¶ Iudex. De hoc est in indiuiduò ritus magnæ curiæ uicariæ incip. item seruat ipsa curia, quòd citatis. uolens, quòd si citati testes, & effecti contumaces

contumaces, & condemnati ad pœnam in mandato contentã adhuc non venerint, proceditur in causa ad vlteriora: videlicet, ad liberationem accusati, vt voluit Afflic. in consti. in pecuniarijs, in 72 xiij. nota. ¶ † Et quando testes citati non comparent in termino ad deponendum, condemnantur ad pœnam tertiæ partis bonorum mobilium, & ad reficiendum parti læsæ expensas litis probandas, & suo iurameto taxandas. & nihilominus si possunt cogi, captis pignoribus ad deponendum cogi debent, secundùm Afflict. in consti. in pecuniarijs, vbi supra.

PRIMA PARS SEcundæ partis.

Notatus capiat de persona. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Captura est permissa præcedẽti aliquali informatione.*
2 *Captura est arbitraria antè contumaciam, sed post est necessaria.*
3 *Captura est permissa in alieno territorio.*
4 *Iudex potest frangere ostia domus pro capiendo delinquẽtẽ.*
5 *Captura an quolibet tempore permittatur.*
6 *Et an in quolibet loco.*
7 *Resistẽs nunquid occidi possit.*
8 *Saluusconductus an delinquẽtibus seruandus sit.*
9 *Delinquens nunquid perquiri possit in domo aliena.*
10 *Vassalli nunquid teneãtur adiutare officialem in capiendis delinquentibus.*
11 *Officialis tenetur de eo, quod fit per vassallos conuocatos ad capturã delinquentium. et 12.*
13 *Officialis requisitus ab aliò officiali, ut ei adiutoriũ ferat in capiendo delinquentẽ, num teneatur.*
14 *Captura non debet concedi inimicis capiendi.*
15 *Appellari an possit à licentia de capiendo.*
16 *Iniurys, et contumelys captos affici non decet.*
17 *Resistentia est permissa, vbi captura est iniusta.*
18 *Mulieres an possint capi, & carcerari.*
19 *Mulier an luat ĩ corpus, si non potest in ære soluere pœnam, ad quam fuit condemnata.*
20 *Captura est permissa cum causa cognitione, & cum qua.*
21 *Captus per familiã potest consignari unuersitati vel syndico, donec maior familia venerit.*

FISCVS.

QVVM optimè, latissimè, & subtilissimè disserueris nobis de forma, & modò procedendi ad capiẽdam informationem, delictorum, celeberrime iudex, rogo te insuper, vt mihi declares, quid faciendum

dum sit per iudicem capta informatione, & in quo eius versetur officium. ¶Iv. Dicam vobis liben ter, & succinctè omne id, quod pe
1 tijstis. † Et ideo scias, quòd capta informatione, & apparentibus indicijs contrà aliquem debet procedi vel ad citationē realem, vel verbalem. sed quia dubitatur sæpius de fuga, ideò vt plurimum solet procedi ad citationem realem, & sic ad capturam, & ob id de hac primò disseramus. & primò scias, quòd recolo aliàs tibi dixisse in prima parte, quòd non est verum simpliciter id, quod communiter à scribentibus traditur: quòd potest procedi ad capturam in quantitate, etiam non præcedentibus aliquibus indicijs: intelligitur tamen id procedere, ut suprà dixi, precedente aliquali informatione, non aliter, & ita serues. ¶Inqvi.
2 † Est ne arbitrarium iudici procedere ad capturam, vel ad citationem uerbalem, vel arctabitur potiùs procedere ad capturam, quàm ad citationem? ¶ Ivdex. Bar. in l. consentaneum. C. quomodo & quando iu. dicit, quòd iudices semper possunt procedere ad capturam delinquentis, si velint, etiam antè contumaciā contractam: tamen ad id faciendum cogi non possunt per querulantem, nisi constituto delinquētem in cōtumacia solenniter. sed post contumaciam contractam tenentur iudices ipsi, si denegauerint ad capturam procedere, vt ibi per eum. & sequitur Par. de Pu. in lib. syndi. in verbo, captura, versic. quia plerunque. & quando dubitatur de fuga, semper potest procedi ad capturam, vt per Marsi. in pract. crim. §. constante. nu. 5. in fi
3 ne. ¶ Fiscvs. † An captura permittatur solùm in proprio territorio iudicis, an etiam in alieno? ¶ Ivdex. Bar. in l. quid sit fugitiuus. §. idem. ff. de edi. edi & in l. sicuti. §. Aristo. ff. si ser. vendi. & l. requirendum. de ser. fugi. dicit, quòd permittitur in proprio territorio tantum, nisi persequutio esset cœpta in proprio territorio, & delinquens continuata fuga se contulerit ad alienum territoriū, & ibi potest capi. arg. l. quid ait lex. ff. de adul. & est hodiè decisum in regno, quia licitum est officialibus insequi delinquentes intra territorium alienū per xv. miliaria, & illum capere, ne delicta remaneant impunita, vt in c. inci. dictam & pluries. ¶Fiscvs.
4 † Nūquid, si quis clausit ostia domus suæ, vt ibi nō capiatur, possit iudex pro ipsum capiendo licitè frangere ostia domus? ¶ Ivdex. Glo. in l. plerique. ff. de in ius voca. in indiuiduo decidit, quòd sic. quam sequitur Par. de Put. in lib. syndi. in verbo, captura. versi. captus illicitè.
5 ¶Fiscvs. † Nunquid quolibet tempore potest permitti captura, etiam tempore feriato? ¶Ivdex. Dicas, quòd quolibet tempore permittitur, etiam feriato, secundum Bal. in l. fin. C. de exhi. re. & Alex. in l. j. §. nuntiatio. ff. de nō. ope. nuntia. ¶Fi
6 scvs. † An in quolibet loco permittatur captura? ¶ Ivdex. Dicas, quòd non: quia intrà ecclesiam non permittitur, nisi pro atrocioribus delictis, vt habetur in authen. de man. princi. §. neque autem. & ibi Glo. & in l. ij. & ibi

Cy.Bar.& Do.C.de iis,qui ad eccle.confu. Imò etiam, si sumus in delictis atrocioribus, requiritur, quòd prius requiratur episcopus, qui concedat licentiam capiendi,secũdum Sali. in authẽ. si quis ei.C.de adulter.& Ang.in verbo, fama publica, in materia capturæ.ij. colũ. & habetur per Par.in tract.syndi.in verbo,captura.ver. an valeat captura facta in ecclesia.quod etiam procedit, etiamsi delinquens sit in ostio domus,vel cæmiterijs ecclesiarum, secũdum Ang.de Are.vbi supra.& Bart. in l.præsenti.in prin.C.de iis,qui ad eccle. confu. sed hodie in regno statur const.incip. Itẽ statuimus, quòd ecclesiæ. vbi cauetur, quòd nõ licet reos confugientes ad ecclesiam capere,nisi in casibus à iure permissis. ¶Fiscvs. † Quid si
7 fiat resistentia per delinquentem? ¶Ivdex. Licitè potest offendi,& etiam occidi, si resistẽtiam facit. secundùm Ang. de Are.in lib.male.in verbo, familiaris, seu familia.& in verbo, resistentia.& Iser. in cõst. terminũ vitæ. & Grani. decisio.xlj.quod procedit,si familia capiẽs trahebat signa familiæ curiæ,quæ in illa regione ferre solet,secundùm Ang.in addi. Ange. intellige tamen, si captura est licita.¶Inqvi.†Nunquid capi pos-
8 sint illi, quibus est concessus saluus conductus, vel fidantia, ipsis non obstantibus, vel debeant ei seruari?¶Ivd. Bal. post Guliel. in l.j.§.non fuit autem.ff. de dol.dixit,quòd aut saluus conductus est concessus causa cognita, & cum rationabili causa,& est seruandus adeò,quòd nõ permittitur captura: aut absque causæ cognitione, & permittitur captura, & saluus conductus non est seruandus: & istam doctri. Bald. sequitur Ang. ibidem.& Ang. de Are.in lib.mal.e.in verbo,fama publica, in materia capturæ. in v.q. vide tamen in quibus consistat hæc causæ cognitio,per Ang.in l.utimur.ff.de sepul.viol.vbi pulchrè loquitur. vide tamen Par.de Put.in lib.syndi.in uerbo, saluus conductus. & Marsil.in praxi cri.§. aggredior. nume. 104. & in §. quoniam.nume. 15. & §. constante. nume. 101. & Afflic. in const. pœnam eorum. xj. nota. & in const. Clementiæ. in vj.q. & in 7. no. & Signo. de Home. in consil. 101.
9 ¶Fis. † Nunquid malefactor possit perquiri in domo aliena inuito domino domus? ¶Ivd. Dico, quòd sic. & hoc propter vtilitatem publicam,& hoc nisi dominus pateretur damnum, vt l. venditor. in fi.ff.com. præd. & l. fluminum.§.fin.ff.de damn.infect.& l.j.§.deniq; Marcellus. ff.de aqua pluuia.arcen. ¶Inqvi. Videtur posse dici,quòd non.arg.l.quosdã de meta.li.xj.C.& l.iij.ff.de acqu.re.do.imò ingrediens videtur teneri actione iniuriarum.l.iniuriarum.§.fin.ff.de iniur. ¶Ivd. Dicas,vt suprà dixi, propter vtilita-
10 tem publicam. ¶Fis. † Prosequere materiam capturæ domine iudex in ijs, quæ tibi videntur utilia, & necessaria: nec expectes nostram interrogationem, cum tu melius scis ea, quæ conueniunt, quàm nos quærere. ¶Ivd. Dabo operam, ut tuo desiderio satisfaciam.& ideò scias,quòd si iudices pro capiendo delinquentem habuerint insufficientem familiam,

licitè possunt mandare incolis, & ciuibus, ut eos adiuuent ad capiendum dictum delinquentem, & illi tenentur obedire. per not. in l.ij.& j.C.de iis,qui latro.& l.j. de Nili aggerib.nō rumpen.& ita dicit And.de Iser.in consti.regni, pœnam eorum.& in consti.regni, humanitatem.adeò,quòd isti,qui conuocantur ad auxilium curiæ, habentur loco familiæ curiæ: intantùm,quòd resistens eis,vel eos offendens,habetur ac si familiam curiæ offendat, & ita punitur, ut latè habetur per Par. de Put.in li. synd.in verbo, familiaris, seu familia potestatis. prin. vide Luc. de Pen.in l.j.C.ut rusti.ad milita. offic.lib.xij.& Iaco.de Ayello in
11 trac.de iure adhoæ.nu.39.† Et aduertant officiales, ut non permittāt quid inhonestum, & illicitum fieri per dictos ciues conuocatos: quia ipsi officiales tenerentur de eo, vt per Par. de Puteo, in loco de quo suprà.versi. quia suprà plu ries est dictum.& adde, quod isti conuocati ad capiendum malefactorem, tenentur capere malefactorem, si possunt absque periculo suæ personæ, vt habetur per And.in d.cōstit. pœnā eorū.ad fi.
12 ¶Inqvi.†. Durum mihi videtur id,quod mihi nunc dixisti domine iudex,cùm & hoc sit angariare subditos,quod non licet,vt cautū reperitur per regias nouell. pragma.incip.Audiuimus etiam, ꝙ cō plures. & ad nostras etiam aures peruenit.prætereà conuocare uassallos,& subditos ad capiendum malefactorem,nō est dubiū, quin sit seruitium personale.l.i.§.fin.& l.fin.§. defensores.ff. de mune. & ho. & sicùt qualibet res præsumitur libera.l.si quis ædes. in pri. ff. de ser. vrb. præd. multò magis habens. & sic huiusmodi seruitiū personale nescio quo iure possit ita indistinctè imponi ciuibus, & subditis. & aliàs recolo, quòd in sac.regio consi.fuit hæsitatum,an uniuersitas teneatur dare camerarium, seu exactorem redditiuum baronis,& tamen post multa fuit decisum,non teneri,vt refert Capy.ī deci.cxvij.inci. in causa magni Francisci. ergo tantò fortiùs non possunt adstringi ciues, & incolæ ad capiendos malefactores. & habetur ꝑ Gra.in consi.xcviij. in ciuilib.& in cōsi. cxlvij.¶ Fis. Parùm facit id,ꝙ allegasti in contrarium eius, quod decisum extitit per dominum Iudicem,si rectè inspiciantur l.j.& ij.C.de iis, qui latro.& regia prag.incip.Nos Ferdinandus,& c. assiduo pensantes, &c.expressè cauet,vt ciues teneātur capere malefactores. & idem, si benè recolo,cauetur in c. nuper apud Tranū.nimirū si iudices possunt conuocare in auxilium ipsos ciues ad capturam malefactorum, cū & sine conuocatione tenentur eos capere, & si nō possunt capere,tenētur saltem ipsi acclamare: adiutorium, adiutoriū, vt in d.c. nuper apud Tranum cauetur,licèt loquatur de proditoribus regis. ¶Ivd. Placent mihi hæsitationes vestræ. & si benè considerentur ambo benè dixistis. & ideò sub distinctione vtriq; vestrū satisfaciā. Nā aut indifferenter, & semp pro quibuslibet condemnatis,& cōtumacibus officiales volunt grauare subiectos ad catpurā ipsorū, & ex hoc euitare expensas, & salarium,quod debent præstare suffi-

cienti

cienti familiæ,quã tenentur apud
se retinere,& tũc eis defalcabitur
salarium ꝑ rata.arg.l.Seia.de an-
nu.lega.quam ad hoc allegat Bal.
in §.ꝓficisci.& firmat.Par.de pu.
in lib.synd.vbi s̃.in fi.& isto casu
credo, quòd benè dicat inquisi-
tus. aut volunt conuocare ciues,
quia fortè ad eorum notitiã per-
uenit bannitos contumaces, & re-
belles curiæ latitare in aliquo ne-
more,vel domo, & quia sunt ĩ ma
gno numero,& familia,quam ha-
bent,sit insufficiens. & hoc casu
procedat decisio,& determinatio
13 mea s̃ allegata. †Aduertãt etiam
iudices,& officiales, quòd si fue-
rint requisiti ab alio iudice, vt ei
concederent familiam eorum ꝓ
perquirendo delinquente, quòd
tenentur illam concedere, etiã ad
literas alterius iudicis: aliàs tene
rentur,per no.in l.j.de ser.fugi.&
habetur ꝑ Par.de Put.in li. syndi.
in verbo. familia. versi. an ex eo,
quod fecerunt familiares. in iij.
14 col. † Itẽ caueant, ne unquã cõ-
cedant licentiam, & potestatem
capiendi delinquentes inimicis
eorum,& querulantibus, ut com-
muniter fieri adsolet. quia si cõti
gerit fieri aliquem excessum,tenẽ
tur in syndicatu.vt est tex.i authe
de coll.§.j.& l.j.ff.fur.aduer.nau.
& instit. de oblig. ex quasi delict.
§.fi.& Bar.in l.j.§.fam.ff.de pub.
& firmat Par. de Put. in loco su-
prà allegato.vers.an ex eo.iij.col.
15 circà medium. ¶Inqui.† Quid
si appellatur à captura,vel à licen-
tia de capiendo,vtrum debeat su-
persederi?¶Iud.Dicas, quòd nõ,
secundũ Bar. in l. ab executione.
C.quo.appel.non recipia.& l.j.ff.
de cust reo. & ponit Io. Mil.ĩ sua
pract.cri. in glos. prisonerios.nu.
16 j.fol.63. † Nec permittat iudex
seruientes, & iudicum exequuto-
res in capiendo reos contumelijs,
aut uexationibus afficere, & ullis
eos incessere conuitijs,aut corpo
ralibus iniurijs fatigare. Talia e-
nim perpetrantes puniuntur. ut l.
omnes.§.præterea nullus.C.de e-
17 pis.& cle. †Et si mandat inquisi-
tos capi,aduertat,ut licitè,& ĩ ca-
su permisso mandet. aliàs ipsi in-
quisiti possent se defendere, & e-
uadere manus familiæ,nec dicen-
tur curiæ resistere, sed se defende
re.l.j.§.si ideò.ff.ne uis fiat ei,qui.
& l.j.§.Offidius.ne quis eum, qui.
& possent inquisiti conuocare a-
micos,& vicinos ad resistendum.
l.prohibitum.ff.de iur.fisc.& l.con
trà.C.de executo. lib.xij.nec est
procedendum ad capturã, nisi p̃-
habita aliquali informatione ut
dicit Bru.ĩ tract.de indi. & tor.in
18 vlti.q.& dixi suprà. ¶ Fis.† An
mulieres possint capi, & carcera-
ri?¶Inqui.Videtur dicendum,ꝙ
non. per tex.l.j.C. de offi. diuer.
iud.& ĩ auth.sed nouo iure.C.de
cust.reo.& in corpore, undè sumi
tur ĩ authẽ.vt nulli iudic.§.neces-
sarium verò.ubi habeẽ, ꝙ iudices
carcerantes mulieres honestas, e-
tiam de crimine inquisitas, puniũ
tur pœna capitali.¶Iudex.Tu au
tẽ concludendo dicas, ꝙ in regno
aut mulier inquiritur de tali deli-
cto, pro quo secundum terminos
consti.regni, etiam offerens dare
fideiussores,non est liberãda, sed
in vinculis debeat se defendere,
& hoc casu etiam mulier est car-
cerãda,ex doctri. Bal.in l.j.ff.qui
satisd.cog.ubi dicit. ꝙ cõtrarium
seruant statuta locorum, & sunt

seruanda etiã in mulieribus. Cùm ergo constitu. regni, humanitatẽ in certis casibus, vt ibi, non obstã te oblatione fideiussorum, debeat quis carcerari: & generaliter loquatur, non distinguens inter fœminas, & masculos: sequitur, ꝙ generaliter intelligatur, cum in masculino nomine etiam in pœnalibus comprehendatur fœmininum. vt l. si quis id, quod. ff. de iurisdict. om. iud. & ibi latè per Docto. aut sumus in casibus, in quibus quis admittitur ad oblationem fideiussorum extrà carceres, & tunc seruatur id, quod dicitur in d. authen. sed nouo iure. & ità hodiè seruatur in magna curia vicariæ, vt refert Gram. in decisio.

19 33. ¶ Fis. † Sed quid si mulier est condemnata ad aliquam pœnam pecuniariam, & eam non potest soluere, an luat in corpus?

¶ Ivd. Et dicas, quòd sic, vt est text. in d. l. si quis id, quod. ff. de iurisd. om. iu. & potest detineri, & carcerari, donec soluat. quia qđ est in d. auth. sed nouo iure. habet locum in principio causæ antè condemnationem & illi, qui in principio causæ admittuntur ad faciendas defensiones extrà carceres, post condemnationẽ carcerantur, & non sunt amplius priuilegiati, cum nihil aliud remaneat faciendum, vt decidit Bal. in l. neque. §. qui in ius uocatus. ff. de in ius uoc. nec obstat, quòd tex. in d. auth. sed nouo iure. dicat, quòd etiam pro pecunia fiscali quis nõ carceratur, quia non loquitur de pœna descendenti ex delicto, sed functionibus fiscalibus. debet tamen haberi consideratio ad carcerem, in quo donantur mulieres, secundum Gra. in loco suprà alleg.

20 ¶ Fiscvs. † Quænam causæ cognitio debeat interuenire antequàm procedatur ad capturam?

¶ Ivd. Dicas, quòd debet esse causa criminalis, pro qua secundum formam constit. regni, parati dare fideiussoriam cautionem non liberantur, aliàs non debet procedi ad capturam, maxi. si vult cauere. vt cauetur in c. statuimus, vt nullus. item non potest procedi ad capturam absque consilio iudicum, & assessorum. vt in c. itẽ caueant iusticiarij. item quòd expediatur ordo, & licentia de capiendo, aliàs stipendiarij non possunt ad capturam procedere, vt in c. item stipendiarij. item quòd præcedat aliqualis informatio, vt suprà sæpe dixi. item, quòd committatur captura in proprio territorio, non alieno, nisi vt suprà dixi. item, quòd non committatur, ꝙ fiat in Eccle. vt s. dixi. item, quòd sit subditus capiendus ipsi iudici committenti capturam, vt dicit Par. de put. in lib. de syndic. in verbo, captus illicitè, per l. sed & si. ff. de in ius voca.

21 † Et est aduertendum, quòd si aliqui famuli curiæ ceperint aliquem bannitum, possunt eum cõsignare alicui officiali, seu syndico vniuersitatis, ut ipsum cautè teneãt, donec ipsi redierint cum maiori familia ad ipsum capiendum, vt est tex. in authen. si quis ei. C. de adult. & not. etiam Ange. ab Aret. in libro maleficior. in verbo, qui iu. dict. Gaiũ reti. & Car. iu. in prin. quod nota pro alguzerijs magnæ curiæ, & prouinciarum.

¶ Vel

¶ Vel eos verbaliter citari faciat. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Citatio debet fieri visa prius informatione per iudicem.*
2 *Citatio nunquid debeat continere causam.*
3 *Citationis forma quæ nam sit.*
4 *Citatio debet cõtinere nomen iudicis.*
5 *Item debet continere peremptorium & 6.*
7 *Et an debeat continere locum.*
8 *Citatus ad informandũ debet personaliter comparere. & 9.*
10 *Mulier si uult declinare forũ, debet personaliter comparere.*
11 *Maritus an possit cõparere pro vxore absque speciali mãdato.*
12 *Pupilli an possint in criminalibus cõparere per procuratorẽ.*
13 *Procurator non legibus constitutus per mulieres coniugatas admittitur saltem ad allegandas causas absentiæ.*
14 *Vniuersitas in criminalibus comparet per syndicum leg. in structum.*
15 *Procurator an, & quando in criminalibus admittatur.*
16 *Citatio debet habere datam diei, & anni, & mensis.*
17 *Citatio debet committi nũtio.*
18 *Sed non aduersæ parti,*
19 *Citari potest quis per iudicem ore proprio.*
20 *Et etiam per tabellionem.*
21 *Banniti ex alio delicto perdũt priuilegium comparendi per procuratorem.*
22 *Citatio debet continere congruum tempus.*
23 *Vniuersitas qualiter constituatur in contumacia.*
24 *Vniuersitas potest compelli vt constituat syndicum.*
25 *Citatio an sit in scriptis semper facienda.*
26 *Citatus an teneatur comparere ubicũque accesserit iudex.*
27 *Citari an quis possit per iudicẽ loci delicti extrà territorium.*
28 *Citatio facta domi nunquid valeat non facta perquisitione, si citandus est in ciuitate.*
29 *Citatio facta domi, ubi nullus habitat, quando ualeat.*
30 *Carceratus an possit citari.*
31 *Citatus ad pœnam arbitrio iudicis inferendam, quòmodo condemnabitur.*
32 *Bannitus an possit citari.*
33 *Vagabundus ubi debeat citari.*
34 *Citatio facta die feriato nunquid ualeat. 35. 36.*
37 *Citatio per edictum quando permittatur.*
38 *Citatio an valeat, si est erratum in nomine.*
39 *Citari an possint delinquẽtes, si non constat de nomine eorũ, sed de signis.*

40 *Citatio sine aßignatione diei nunquid valeat.*

FISCVS.

ENARRASTI nobis qualiter debeat procedi ad capturam personalem, & quia non semper potest haberi persona, & procedi ad capturam, sed est necesse, ut deueniatur ad uerbalẽ citationem, idcirco iuxta initiatum ordinem prosequere, qualiter in ea iudex
1 debeat uersari. ¶IVDEX.† Si verò contigerit reos criminis reali citatione non posse obstringi, iudices visa informatione, percunctatisq; diligenter indicijs, iubeant ipsos uerbali citatione apprehendi. Debent enim uidere, & percunctari citationẽ, licèt delictum sit eis notorium, undè habet in Genesi, ꝙ Dominus, cui nihil est absconditum, dixit: Descendam, & videbo, utrum clamor qui ad me peruenit, sit ita, an non, ut sciam: vt c. Deus oĩpotens. §. fi. & c. sequẽ. ij. q. j. Sic. n. docet Ioã. Mil. in praxi cri. ĩ gloss. visis. nu. j. fol. 29. & ita docet esse practicandum Bru. in tra. de indi. & tor. in vlt. q. & ita nouissimè cauetur per regiã nouell. prag. condi. per Cęs. Maie. incip. quoniam huc. vsque ubi cauetur sub pœna falsi, ut nulla citatio ad informandum expediatur, nisi uisa informatione per iudi-
2 ces. ¶FISCVS. † Illud primò quæro, nunquid in citatione sit inferenda causa, ob quam quis citatur. ¶ IVD. Bal. in l. nullus. C. de exhibend. reis. arg. illius text. dicit, quòd non est necesse, quòd in citatione exprimatur causa, & crimen, pro quo quis uocatur in iudicium: sed sufficit, quòd citetur, quod compareat coràm Iudice ad se excusandum à quadã accusatione porrecta contrà eum, licèt in ea non exprimat ad quid. remittit se tamen ad Glo. in c. i. ꝭ. de dilatio. & ibi Anto. de But. tenet idem, quod Bal. & idem verè sequi. Afflict. in const. humanitatem, in xvj. nota. idem videt uelle Bat. in l. inter accusatorem, uersi. ꝑ declaratione quæro. ff. de pub. iud. & ibi uide Imo. & idem tenet. Saly. in l. absentem. C. de accu. versi. quæro tertiò an in schedula. & rectè intuenti idem videtur uelle Angel. de Are. in lib. male. in uerbo, iudex commisit, quod Caius. & Mari. Soc. in tra. de cita. in xx. artic. nu. 9. post multa hinc inde distinguit, quòd aut nos loquimur in iudice delegato, & est inferenda causa: aut loquimur in ordinario, & hoc casu, aut quæritur, utrum citatio valeat quo ad finem, ut citatus teneatur comparere, aliàs posset puniri de inobedientia, & contemptu, & potest puniri: aut quo ad hoc, ut in aliqua causa reputetur contumax, ita ꝙ in illa possit procedi contrà eum, tanquàm contrà contumacem, & erit secùs, quia requiritur causæ expressio. Abbas in c. licèt. extrà, de accusa. dicit, quòd si de longinquo sit citatio, inferenda est causa: si de propinquo, de necessitate non est inferenda causa. Cardi. in clemẽ. i j. ut lite pen. tenet, ꝙ est exprimenda causa. & firmat Pet. de Mo. for. in cõstit. edictorum. sed Afflic. in consti. si quẽ nostrorũ. ĩ v. not. tenet distinctio. Maria. Soci. quicquid tamen sit, quotidiè practicatur, quòd inseritur

3 tur causa. ¶ Fiscvs. † Edifficere nobis formam citationis. ¶ Ivd. Libenter faciam, & ideò scias, quòd forma citationis erit hæc, videlicet. De mandato magnifici Straticoti Salerni citetur, moneatur, & requiratur peremptoriè talis de tali qualit. prima curia regenda hora solita causarum in iudicio compareat, & coràm dicto Domino Straticoto ad ipsum, & eius curiam informandum de nonnullis tangentibus seruitium curiæ coadiutoris, & signanter super querela contra eum exposita per talẽ, de homicidio commisso in personam talis, sub pœna unciarum auri quinquaginta, aliàs ipso citato relato, & non comparente procedetur, ut iuris est, contra eũ eiusq; bona, & referetur, &c. Datum Salerni, &c. sub die, &c. Demum fiat altera citatio contrà eundem ad recipiẽdum copiam capitulorum, & erit forma talis: Citetur, moneatur, & requiratur T. quali. prima curia regenda compareat coràm nobis in nostra curia, hora solita causarum, recepturus copiam capitulorum specialis inquisitionis contrà eum formatæ ad querelam T. de homicidio commisso in personam T. de anno, &c. de mense, &c. regnantibus, &c. dominante, &c. sub præsidatu, &c. in loco, &c. aliàs ipso citato, relato, & non comparente procedetur, quali. iu-
4 ris datur, &c. ¶ Fiscvs. † Auditu percepi formam citationis, declares modò particulariter, & simpliciter in ea apposita, ut sciam vndè, & ad quid debeant ea proponi. ¶ Ivdex. Audistis, quia dixi de mandato magnifici Straticoti, &c. hoc ideò dixi, qnia exprimi debet nomen iudicis, ad cuius instantiam emanatur citatio, ut in c. præterea. de dila. & probatur
5 in consti. regni, edictorum. † Dixi: & requiratur perẽptoriè, quia hoc uerbum peremptoriè, semper in citationibus debet exprimi, aliàs nullæ essent, ut habetur ĩ constitu. edictorum. & ibi per Afflic. per quam constit. est correcta l. ad peremptorium ff. de iudi. qua cautum erat, quòd tribus citationibus præcedentibus peremptorium mitteretur: hodiè uerò in toto regno fit vna citatio cum perẽptorio pro tribus, quæ habet uim trinæ citationis, ut latè per Afflic.
6 ubi suprà. in primo nota. † Vnum scias, quòd licèt non ponatur peremptorium in citatione, si tamẽ continet æquipollens, vt si dicatr mandetur tali, quòd ad primam iuris compareat, aliàs elapso termino in citatione comprehenso vlterius non expectabitur, sed cõtrà eum procedetur, quali. iuris. idem est, ac si peremptorium contineret, secundùm Afflic. in d. cõsti. edictorum. per doctri. Abba. Sicu. in c. causam, quæ. ij. col. de rescrip. quia nõ refert, quid ex æquipollentibus fiat. c. licèt ex quadã.
7 de testi. † Et si est iudex ordinarius, qui citauit, valet citatio, & si non exprimatur locus, in quo debet comparere, quia intelligit de solito secundum Affli. vbi suprà. in vij. no. secùs, si non est or-
8 dinarius. ¶ † Dixi: personaliter ad informandum, eò, quia citatus pro causa criminali, vbi uenit imponenda pœna mortis ciuilis, vel naturalis, uel alia corporis afflictiua, debet personaliter comparere, ut l. seruum quoque.

que. §. publicè .ff. de procu. &
in l.accusatore.§.ad crimen.ff.de
pu.iu.& probatur per illã cõstitu.
9 ¶†Limitatur tamen hoc pluribus
modis:primò ĩ mulieribus coniu-
gatis,quæ in quibuscunque causis
capitalibus citari non possunt, ut
in iudicio personaliter compare-
ant: sed possunt comparere per
suos procuratores legitimè, & spe
cialiter instructos ad sic respondẽ
dum capitulis, & ad sic se exami-
nandum per constitutio.regni, in
cipien.generalia iura. & licet illa
constitutio loquatur tantũ in mu
lieribus coniugatis, extenditur ta
men ad uirgines, & uiduas hone-
stas,non autem ad meretrices: se-
cundùm Andre. & Afflict.in d.cõ
stit. debent tamen ipsæ mulieres
tempore prolationis sententiæ per-
sonaliter comparere,quia senten-
tia proferri non debet in perso-
nam procuratorum,sed ipsis mu-
lieribus præsentibus, secundùm
Afflic.in d.constit.octauò not. &
& priuilegium dictæ consti.habet
locum etiam in mulieribus inho-
nestis cõiugatis, ut per Afflic.ibi.
10 in.ix.nota.¶†Vnum tamen scias,
quod si mulier uoluerit declina-
re forum iudicis citantis, debet
personaliter comparere, ut cauẽ-
tur in ritu magnæ curiæ uicariæ,
11 inci.item, ꝙ si qua mulier. ¶Fis.
† Quid si maritus comparet pro
vxore absque speciali mandato,
an admittatur?¶Ivd. Pet.de Mo.
for.in dicta const.edictorum. di-
cit,quòd non:sed requiritur, ꝙ in
hoc habeat speciale mandatũ,nec
sufficit generale, quod habet à iu-
re: per l.maritus.C.de procurato.
sed Bartolom.de Cap.ibidem ui-
detur tenere,quòd maritus admit
titur, licèt non habuerit speciale
mandatum, per text.illius consti.
sed mihi placet magis opinio Pet.
12 ¶Fis.† Nunquid dictum priuile
gium comparendi per procurato
rem extendat ad pupillos? ¶Ivd.
Dominus Petrus de Mo. for. in
ea. consti. decidit, quòd sic. per
consti.minorum iura. & idem te-
13 net ibi Bartolo. de Cap.¶ †Et si
pro mulieribus coniugatis com-
paruerit procurator non legitimè
constitutus, admittitur saltem ad
allegandum causas absentiæ,ut in
c.fi.extrà, de dila. & firmat Bart.
de Cap.in dic.constitu.nume.21.
14 ¶†Limitatur secundò,ut nõ pro
cedat in uniuersitatibus citatis ꝑ
causis capitalibus, quia possunt
comparere per syndicum legiti-
mè constitutum, & specialiter in-
structum ad ipsum crimen cum
speciali mandato iurandi corpo-
raliter, vt est in regno prouisum
per d.consti.generalia iura. & ibi
15 per Afflict. ¶ † Tertiò limitatur,
vt non procedat, quando citan-
tur speciales personę ad minus nu
mero decem, quia possunt compa
rere per syndicum in quibuscun-
que causis capitalibus, exceptis
criminibus hæresis, & læsæ maie-
statis,ut est text.in c.statuimus,vt
quoties personæ. Alios uerò ca-
sus, in quibus potest in crimina-
libus constitui procurator, vide
per Specu.in tit.de procu.§.j.uer
si. sed fallit præcedens regula. Ad
de tamen, quòd per c.incip.idem
studio. erat prouisum ad hoc, vt
speciales personæ possent consti-
tuere syndicum, quòd fuissent
vltra decem:sed præualet id,quod
dicitur in di.c.statuimus, ut quo-
16 ties. tanquam posterius.¶†Dixi
etiam:

etiam : datum sub die , quia in mandatis debet esse data diei , & anni , & mensis , aliàs non ualerent , vt l.si qua beneficia.C.de di uer. re. & Glo. in cap. quoniam contra falsam , extra , de pro.

17 ¶† Debet autem citatio commit ti seruienti curiæ, ut in c.cum parati. extrà , de appella. & c. quoniam contrà falsam. extrà,de pro ba.& Specu. in titu. de cita.§.sequitur. & non obstat si committatur nuntio alterius curiæ,& superioris , ut tenet Barto.in extra, ad reprimendum . in uerbo , per nuntium.quo. in læ. ma. cri. pro. & hoc est uerum, quando dictum est in citatione : tibi iurato nostræ curiæ, uel alteri seruienti cuiusuis curiæ , & sic præcedente ci tatione , & commissione , ut latè per Ioan.Mill. in praxi.cri. cuius-
18 uis alio rogato. † Sed non potest parti aduersæ committi citatio, ut caue:ur in constitu.regni , edictorum.& ibi per Afflic.in iij. no.
19 † Potest tamen ore proprio per iudicem citari , vt l.ij.C.quomo-
20 do , & quando iudex. † Item po test citari per tabellionem , & ipse tabellio potest testificari de citatione per se facta , ut habetur latè per Ioan. Mill. in sua praxi. cri.in glos.præsens.nu.40. fol.44.

21 † Addas tamen ijs, quæ supra dixi,quòd licèt aliquæ sint personæ, quæ possunt per procuratorẽ cõparere , id procedit, nisi aliàs ipsæ personæ essent bannitæ ex alio delicto , quia perdunt dictum priuilegium comparendi per procuratorem,tam in criminalibus,quàm ciuilibus , ut dictat ritus magnæ curiæ uicariç,inci.Item si aliquis,
22 uel aliqua . † Debent etiam esse aduertentes iudices,ut in citationibus apponant tempus congruũ secundum distantiam locorum in accessu , in comparatione . aliàs redduntur nullæ, quia factæ sunt infrà angusta tempora , secũdum Spec.in tit.de cita.§.j.versi.item; quòd facta est intrà nimis angusta tempora. & in eo.tit.§. secundo. uersicu. sed nunquid . dicit , quòd iudex considerata distantia locorum , & qualitate personarum , uiarum , & negotij , moderatum tempus in citatione ponere debet , ut probatur in c. quo. ad consultationem . de re iudicata. & extrà , de appellationibus. c. pastoralis.& dicit Bald.in l.aut qui aliter. ff. quod ui , aut clam. quòd si citatio fiat tempore tali, quo citatus non potest uenire,citatio erit nulla , & latissimè ultrà omnes prosequitur Afflict.in con stit.causas alias. in quarto not. & in consti.si quem nostrorum. vij.
23 no. ¶FIS. † Dixisti mihi paulò antè, quòd uniuersitas citata potest per procuratorem comparare, quomòdo ergo citabitur,ut in contumacia constituatur? ¶IVD. Bal.in l.j.§.quibus.ff.quod cuiusc. uni.nomine.dixit,quòd si uniuer. non habet syndicum , tunc dicitur personaliter citata, quando ci tatur cõgregata in loco solito cõ gregari.ut dicit Glo.in l.non potest dolo.ff.de re.iur.itẽ dicit An. in l.ut pfectius.C.de anna.exce.ꝙ potest affigi citatio in locis publi cis,ita ꝙ in publicam notitiam de ueniat. & Bal.sequitur in d.§.qui bus.non tamen uniuersitas consti tuitur in contumacia , si non fuit congregata secundũ eum. Luc.de Pen.in l.fi.iij..col.C.de re.mi.lib. xij

xij. dicit, quòd quando citanda
est uniuersitas sufficit citare pri-
mates,uel rectorē eius. Non enim
est citatio singulorum auribus in
culcanda. Et sequitur Alexan. in
consil.cvj.iij.lib. incip. magnifi.
Prætor. & tunc citabitur uniuer.
per rectores, & eorum officiales,
quādo noluit se congregare in lo
co solito. secundū Inno. in c.hu-
milis.de maio.& ad hoc Afflic.in
constitu. dubitationem iuris peri
torū.in ij.no.refert opiniones, &
tandem dicit, quòd sufficit, quòd
executor legat citationem in pla-
tea,& hoc dicit tenere Luc.de Pē.
in l.prouincialiū.C.de ero.mi.an
no.lib.xij. & Bal.in l.etiam.C. de
execu.re. iud. dicit, quod si uni-
uer.non est cōgregata, ponitur ci
tatio in loco,ubi consueuit cōgre
gari, & si clauditur porta ciuita-
tis, ponatur citatio ī porta ipsius.
Sed Io.Mil.in d. pract. cri.in glo.
præconio.fol.55.nu.42. tangēdo
quæstionem distinguit, quòd aut
vniuer. delinquit in rebus, & ne-
gotijs uniuer. aut extrà res, & ne-
gotia ipsius uniuersitatis. primo
casu si deliquit ī rebus uniuer. suf
ficit requiri, & citari rectores uni
uersitatis, vel maiorem partē, uel
syndicū, uel præsidētes uniuersita
tis. p l.municipibus. ff.de condi.
& demon. secūdo uerò casu, quan
do uniuersitas deliquit extrà res,
& negotia vuiuersitatis, tunc de-
bet citari per tubam, vel campanā
voce præconia, edicto solenniter
facto, & in albo proposito, ita ut
possit in eius notitiam peruenire.
per l.j. §. item cum ex edicto pe-
remptorio.ff.quæ seu.si. appel.re
scin.& ita pertransit. & hanc opi-
nionem ego tenerem cum sit tu-
24 tior in practica. ¶ † Et si uniuer-
sitas non habet syndicum, potest
per iudices cōpelli ad ipsum cre-
andum, ut est tex.in l.ergo.§.cre-
ditoribus.ff.de fideicommis.liber-
ta. & Bart.in l. solent.in fin.ff.de
alimentis & cibar.lega.& l.j.ff.de
cura. bo.da.& ff. de admini.tuto.
25 l.iij.§.sed non erit. ¶ Fiscvs. †
Nunquid citatio de necessitate re-
quiratur fieri in scriptis? ¶ Ivd.
Dicas, quòd constit. regni. edi-
ctorum, prout ibi not. Afflict. in
vj. not. videtur velle, quòd po-
test fieri etiam sine scriptis. & sic
iudex solo verbo potest ordinare
nuntio, quòd citet tale, dummò-
do citatio sit certa, & dicit hoc
procedere, vbi illa commissio de
citando non negatur: quia tunc
debet per testes probari. Item di-
cit non habere locum, ubi ciuita-
tes, vel loca haberent priuilegiū,
quòd non possent citari solo ver-
bo, nisi facta commissione in scri-
ptis. Item dicit non procedere,
vbi persona citāda esset illustris.
Item, nisi citatio fieret extrà pro-
uinciam: quia istis casibus est om
ninò fiēda in scriptis. Adde quòd
erat regia nouel. prag. edi. p Cęs.
ma. incip. quoniam huc vsque
qua cauetur, quòd citationes ex-
trà ciuitatem Nepao. non expe-
diantur, nisi priùs uisa informa-
tione per iudicem, & subscriba-
26 tur per eum. Fiscvs. † Nun-
quid si tempore expeditæ citatio-
nis officialis fuerit in una terra,
& tempore comparitionis sit in
alia, teneatur ibi comparere ci-
tatus? ¶ Ivdex. Afflict. in con-
stitu. edictorum. in vij. not. mo
uet difficultatem. tandem dicit, ꝙ
si officialis consueuit in illis locis
iudi-

iudicare, debet in illis locis, vbi residet, citatus comparere non tamen debet vagari: quia non licet ei uagari cum detrimẽto alterius.

67 ¶ Fiscus. † An ratione delicti quis possit citari extrà territoriũ? ¶ Iudex. Io. And. in c. Romana. §. contrahentes. de foro compet. lib. vj. tenet, quòd sic, etiam non requirendo iudicem illius territorij, & talis citatio afficit citatum. & idem dicunt Iacob. de Are. & Cy. in l. fi. ff. de iurisd. omn. iudic. & Ioan. Mona. in d. §. contrahentes. sed Aug. in l. fi. ff. de iurisd. omniũ iudi. dicit, ꝙ opus esset Cæsarea decisione. nã nonnulli Docto. tenent, ut refert Inno. in c. fi. de foro cõpetẽ. quòd aut quæritur, an possit citari quo ad hoc, vt possit procedi contrà bona existentia in territorio citantis, & potest: aut ut possit procedi contrà personã, & non potest: alij dicunt, quòd etiam potest citare quo ad personã, ut ibi refert Innoc. Ioã. de ligna. in cle. pastoralis. de re. iud. dicebat, ꝙ iudex delicti debet cõmittere iudici, ubi degit delinquens citandus, vt citetur ad hoc, ut possit afficere personã: & idem tenet do. Ant. in c. fi. de foro compe. nã hoc casu si talis non comparebit, uerè esset contumax in loco, ubi iussus fuit comparere per suum iudicẽ domicilij. argu. l. si ut proponitur. ff. de fideiu. & hoc placet Ioan. de Ligna. & Ioã. And. in d. cle. pastoralis. Ioan. Calderi. ibidẽ dicit, quòd quãdo ignoratur, vbi delinquens esset, potest citari tanquam vagabundus per iudicem delicti, in quo delinquens citatus est, & non comparens potest contumax reputari per iudicem loci delicti, & in loco delicti: sed si delinquens alibi facit copiam sui, tunc iudex delicti debet priùs requirere iudicem, sub quo degit, vt moneat, vel citet delinquentem, quo casu non comparens potest contumax reputari. subdit tamen Calder. ꝙ si uellet quis tenere opinionem, quòd iudex delicti possit per se citare delinquentem extrà territorium nõ requisito iudice ipsius, posset: quia eam tenent Pet. Iac. de Are. & Cyn. in l. omnes. §. uerùm si apparitor. C. de episc. & cleri. sed Bartol. in l. j. ff. de requi. re. dicit, quòd quãdo sunt plures iudices habentes iurisdictionem separatam, omnes tamen dependent ab uno principe, tunc potest uerbo citari in alieno territorio: si uerò sunt iudices habentes separatas, & distinctas iurisdictiones, quia sunt sub diuersis principibus, vt vnus Papæ, alter Imperatoris, tunc unus non potest citare in territorio alterius, cui nõ subest. benè tamen uerum est, dicit Bart. ibidem, quòd iudex loci delicti non potest citare in loco maioris iudicis, à quo habet iurisdictionem, quia non potest tunc propter eius reuerentiam. argu. not. in l. iiij. §. si tam vicinum. ff. de damn. infect. aliqui tamen tenent opi. Bart. non esse tenẽdam, & ponũt aliam opi. vt per Maria. Soci. latè in c. postulasti. de foro compet. nume. 13. quem uideas. sed Afflic. in constitu. edictorũ. in xij. not. prima quæstio ponit quæstionem. tãdem relatis opinionibus dicit, quòd opinio tenentiũ quòd iudex ratione delicti potest

citare

citare extrà territorium, non est vsque quaque tuta: & dicit, quòd ex hoc per regem Ferdinandũ primũ fuit factum.capitu.incip. cùm nulli liceat edictum, quo statuit, quòd nullus iudex pro quauis causa audeat citare aliquem extrà regnum existétem in territorio, qui non sit de iurisdictione regis: & quòd ille nuntius, qui citabit, punietur pœna publicationis omniũ bonorũ, & alia reseruata arbitrio regis.subdit tamen ibi Afflict. ꝙ si ille, qui vult citari, habet domum in regno, potest in domo citari,& ita residet.sed parcat mihi reuerẽtia sua,nõ soluit quęstionem:quia prouisio regis Ferdinandi loquitur,qñ citandus degit in loco non subdito regi, & sit diuersæ iurisdictionis. & sic remanet quæstio insoluta, quando sunt officiales dependentes ab eodem rege, & citandus delinquens degit in loco subdito ipsi regi. Ego autẽ,saluo semper meliori iudicio, tenerem illam opinionẽ in casu proposito; quòd potest citari delinquens existẽs in loco subiecto superiori, à quo officialis illi⁹ loci, & officialis delicti dependẽt,requirẽdo iudicẽ illi⁹ loci,vt citari ꝑmittat, secũdum opi. suprà relatã. & ille iudex requisit⁹ tenetur ad hoc,motus authoritatibus suprà relatis,& ex regia noue. Prag.edita per Cæsa.maie.inci.renouamus etiam aliam qua cauet, quòd vicerex regni Siciliæ tenetur ad requisitionem huius uiceregis capere dilinquentes in hoc regno, & ibi degentes. & remittere ad eum, & sic è conuersò., undè si hoc procedit in citatione reali, in qua est maius dubiũ, fortius hoc debet procedere in citatione verbali. sic etiam statuitur per aliam Pragma. seque. inci. item quòd officiales. qua similiter statuitur, quòd officiales regij huius regni tenentur capere delinquentes extrà territorium; & illos remittere ad officiales territorij, in quo desiquerunt. & ita firmat Angel. in lib. malefici. in verbo iudex commisit ¶ Fis. Vtrum citatio facta

28 domi non facta perquisitione per ciuitatem,si citandus reperitur in ciuitate,ualeat? ¶ Iud. Afflict.in constitu: citationis literæ, in pri. no.per illum tex: firmat quòd nõ ualet, quia debet perquiri in ciuitate, si adest citandus, & personaliter citari. & si eius copia haberi non potest, tunc fiat citatio domi. & hæc est opinio Bar.in l.iiij. §. prætor ait.ff. de dãn.infect.approbata nunc per d.cõsti.citationis literæ,& quando facta dicta diligentia fieret citatio domi, non audiretur citatus, dicens citationem ad eius notitiam non peruenisse. ve per Afflict. in d.constitu. citationis literæ.in fi.Bald. tamen in l. consentaneum. col.pen. in fi. C. quo. & quando iu.dicit, quòd sufficit, quòd nuntius de directo vadat ad domum citandi non facta perquisitione, & ita seruatur vbique. & hæc expositio Bald.uidetur approbata per regiam pragmati. inci. quilibet. quæ loquitur alternatiuè, quòd quis citetur personaliter,uel domi.& ita tenet Maria. in sua practi. in titu. de citatio.nu.103. ¶ Fiscus.† Quid si

29 in domo solitæ habitationis nullus habitat,an ibi possit citari¶ Iudex. Afflict. in d.consti.in iij.no. dicit, quòd sic. & ualet citatio si seruetur forma dictæ cõstituti.ut. §. ci-

ſ. citatio in limine domus affigatur, ſub teſtimonio duorum, vel trium, & elapſo ter. xxx. vel xl. dierum, & non comparente citato, reputabitur contumax: & ſic citabitur ut uagabundus, vt ibi per Afflic. in iiij. nota. & ſcribatur ad cautelam, per quot dies ſteterit citatio affixa in limine domus: ſecundùm Affli. ibi. in v. nota. & quando affigitur citatio in limine domus, debet legi coràm teſtibus, & publicari, vt per Affli. ibi. ſecundo quæro: & hoc ſi ſeruatur, non audietur, ſi poſteà cōparet, & allegat non perueniſſe ad ſui notitiam, vt ibi. & notandum eſt, quòd tunc demum tempus xxx. uel xl. dierum eſt de ſubſtantia in citatione, quando nullus eſt in domo citandi, aliàs deberet poni tempus arbitrio iudicis ſtatuendum, vt per Afflict. ibi. in vj. no. & an valeat citatio facta ad hoſpitium terræ, vide Barto. in l. j. §. permittit. verſi. quæro nunquid ſufficit citari. ff. de lib. agno. & an poſſit fieri ad domum conductam, dicas, quòd ſic. ſecūdùm Cardin. in cle. pri. x. no. de for. cōpe. & an citatio ad apothecam ualeat Barto. in l. iiij. §. prętor ait. ff. de dam. infec. ij. col. in fin. uerſicu. item quæro. & in l. j. §. habitare. ff. de i js, qui deiece. vel eff. ſud. & Lanfran. in cap. quoniam contra . in verſic. citationes. de probatio. vide Marſil. in practi. crimi. §. attingam. num. 20. ubi plenè. ¶ Fiscvs. † Nunquid citatio facta carcerato valeat? ¶ Ivdex. Bar. in l. ij. ff. de in ius uoc. per illum tex. dicit non poſſe citari. quod eſt uerū, ſi iudex ſciat illum eſſe carceratum. ſed Glo. & poſt eam Ioā. de Imo. in l. is qui reus. ff. de pub. iud. tenet, quòd poteſt citari, & quòd tenetur mittere procuratorem, ſi illum facere, & habere poteſt: & hoc procedit in carcerato propter culpā ſuam. tu verò uideas Maria. Soci. in tracta. de citati. articu. v. in

31 xxv. quæ. ¶ † Eſt notandum, ꝙ ſi quis citatur ad pœnam iudicis arbitrio inferenda, talis citatio tenet, & ſi non comparet, condemnatur ad tertiam partem bonorū mobilium, ſecundum Afflict. in conſtit. pœnam nouem unciarū. in iij. nota. in ij. quæſtio. ¶ Fi-

32 scvs. † An bannitus, exulatus, aut deportatus poſſit citari ab eo iudice, qui eum bāniuit, exulauit, aut deportauit? ¶ Inqvisitvs. Videtur dicēdum, quòd non poſſit citari, quia non poteſt tutè accedere ad illum locum, ergo cum non teneatur comparere, non uidetur ibi poſſe citari. ut in c. accedens. extrà vt lit. nō con. & hoc uidetur ſentire Cyn. in terminis alterius quæſtionis: an bannitus poſſit iterum banniri. in l. ij. C. vt intra cer. temp. & per Bart. in l. aut damni. §. denique. ff. de pœn. & per Alber. de Roſ. in quę. ſtatutorum. quæſt. xxvj. pro qua concluſione facit l. ij. §. pen. ff. ſi quis cau. & quod nota. in l. Fulcinius. §. quid ſit autē latitare. ff. qui ex ca. in po. ea. idem voluit Bal. in l. decernimus. C. de ſacroſanct. eccle. ver. venio ad ſecūdum. ¶ Fiscvs. Sed mihi uidetur indiſtinctè poſſe citari, & ꝙ ſibi debeat imputari, ex quo propter ſuū delictum ſe poſuit in tali neceſſitate, & ideò ſibi non eſt ſuccurrendū. l. ſi fideiuſſor. §. neceſſaria. ff. qui ſatiſ.

satisf.cogã.& ff.ex qui. cau. maio. in l.qui data. ¶Ivd. Ioan. And.in addi.Specu.in ti.de accu.§.sequitur. uersi. quid si bannitus.in tertia parte dicit, quòd si scitur, vbi sit bannitus, debet requiri, & dari sibi securitas veniendi. de quo latissimè tractat Nellus in tra. banni.in prima parte primi tẽporis, in iij.q.pro quo est Gl. in l.is, qui reus.ff. de pu. iu. & ibi Alber. de Rosa.nu.6. & Glo.in l.ij.ff.de custo.reo.& ibid.Alber. de Rosf.Sed idem Albe. in l.præsenti.C.de iis, qui ad eccle.confu.latiùs tangendo quæstionẽ post multa hinc inde distinguit, ꝙ aut iste bannitus accusatur de crimine, quod imponit pœnã relegationis maiorem, & in qua per procuratorem se defendere nequit, nec in absentẽ ferri sentẽtia, & isto casu procedant prædicta. verum isto casu debet carcerari bannitus comparens ex secũdo delicto, ex quo propter fugã primi criminis effectus est fugitiuus, & suspectus. aut accusatur de crimine, quod imponit pœnã relegationis minorem, & in quo potest per procuratorem se defendere, & in absentem ferri sententia: & nõ debet concedi isto casu securitas. sed dubiũ facit c. regis Roberti.inci.regenti curiam vicariæ.& id quod dicit Afflic.in consti.clementiæ.in secundo no.ver. an autem bannitus. in fi.vbi habetur, ꝙ bannitus pro vno crimine ad instantiam vnius, nõ potest ad instantiã alterius banniri.sed contrarium voluit ritus magnę curię vicariæ,incip.item si aliquis bannitus,aut bãnita.
33 ¶Fis.† Quid si vagabundus commisit delictum, & statim recessit, vbi nam est citãdus? ¶Ivd. Dicas, ꝙ ibi potest citari, vbi reperitur: sed si non reperitur, potest citari ad domum, vbi aliquñ se reducere in ultimis consueuit, secundùm Zaba.in cle. j.de fo.comp. & habetur per Maria.Soci.in trac.de cita.arti. xvij. nu.57.& si nescitur domus, citabitur ad modum edicti, & affigitur in palatio curiæ, secundùm Bald. in l.si accusatoribus. col.fin.C.de accusa. & in l.consentaneum.C. quo.& quando iud.& in l.vt perfectius. colum.j.C.de anna. exce.
34 ¶Fis.† An citatio facta die feriato valeat? ¶Ivdex. Licèt hinc inde sint opiniones, verior videtur opinio, quòd non ualet, secundùm Spec. in tit.de fer.versi.item quòd est facta.& Bar.in l.j.§.nunciatio.ff.de no. ope.nũcia. & Bal. in l.ij.C.in qui.cau.in integ.resti. non est ne.& in l.j.ff.de fer.& Moder.in c.fi.eo.ti.& latè per Maria. Soci.in trac.de citatio. artic. xix. sed in regno sunt duo ritus, unus incipit: item seruat dicta curia, quòd citatio.qui vult quòd ualet citatio die feriato, vt compareat citatus die non feriata: alter ritus incipit: item prælibata curia vult, ꝙ data citationis sit etiam die feriata, tamen citatur die non feriata.
35 † Et si citatur quis, & citationis terminus cadit in diem feriatam, licet uideatur posse dici prima facie, ꝙ citatus nõ tenetur cõparere, arg.tex.in l.Celsus.ff.de arbi.§.idem ait.per quem tex. ita dicit Bar.de Capu.in sing.23. & dicit esse casum in l. & post edictũ. ff. de iud.tamen in regno est ritus incipien. item quòd tam in ciuilibus, quàm in criminalibus. qui dicit, quòd die sequenti tenetur compare-

comparere, & valet citatio. & alius ritus est idē dicens, & eodem
36 modo incipiens. † Et si in curia, vndè emanatur citatio, non sunt feriæ, sed in loco, vbi quis citatur, sunt feriæ celebratæ à populo, & clero, non valet citatio, quia attēditur locus, vbi quis citatur. ¶ Fi-
37 scvs. † In quibus casibus permittatur citatio per edictum. ¶ Ivd. Dicas, ꝙ permittitur in casu necessitatis, videlicet quando alio modo quis citari non potest: puta propter eius absentiam, vel latitationem, & quando quis non habet habitationem. aliàs non permitteretur: secundùm Barto. in extraua. ad reprimendum. in vers. per edictum, post princi. & Bald. in l. si accusatorib. col. fi. in princ.
38 C. de accus. ¶ Fiscvs. † Quid si erratum fuit in ipsa citatione in nomine, ualebit ne citatio? ¶ Ivdex. Distingue, aut fuit citatus Petrus Ioannis, qui uocabatur Petrus Francisci. verum constat, quòd ipse, qui citatus fuit, est idem corpus, quòd fuit citatum, sub hoc nomine Petrus Ioannis, quia est ipsemet homo, qui inculpabatur, & infamatus erat de delicto, de quo agebatur. & quia constat, quòd de illo corpore sensit iudex, & etiam nuntius, valet processus in contumaciam factus, licèt sit erratum in nomine. arg. l. congruit. ff. de offi. præsi. & ff. de bon. eo. q. mo. si. consci. Si verò cōstat huic homini fuisse citatū à nūtio sub hoc noīe Petrus Ioānis, cùm erat Petrus Frācisci, nec constat iudicē sentijsse de eo, quo sentijt nuntius in citādo, nec est aliqua verosimilis coniectura, ꝙ iudex sensit de illo corpore, hoc casu falsa demōstratio vitiat citationem, quia licèt nūtius senserit de certo, tñ iudex non cōmisit de illo, & sic citatio non arctat eū, ex quo reperitur facta absque commissione iudicis, vt l. j. ff. de requiren. reis. Si uerò cōstat citationem fuisse factā, non tñ constat, quod corpus nuntius citauerit, pone exemplum: apparet tum fuisse dictum nūtio, vt citaret Petrum Ioannis, & nuntius refert se citasse, proùt in mandatis habuit, & non apparet aliter, quis fuerit citatus, certè hoc casu, si citatus fuerit bannitus, non poterit fieri executio cōtrà Petrum Ioannis, si nuntius non citauit eū, qui erat diffamatus, sed citauit Petrū Francisci. Vide tñ latiùs de ista q. Maria. Soci. in tract. de citati. articu. xx. nu. 15. vbi plenè. ¶ Fiscvs.
39 † Sed quid si in informatione cōstet de delinquentibus per signa, non tamen de nomine, quomòdo citabuntur? Ivdex. Dicas, quòd si sit commissum iurato, & seruiēti, vt citet infrascriptos, videlicet: unum habentem barbam lōgam, quadratum, iuuenem, monoculū, alium uerò vestitū pallio rubro: senem, longum, & claudum: alium verò uestitum colore nigro, gibbosum, cum parua barba bifurcata, & sic de singulis. valet talis citatio secundum Angel. Are. in §. quadrupli. institu. de actio. & Bald. in l. si quando. C. de testib. & l. si dictum. §. si præsente. & §. simili. ff. de euictio. nec curandum est de nomine, dummòdo constet de corpore. vt l. si quis iū fundi vocabulo. ff. de lega. j. ad iecta enim aliquali demonstratione, fungitur vice ꝓprij nominis,

vt si specificata sunt signa, vt lati⁹ per Io. Mil. in pra. cri. fo. 39. & citabuntur per edictum lectũ, & affixum in palatio, vel uoce præconia loco publico denuntiatum, vt ibi
40 per Ioan. Mil. † Et an citatio facta sine assignatione diei, vel termini valeat, an non, tractatur plenissimè p Boër. in deci. ccxxxv. in secunda parte.

¶ Fiat relatio nuntij. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Relatio nuntij est de substantia citationis. 16.*
2 *Relationis forma.*
3 *Citatio committitur seruienti curiæ.*
4 *Relatio debet continere diem, quo quis citatur.*
5 *Relatio debet fieri actuario.*
6 *Relatio quomodo fiat, quando quis domi citatur.*
7 *Et quid, quando nullus habitat in domo.*
8 *Citatio debet notificari alicui de domo, et debet recipi iuramẽtũ ab eo, cui notificatur. 9.*
10 *Citatio debet fieri in præsentia testium.*
11 *Nuntius debet exequi iuxtà formam sibi commissam.*
12 *Nuntio referenti an indistinctè credatur. 13.*
14 *Relatio nuntij debet esse certa, & clara.*
15 *Nuntius falsè referens an puniatur.*
16 *Nuntius regius an possit in terra baronis citare absque licentia. 17.*
18 *Nuntius regius delinquens in terra baronis, an per eum possit puniri.*
19 *Nuncio extrà territorium citanti an sit credendum.*
20 *Nuntius potest per vim intrare in domum citandi.*
21 *Nuntius laici citans clericum, an puniatur.*
22 *Nuntius tenetur parti ad interesse, si non refert citationẽ.*

FISCVS.

ADEO abunde enucleasti, quæ in materia citationis dubitari vt plurimum possunt, ut nihil vltrà restet dicendum: nunc autem te rogo, vt mihi des formam ueræ & realis relationis nuntij.

1 ¶ IVDEX. † Libenter inseruiam, & ideò scias, quòd optimam rem proposuisti, cum relatio nũtij sit de substantia citationis, & in actis debet scribi seriatim, ac in pede citationis, secundum Bart. in l. multum interest. ff. de condi. & demõ. & in l. hęc autem. §. j. ff. ex qui. cau. in pos. ea. & optimè probatur per tex. constitu. citationis literæ. ibi. & seriatim. & ibi no. Af
2 flic. † Et forma relationis est· Ioãnes iuratus, & seruiens curiæ magnifici Straticoti ciuitatis Salerni, retulit mihi actuario publico dictæ curiæ hodiè, prædicto die citasse dictũ Franciscũ in domo suę solitæ habitationis, vbi eius familia

lia commoratur, & commorari so let, eaq; notificasse eius vxori, & ab ea recepisse sacramẽtum de eã notificando dicto Francisco, q̃ primùm potuerit, præsentibus p testibus Petro de Iulianis, & Antonio Caputo, modo, & forma sibi
3 commissis. † Dixi: iuratus, & seruiens curiæ magnifici Straticoti, ob id, quia s̃ dixi, quòd citatio cõmittitur seruienti curiæ, per tex. c. cum parati. extrà de appella. licèt possit committi alteri nuntio, siue seruienti alterius curię, & superioris. imò ille, cui committitur citatio, potest alteri committere, quòd citet, vt est tex. no. in d. constitu. citationis literæ. ibi, tam per se quàm per alium. & ibi not. Afflic. in viij. not. quem tex. dicit alibi non uidisse, sed debet nominari, quis iuratus citauerit.
4 † Dixi: hodiè prædicto die, ex eo, quia tempus executionis commissionis sibi factæ de citando, debet apponi ĩ relatione, vt dicit Maria. Soci. intra. de cita. arg. xiij. nu. 5,
5 † Dixi: retulit mihi actuario publico dictæ curiæ: quia relatio fieri debet actuario, vt habetur in l. eos. §. super ijs. C. de appell. ibi dum tex. dicit ad scrinia. & ibi p Gl. & Bal. facit autem, si appellatione. C. de tẽpo. appe. & ita tenet Bar. in l. si finita. §. Iulia. ff. de damn. infec. & sic iterptata fuit cõsuetudo secundũ Io. de Im. in d. §. Iulianus. licèt Ang. ibidẽ voluerit dictam relationẽ fieri debere ipsi iudici, & non sufficere fieri notario. quod reprobat Mar. Soci. in trac. de cita. in arti. xiij. in i j. q. & ita firmat Grã. in cons. j. post decis. sacri regij cõsilij. sub nu. 14.
6 † Dixi: in domo suæ solitæ habitationis, quia ita referri debet, nec sufficeret, si diceret in domo sua, per doct. Bar. in l. iiij. §. p̃tor ait. ff. de damn. infec. & probatur per consti. regni, incip. citationis literæ. & ibi per Iser. & Luc. de Pen. in l. j. C. de cu. & statio. lib. xij. &
7 firmat Grã. vbi s̃. nu. 3. † Dixi: vbi eius familia commoratur, ex eo, quia quando nullus habitat in domo, citatio debet affigi in limine domus cum solennitatibus, de quibus per d. consti. citationis li
8 teræ. & suprà dixi. † Dixi, eamq; notificasse vxori, ob id, quia debet alicui de domo citati notificari citatio, ad hoc, vt ad notitiam citati perueniat, ut dicit An. de But. in c. fi. extrà, de eo, qui mit. in pos. refert, & sequitur do. Maria. Soci. in trac. de cit. arti. xvij. uers. circa septimam speciem. viij. col. & idem dicit seruare magnam curiam vicariæ in d. suo consi. nu. 4.
9 † Dixi: & ab ea recepisse iuramẽtum, quia de substantia citationis requiritur hòc iuramentum præstari, vt habetur in d. consti. citationis literæ. ergo id seruari debet. aliàs non teneret legis forma
10 non seruata. † Dixi etiam: præsentibus pro testibus, quia ad esse de substantia citationis, & relationis nuntij, requiritur p̃sentia duorum testiũ ad minus, qui interueniãt tẽpore dictæ citationis, vt dictat regia prag. incipien. quilibet agere volens. quæ procedit, quando citatio fieret extrà ciuitatẽ, ut dicit Afflic. in consti. edictorum.
11 in quarto no. in fi. † Dixi: modo, & forma sibi cõmissis, quia nuntius debet citare iuxtà formam sibi à iudice commissam, quoniam fines mandati diligenter sunt seruandi,

uandi, ut in cap. venerabili. extrà, de officio delega. & c. cum dilecta extrà, de rescrip. & l. diligenter. ff. manda. & si nuntius exprimit citationem aliter, quàm iudex commiserit, non arctat citationem. secundùm Gloss. fin. in Clemen. ij. ut lite pen. & sequitur Archidia. xxiiij. q. iij. cap. de
12 illicita. ¶ Fiscvs. † An autem credatur indistinctè nuntio referenti? ¶Ivdex. Hæc quæstio est satis difficilis, & intricata, & eam latè tangit Maria. Soci. in tract. de citatio. arti. xij. & sunt consideranda plura membra. nam quandoque est contentio inter partem & nuntium: quandoque inter nuntium, & actuarium: quia nuntius negat retulisse, & notarius scripsit nuntium retulisse. quandoque est contentio inter partem & nuntium, non super nuda citatione, sed super uerbis prolatis à citato. Primo casu secundùm Ioan. Andr. in addi. Specula. in tit. de citatio. §. sequitur. versic. sed nunquid crederetur, quòd secundùm qualitates personarum, & quantitatem præiudicij iudex arbitrabitur. nã quandoque potiùs credatur simplici assertioni partis, quàm verbo nuntij: utputa, quia nuntius est vilis persona, & pars est in dignitate constituta: quandoque exiget iuramentum contrà assertionem nuntij: quandoque plenam probationem, vt tenet idem Io. And. in c. cùm parati. extrà de appel. & Salic. in l. tres denũtiationes. C. quomo. & quãdo iu Secũdo casu principali cõmunis cõclusio ẽ hæc, vt inspecta qualitate & notarij, & nũtij, iudex arbitretur, cui magis sit credendũ, vt no. Cy. in l. si quis decurio. in fi. C. de fal. & Bar. in extraua. ad reprimẽdum. uer. per nũtium. si autem notarius est suspect⁹ ex anteà gestis, non credetur notario, sed nũtio. sed cessante præsumptione contrà notarium, magis credetur ipsi notario, quàm nuntio. nam plus creditur notario acta scribẽti, seu scripturæ ipsius, quàm iudici, cũ ipse notarius sit iuratus ad hoc. c. quoniam contra falsam. extra. de pro. Tertio casu non creditur nũtio dicenti, citatum dixisse, se nõ venturum: uel, quòd ei iniuriam intulerit, quia nuntio tantum creditur in ijs, quæ spectant ad eius officium, quod uersatur circà citationem, non autem in alijs, ut no. Glo. & Doctor. in c. cum parati. extrà, de appel. & l. magis puto. §. illud. ff. de reb. eo. & l. j. §. & sanè. ff. de offic. præfec. urb. & ideo ad tollendum omnem dubitationem dicebat Spe. quem sequitur Bar. in extraua. ad reprimendum. in uerbo, per nuntium. quòd cautela esset mittere duos nũtios, ut in ore duorum, uel trium stet omne uerbum. & sic non immeritò rex Ferdinan. statuit in pragm. ob istas opiniones, & dubitationes. in prag si quis agere volens. quòd nuntius debet citare in præsentia duorum testium. quæ habent locum: ut dixi suprà, quãdo citatio fit extrà ciuitatem, ut per Afflict. in consti. edictorum. in quarto no-
13 tab. † Et est notandum, quòd creditur nũtio referẽti maleficium, quo ad inquirendũ, secũdũ. Ang. de malefi. in uerb. Petro publico
14 & iurato nũtiò. † Est etiã animaduertendũ, ꝙ relatio nuntii debet esse

esse certa, & clara, non incerta, & obscura, ita quòd tollat defensionem. & ideò si nuntius referat, se citasse modo, & forma sibi commissis, non sufficit, secundùm Do. de Rota in decisio. xx. in nouis decisionibus. quod est notādum pro relationibus, quæ communiter fiunt in istis partibus. nec etiam sufficit, si dicat, & referat nuntius, se citasse talem personaliter, vel domi, quia licèt respectu commissionis iudicis committentis citare in personam, vel ad domum, intelligitur secundùm ordinem, & inquantum natura apta est verba comprehendere. non tamen sic præsumitur in uerbis nuntijs, secundùm Bar. & do. Anto. in c. si. de eo qui mitti. in pos. per l. j. ff. de vsur. vide Alex. in l. iiij. §. prætor ait. ff. de damn. infect. iij. col.

15 † Et nuntius falsè referens debet puniri, quia debet priuari officio, & alius subrogari loco illius. & etiam corporali macula potest puniri. ut l. ij. & ibi not. Bald. C. de spor. Item potest puniri pœna falsi. per text. & ibi not. Bald. in l. qui nomine. ff. de

16 fal. † Insuper est notandū, quòd relatio nuntij est adeò de substantia, & est talis effectus, quòd iudex non potest ad aliquem actum procedere contrà citatum, nisi priùs constito de dicta relatione, & ea in actis apparente, ut est text. in l. i j. C. de spor. & ibi Bald. & per Bart. in l. multum interest. de condit. & demonstrat. idē tenet Ang. in repeti. l. j. §. hæc stipulatio. ff. si cui plus, quàm per l. Fal. & Bart. in l. hæc autem. §. nō defendi. ff. ex quib. cau. in pos. ea. & Ang. de Are. in li. malefi. in uerbo, qui iudex viuēs. & latè Maria. Soci. in tract. de cita. arti. xv.

17 Fisc. † Nunquid nuntius regius, qui accedit cum prouisione regia ad citandum aliquem in terra baronis, debeat accedere ad baronē, seu eius officialem pro licentia, antequàm citet? Inqvi. Videtur quòd sic. in terminis decidit Iac. Rebuf. in l. j. in fin. C. de execu. & exa. lib. xij. per illum tex. pro quo dicit facere l. cōtrà, eo. ti. & quod no. in simili in l. cum unus. §. is, qui. ff. de bo. auth. iud. pos. & in c. unico. §. si iudex. de pa. tenē. & idem dicit ibi Io. de Pla. ¶ Ivd. Sed dicas contrarium, ut latè decidit Boer. in decisi. viij. in prima parte. nec obstant contraria, quia habent locum in seruiente alterius curiæ, quàm regalis, quia regalis non tenetur requirere, ut uoluit Bal. in l. prohibitū. C. de iur. fis. li. x. & est decisio Tolosa. 423.

18 † Et an baro possit punire nuntium regium delinquentē in terra sua, vide Boër. in deci. nona, ī pri.

19 parte. † Et est notandum, quòd nuntio citanti extrà terram sine literis non est credendum, licet portet signum publici nuntij, & sit notus, & publicus, ut in auth. de colla. §. eos & Bart. in l. palatinos. C. de collat. fun. lib. xj. & in extraua. & ad reprimendū. versi. per nuntium. & communiter nuntius debet portare signa consueta, vel literas, vt cognoscatur, aliàs sibi non creditur. secundum Bart. in l. prohibitū. C. de iure fi.

20 li. x. † Et nuntius potest per uim intrare in domum citandi in criminalib. secūdùm Bal. in addi. Specu. in ti. de cita. versi. sed nunquid

reo.in addi.inci.an nuntius.& Ange.in l.plerique.ff.de in ius vocan.
21 † Et si nuntius citat clericum coràm iudice laico,priuatur officio, & potest carcerari, secundùm Ange.in auth. apud quos opor. cau.
22 dicere cõla.vj.† Et si non refert citationem, vel actum sibi cõmissum,tenetur parti ad interesse, ut l.sancimus.C.de iudi.& l.ij. C.de spor.& Bal.in l.si mẽsor.ff.si mẽs. falsum mo. dixer.

¶ Accusentur contumaciæ. Rub.

SVMMARIVM.

FISCVS.

HVCVSQVE docuisti nos, qualiter iudex se debeat habere usque ad relationem nuntij. prosequere pro Deo alios actus, quia adeò mihi placent ea, quæ dicis, vt alia audire tædio me afficiant
1 præter ista. ¶IVDEX. † Facta citatione, & secuta relatione nuntij, solent accusari contumaciæ: idcircò scias, quòd in regno peruenitur ad contumaciam hoc modo: si citatus est intrà ciuitatem,vbi curia regitur,citatur, quòd die sequenti compareat, & sic una die pro alia, & in illa die sequenti hora causarum accusatur sibi prima cõtumacia,si non cõparet.hoc modo uidelicet. Die hodiè, &c. accusata extitit prima cõtumacia contrà Petrum relatũ citatum,& non comparentem:

tem:& deinde expectatur per tres alios dies continuos, in quibus currunt etiam dies feriati, & demum quarto die ſequenti iuridico accuſatur ſibi ultima contumacia, ſi non comparet. & illud eſt vltimum peremptorium ut eſt ritus magnæ curiæ uicariæ ſub nume.224. incipiẽ. item ſeruat ipſa curia in primis.& regia nouell. pragma.incip. relatione.Et ſcribitur hoc modo contumacia prædicta: Die hodiè,&c.curia pro tribunali ſedente uocato in banco iuris,dicto Petro citato relato, & non comparẽte per ſe, uel alium, qui eum excuſaret, per publicum nuntium, & ſeruientem dictæ curiæ alta, & intelligibili uoce,more præconis, ut iuris, & moris eſt, & quia nõ comparuit, nec aliquis pro eo, qui ipſius iuſtam excuſationem proponeret, & allegaret, ideò inſtantæ curiæ coadiutore fuit dictus Petrus reputatus contumax, & condemnatus ad pœnã in mandato contentam. Et hoc fit in mandato ad informandum: ſed in mandato ad recipiendum copiam capitulorum debet dici: & condemnatus ad tertiam partem bonorum mobilium commodis curiæ applicandam, & decretum fore ponendũ in publico bãno,& capiendum eſſe de perſona, & bona eius annotanda eſſe fiſci

2 commodis.†Et contumacia prædicta debet accuſari die iuridico, etiam ſi illo die curia non regeretur: hoc eſt de prima cõtumacia, dummodo non ſit dies feriatus:& poteſt accuſari dicta prima contumacia in præſentia actorum magiſtri, & etiam abſente iudice, ut de hoc eſt alius ritus incip. item ſeruat ipſa curia, ut ſi die. & alius ritus incip.item nota,quòd in omni.Cõtumacia uerò ultima debet accuſari curia ipſa pro tribunali ſedente, ut dixi ſupra.& ſi ille dies quo debuit accuſari prima cõtumacia eſſet feriatus,debet accuſari die ſequenti,& debet fieri mẽtio,ꝙ non fuit accuſata die ꝑcedẽti,quia fuit feſtum.ut ſciatur,qua de cauſa illo die non fuerit accuſata cõtumacia:& idem erit,ſi plures erunt dies feriati cõtinui,quia illis elapſis primo die iuridico accuſatur,ut eſt ritꝰ de hoc ſub nu. 304.in cipi.item nota, ꝙ ubicunque:& ſi non accuſatur prima cõtumacia dicto die ſecundum ꝑdicta, citatio expirat, & circunducitur citatio, vt dictat alius ritus

3 incip.item nota, ꝙ tales. †Si autẽ citatio fit extrà ciuitatem,in qua degit curia,ſiquidem eſt intrà regnum, ubi degit citandus, debet in citatione inſeri tantum tẽpus, infrà quod poſſet commodè comparere,ut dixi in materia citationis.& in illo die ultimo comparitionis accuſatur prima contumacia,& poſteà per triduum expectatur, & deinde accuſatᷓ ultima contumacia,ut ſuprà dixi, & colligitᷓ per pragma: incip. relationem. ſi verò citãdus degit extrà regnum, debet in citatione apponi terminus ſexaginta dierum ad comparendum, vt in conſti.edictorum, in fi. & in ſexageſimo die accuſatᷓ prima contumacia.deinde triduo expectato,ut ſuprà, condemnatur ad tertiam partem bonorum mobilium, ut eſt ritus incipien. item ſeruat dicta curia in citatione. & ſi in ultimo perẽptorio curia non regeretur propter abſentiam iudicis,

cis, vel aliter, non dicetur reus cõtumax non cõparens, ut est Gloss. in l. ex quacunque, in Gloss. fin. ff. si quis in ius uo. non ier. per l. arbiter Calendis. ff. de arbi. debet tamen comparere die sequenti reuerso iudice absque alia citatione, secundùm Andr. de Iser. in c. j. col. penul. de cõtro. inter uass. & alium de inui. in regno autem sequenti curia condemnatur, & cõtumax reputatur, quia possum elapso triduo expectare aliquod tempus, & non facere condemnari citatum, ut est ritus magnæ curiæ uica. incipien. item nota, quòd si feci te citare. & hoc casu, si die, quo debuit accusari vltima contumacia, non fuit accusata, potest reus comparere, & accusari facere contrà me contumaciam, & licentiabitur, & ipse condemnabor, vt est cautum in dicto ritu. item nota, quòd si feci. & accusata prima contumacia potest expectari per mensem in ciuitate Neapolis, & per duos extrà ciuitatem, & demùm accusare ultimam contumaciam, aliàs expirat citatio, ut in d.

4 titu. item nota, quòd si feci. † Itẽ est aduertendum, quòd si aliquis venit condemnandus post aliquas ferias, puta, messium, uel resurrectionis Domini nostri Iesu Christi, uel natiuitatis, uel aliàs, quia fortè est accusata prima contumacia, & est elapsum triduum, nõ potest, nec debet condemnari primo die iuridico post dictas ferias, sed expectabitur, & hoc de æquitate, ut dictat ritus eiusdem magnæ curiæ in. incip. item seruat ipsa curia, quod primo die iuridico in sequenti curia posteà condemnabi-

5 tur. ¶ † Item est aduertendum, quòd ille dies, quo quis fuit citatus, non computatur in termino, vt dictat ritus magnæ curiæ, in-

6 cip. obseruat ipsa curia. ¶ † Dixi suprà in formula ultimæ cõtumaciæ: die hodiè, ex eo, quia debet apponi dies, quo quis reputabitur contumax, vt dictat alius ritus eiusdem magnæ curię, incipien. item seruat dicta curia, quòd il-

7 la dies. † Dixi: curia pro tribunali sedente, quia hæc vltima contumacia non potest, nec debet accusari, nisi curia pro tribunali sedente, & die, quo regitur curia, vt dictis ritibus cauetur: licèt prima contumacia fiat extrà ban-

8 cam, vt suprà dixi. ¶† Dixi: vocato in banca, ex eo, quia nemo citatus potest banniri, & contumax reputari, nisi ipso uocato alta uoce per tubictam curiæ, uel alium loco eiusdem in defectum ipsius, ut cauetur per ritum eiusdem magnæ curiæ incip. item ser-

9 uat ipsa curia in sero. ¶ † Dixi: instãte curiæ coadiutore. Et hoc, quia in vltimo peremptorio debet accusari vltima contumacia per querulantem, seu curiæ coadiutorem, aliàs non diceretur reus contumax, secundùm Andre. de Iser. in consti. in pecuniariis. col. iij. & Bar. in l. consentaneum, in fin. C. quo. & quando iu. & est tex. in l. properandum. §. & siquidem. & ibi Bal. j. col. C. de iudi. & si non compareret accusator in vltimo peremptorio, & accusaret contumaciam, esset circunducta citatio, etiam reo non comparente, & deberet de nouo citari, ut est tex. in l. & post edictum. §. j. ff. de iud. & no. Bart. in l. ex quacũque. in j. lectu. ff. si quis in ius

in ius uo.non ier. licèt in hoc vlti
mo in cõtrarium sit ritus magnæ
curiæ uicariæ inci. item nota, ꝙ
si feci.vbi non circunducitur cita
tio non comparente reo in ulti-
mo peremptorio, nec comparen
te actore, quia post triduum po-
test actor expectare aliquod tem-
pus, ut suprà dixi. & vide Afflict.
in consti.pœnam nouem unciarũ.
in vij.& vltima quæst. & in con-
sti.pœnam nouem vnciarum. uer-
si. quartò requiritur post ij.quæ.
10 ¶†Prædicta autem de accusanda
contumacia procedunt,& habent
locum,quando proceditur ad que
relam. secùs, si proceditur ex offi-
cio, quia tunc sufficit reum non
comparuisse in termino, secundũ
Alex.in consi.cxx.in fi.in vij. lib.
sed considera, si in regno etiam,
vbi proceditur ad querelam, re-
quiratur accusatio contumaciæ,
cum adsit statutum, quòd citatus
non comparens habeatur pro cõ
fesso,ut in consti. pœnam eorum.
quo casu nõ requiritur accusatio
contumaciæ,secundùm Bal. in l.si
tutor.C.de inter. matr. quem se-
quitur consulendo Alexand. in
11 consi.præallegato.†Dixi: ad ter-
tiam partem bonorum mobiliũ,
ob id,quia hæc est pœna,in quam
incurrit cõtumax in regno,ut ha-
betur in consti.pœnam nouem vn
ciarum. & ibi And. de Iser. & est
ritus magnę curiæ uicariæ incip.
item seruat ipsa curia ab eo tem-
pore.& alius ritus incip.itẽ seruat
dicta curia in citatione. & plenè
dicam infrà in materia annotatio
12 nis bonorum. † Dixi: & decretũ
fore ponendum in banno, quia re
quiritur, quòd iudex expressè in-
terloquatur, quòd eum ponit in

banno,& declaret eius bona anno
tanda esse fisci commodis, ut ha
betur in constit. grandis. & deci-
dit Afflict.in constit. pœnam eo-
13 rum.in vj.requi.†Et similis obser
uantia circa accusationem contu
maciæ seruatur, quando condem
nantur testes, nam proximo die,
quo ipsi debuerunt comparere,ac
cusatur pri. contumacia, deinde
expectantur triduò semper, & de
mum condemnantur. ut habetur
in ritu incip. item seruat ipsa cu-
ria,ꝙ contumacia scilicet prima.
14 † Et si testes erunt contumaces,
condemnantur ad tertiã partem
suorum bonorum mobilium, nisi
in mandato esset adiecta pœna,
quæ excederet tertiã partem mo-
bilium, quia eo casu illa pœna po
test exigi, ut habetur in tex.cõst.
in pecuniariis. iuxta Gloss. & ibĩ
15 not.Affli.in x.nota.¶Frs.†Quid
si pars, ad cuius instantiam sunt
citati testes,non compareat ad ac
cusandum contumaciam contrà
eos non comparentes, an fiscus
ex se possit accusare cõtumaciam,
& ex se exequi facere pro pœna?
¶I v d. And. de Iser.quem sequiẽ
Afflict.in d.consti.in pecuniariis.
in j.quæ.post x.nota. Affl.dicit,ꝙ
non, sed pars debet accusare. &
hoc procedit etiã,si pars compare
ret in vltimo peremptorio, & ta-
men non accusat contumaciam.
nam fiscus non potest instare, vt
condemnentur, ut ibi per Afflic.
in ij.q.& sufficit, quòd sola pars
accuset contumaciam sine eo, ꝙ
fiscus instet, ut ei àcquiratur pœ-
na,ut ibi per eũdem Afflic. in iij.
q. & dato. quòd testes uenerint
quidem, sed facultate nondum fa
cta recesserint, nihilominus ta-
men

men adhuc tenentur ad pœnam, quia non sufficit venisse, nisi stete rint, vt in l.si quis decurio.C.de decurio.lib.x.& firmat Andre.de Iser.& Afflic.in d.constitu. in pe-
16 cuniarijs.¶Fis.†Quid si aliquis citatus ad publicandum, uel ad vi dendum iuraměta testium, vel ad dicendum, non comparet, utrum condamnetur ad pœnam tertiæ partis bonorũ mobilium? ¶ Ivd. Dicas,quòd non. sed si est contu max,fit ille actus, ad quem fuit ci tatus, in contumaciam.per l.fi.in fi.ff.quod vi aut clam. & firmat Afflict. in d.const. in pecuniariis. in xj.not.in uersi.item quęrit hic
17 idem And.†Confirmat,quia ubicunque propter inobedientiã alicuius citati, & nõ comparentis ad uersarius damno non afficitur, & ius ipsius non efficitur deterius, sed ius ipsius non comparentis læ ditur, nunquàm illa inobedientia est punienda.ut dicit Castrens. in l. j. §. is non videtur. ff. siquis ius dicen. non obtemp. quem refert,& sequitur Alex.ibi, & Ias.& dicitur esse notabilissimũ dictum, ibiq; dãt exẽplum de eo, qui citat ad uidendũ iuramenta testiũ,quæ citatio cùm sit inducta ad cõmodũ citati,ut ualeret opponere con trà personas testiũ, si non comparet,non punitur.& hanc opinionẽ dicit Ale.in col.fi.fuisse approba tam in Rota, ut in decisio.279.& refert, & sequitur Gemi.in c.j.§.
18 fi.de electio.in vj.†. Itẽ quia pœna tertię partis bonorum mobiliũ in regno habet locũ solùm in primis citationibus antè litẽ contest. vt benè ꝑpedit Gl.& ibi Affli.no. in cõstitutio.pœnam nouẽ unciarũ.in fi.sed in cõtrariũ facit ritus magnæ curiæ vicariæ, inci.itẽ seruat ipsa curia ĩ primis. vbi sentit, & velle videtur,ꝙ etiam in citatio nibus,quæ fiunt post litem contestatam,habet locum cõdemnatio ad tertiam partem bonorum mobilium,& ponit exemplum in cita tione ad publicãdum. sed Salerni aliàs contra ritum obtinui,cogita
19 tamen. ¶Fis. † Quid de eo, qui præstitit fideiussores de iudicio si sti,& fuit liberatus, demum citatur,quòd compareat ad respondẽ dum capitulis: & non comparet, an hic possit ad tertiam partem bonorum mobilium condemnari? ¶Ivd. De hoc est Gl.& eam sequitur Affli.in consti. clementiæ. ubi deciditur,ꝙ sic, ac si nõ præsti tisset fideiussores,& ut poterat cõ demnari à principio, si non comparuisset: uel possunt citari fideiussores, ut ipsum præsentent, & utraque practica approbatur.

¶Audiantur excusatores. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Procurator in criminalibus quando admittatur. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.*
9 *Excusator simplex quando admittatur.*
10 *Absentia an per quencunque possit allegari.*
11 *Et allegata absentia quod erit officiũ iudicis. & 12. 13. 14.*
15 *Absentia an debeat probari.*
16 *Absentia nõ potest allegari reo nolente.*

Absentiam

Excommu-

tur ad ius commune.

79 Clericus, & laicus simul delinquentes, an omnes debeant remitti ad iudicē ecclesiasticum.

80 Iudex originis uel domicilij an poßit inquirere de delictis alibi commißis circunscriptis priuilegijs.

82 Remißio uaßalli delinquentis in territorio baronis, & ibi cōtumacis, & banniti, & demū capti per iudicem superiorem, an habeat locum.

83 Baro non tenetur capere uassallum suum bannitum per superiorem, sed tenetur ipsum expellere.

84 Barones an licitè poßint praecipere uassallis, ne agant in regijs tribunalibus.

85 Clericus coniugatus an, & quando debeat remitti ad iudicem ecclesiasticum.

86 Et quibus priuilegijs gaudeat. ibi. & 87.

88 Excusatio absentiae, uel infirmitatis, vel captiuitatis non admittitur post latam interlocutoriam.

89 Latrones stratarum an debeant remitti ad barones eorum patronos.

90 Latrones sunt diffidati à lege in eorum praeiudicium, & nō in praeiudicium tertij.

91 Latro ibi debet furca suspendi, ubi capitur.

92 Baro habēs iurisdictionē ciuilē an habeat mixtū imperiū. 93.

94 Baro in ciuilibus an poßit cognoscere de damnis datis, & de minimis furtis.

95 Et an poßit punire inobedientes.

96 Et an cognoscat de praesentationibus instrumētorum, et de obligationibus. 97. 98. 99.

100 Meri, & mixti imperij quae sint.

INQVISITVS.

Libenter admodùm, audiui remedia, quae contrà miseros inquisitos adinuenta uidentur: sed nunquid ediuerso aliquod remedium reperiatur, quo citatus, & non comparens poßit (adeò, vt fisco in omnibus satisfactū sit) excusari, ut contumax non reputetur? Ivd. 1 † Optimam, & laudabilem materiam proposuisti, & ideò scias, quòd regulariter in criminalibus nullus admittitur uti procurator, ut dixi suprà in materia citationis. & habetur in c. ueniēs. de accu. & ī l. pe. §. ad crimē. ff. de publi. iud. & iura sunt uulgaria: admittitur tamē in casibus suprà in materia citationis notatis. 2 † Itē admittitur procurator ī criminalibus ad proponendū omne id, quod ꝓponi posset per simplicē excusatorē, vt habetur i d. c. ueniens. & l. absens. ff. de procura. 3 † Item admittitur procurator in criminalibus, quando petitur, ꝙ sentētia declaretur nulla. ut est Gl. notabi. in ca. hęc quippè. iij. q. vj. quam

quam ad hoc magni facit Franc. de Are. in c. ueniens. 25. col. uersi. & adde extrà. de accusat. & hanc partem tenet Bal. in l. reos pen.
4 col. C. de accusatio. † Item admittitur procurator sufficiēter instructus in criminalibus, quando non sunt probata iudici ordine iudiciario indicia contrà reum citatum, siue sit locus torturę, siue simplici īterrogationi: si autem sunt probata ipsi iudici indicia contrà ipsum reum, tunc non admittitur procurator. secundum Bal. in l. fi. C. de procura. ij. col. uersi. tu dic, & idem Bal. in l. seruum quoque. §. publicè. ff. de procura. ij. col. uersi. tu dic, & dormi. Alex. & Iaso. in d. l. fi. C. de procura. & Mar. in sua pract. cri. §. sequitur. nu. 7, quod quidem dubito in regno nō procedere per decretū reginale,
5 de quo infrà dicam. ¶ † Item potest procurator comparere, & opponere non posse procedi contrà citatum, quia licitè potuit offendi, & occidi occisus stante statuto. secundum Bart. Cepol. in caute. 68. incip. in causa criminali. & Bar. in l. ubi pactum, per glos. ibi. C. de transact. & sequitur Mar. in dicta sua prac. cri. in d. §. sequitur. nu. 19. & 28. & in consi. c. incip.
6 Spiritum sapientiæ in fi. ¶ † Item potest comparere procurator, & opponere, quòd accusatio est notoriè calumniosa, ut dixit notabiliter Cyn. in l. reos. C. de accu. quem refert, & sequitur Bal. in l. ii. C. ut ne priua. & sequitur Mar.
7 in d. §. sequitur. nu. 29. † Item admittitur ad opponendum de ineptitudine inquisitionis, uel accusa. secūdum Mar. in d. §. sequitur. nu. 30. & dicit hoc uoluisse Bald. in consi. 106. pri. li. incip. uerba accusationis. sed uoluit allegare Bald. in consi. 238. in ij. li. ¶ Fis. In omnibus prædictis exemplis, & casibus licèt sit ita de iure communi, tamen obstat decretum reginale positum in uolumine rituum incipien. die xxj. mensis Iulij pri. indi. &c. quo cauetur, quòd nulla exceptio admittitur pro parte inquisi. seu accusati, citati, nisi absentiæ infirmitatis, & captiuitatis, præterquàm in duobus primis casibus suprà notatis, cum in eis fateor, quòd non obstat dictum decretū. ¶ Iud. Subsisto in hoc, & relinquo uobis cogitandum. ¶ Inqu. Prosequere domine Iudex præincepta. ¶ Iud. Faciam, & ideo ulteriùs scias, † quod
8 indistinctè procurator in criminalibus admittitur, quòd inquisitus est carceratus. secundùm An. per illum tex. in l. eos, §. super ijs. circà fi. C. de appel. & dicit hoc etiam tenere Odofre. in l. minimè, C. eo. tit. & Cy. in l. reos. C. de accu. & Bar. in l. pe. §. ad crimen. ff. de pu. iud. in antepe. col. versic. dic ergo sic. alios verò casus, in quibus procurator potest comparere, relinquo pronunc.
9 † Dicam solum, in quibus casibus admittatur simplex excusator absque mādato. & distinguendi sunt quatuor casus: aliquando enim vult allegare causas causæ simpliciter: aliquando vult allegare causas causæ resultantes ex actis in eadem causa factis: aliquando causas innocentiæ in causa, in qua ad definitiuam sententiā deueniri potest: aliquando causas absentiæ tm̄. primo casu excusator non admittitur ad allegandū

causas

cauſas cauſę ſimpliciter ī crimina libus inferētibus pœnam à relega tione .ſecundum Specu.in titu.de excu. in fi. aliis tribus caſibus admittitur,& differt allegare cauſas reſultantes ex actis, & allegare cauſas innocentiæ.quia primo caſu admittitur excuſator in omni caſu: ſecundò admittitur ſolum in eo caſu, in quo poteſt ad definitiuam ſententiam deueniri contrà abſentem, ut latiſſimè firmat domi. Auto. de Cana.in ſuo pul. tracta. de excuſatio. & ſequitur Bartol. de Cap. in cōſtitutio.pœnā eorum. numero. xj.¶ FISCVS. Sed videntur prædicta procedere de iure communi, ſed in regno habem⁹ reginale decretū, de quo ſuprà. ex quo uidetur dicendum, non poſſe per procuratorem allegari cauſas cauſæ reſultantes ex eiſdē actis. ¶ INQVISITVS. Ego dico minimè obſtare dictum reginale decretum iis, quæ ſupra dicta ſunt. ſed ipſo non obſtante dicendum eſt, quòd poteſt comparere excuſator pro abſente citato in criminalibus,& allegare cauſas cauſæ reſultantes ex eiſdem actis exiſtentibus in eadem curia, ſaltem per implorationem officij iudicis, vt docet Ang. in l.planè. fi. de peti. hære.in tantum, quòd ſi ex forma ſtatuti ī criminalibus nemo debeat admitti ad aliquas exceptiones proponēdas,niſi perſonaliter compareret: tamen implorari poteſt officium iudicis, & opponi notorietas actorum,uel ꝙ occiſus potuit impunè offendi uigore ſtatuti,ſecūdum eundē Ang. in l.filius famil.§.ueterani. ibi,aliud eſt. ff. de pro.& Bald.in l.iij. col.vij. uer.ſed quæro tunc.C.de accuſa. & ita voluit Iaſo.in l.ubi pactum. prima col.C.de tranſa.& latiſſimè proſequitur Grā. in cō. j. poſt regias deciſ. num. 24. imò plus dicit ibi, quòd admittitur excuſator ad opponendū exceptionem declinatoriam, & incompetentiam iudicis.de qua ex actis apparetur. ſecundùm Bal. in l.reos. C. de accu. & ſequitur Franc. de Are.in c. ueniens. x.col. extrà, de accuſa. & ibi Maria. Soc. in xlv. col.uer.iij.no.de cauſis.& hoc habet locum non obſtante ſtatu,qđ nulla exceptio poſſit opponi, ꝗa nō intelligitur de exceptione notoria. ¶ FIS. Sed in contrarium concludit And. de Iſe. in conſt. edictorum.quē ibi ſequitur Affli. in xiij. no.in iij q.ex authoritate Inno. in c. ueniens.extr.de accu. vbi dicit,quòd cauſas cauſæ ex actis apparentes non poteſt excuſator allegare, ut ſunt exceptiones dilatoriæ, peremptoriæ, & declinatoriæ, ſed debent allegari ꝑ procuratorem. ¶ IV. Laudo pro nunc ſententiam Fiſci, & eam ſequitur do. Bart. de Capua. in d. conſt.edictorum.nu.14. nullus tamen doctorum facit mentionem de dicto decr.reginali. & ſic concludas,quòd cauſas cauſæ ex actis reſultantes debent opponi per ꝓcuratorem & non per ſimplicem
10 excuſatorem. ¶ IN. † Nunquid per quencunque allegetur abſentia? ¶ IV. Hæc excuſatio abſentiæ,per quencunque allegetur,admittenda eſt,ut eſt text. in l. ſcire oportet.§. ſufficit. ff.de excu. tuto. in l.contumacia.ff.de re. iu.& uoluit Bart.in l.ij.§. ſi quis in iudicio. in fin. ff. ſi quis cautio. & uoluit An.& Afflic.in conſti.edi-

edicto-

ctorum. in xiij. nota. & extat decretum reginale, de quo suprà dixi. & intantum hoc procedit, quod etiam mulier, & infamis admittuntur, secundum Inn. in c. ueniens. extrà, de accusa. quem sequitur Afflict. in d. const. edicto-
11 rum. † Et allegata absentia officium iudicis erit non procedere durãte dicta absentia, si erit ex causa reipublicæ: secundum. An. de Iser. quem sequitur Affli. in d. constitu. edictorum. in d. 13. no. in ver. si uerò allegatur absentia ex causa uoluntaria, ut iuit ad sanctum Iacobum, uel ad studẽdum in studio generali: & officium iudicis erit, quòd statuet huic excusatori terminum ad denuntian-
12 dum, & comparendum† Sed ino leuit cõmunis practica, & forma prouidendi in allegatione dictæ absentiæ, vt dicatur, quòd per curiam fuit d. T. condemnatus, & contumax reputatus (ut & aliàs in materia contumaciæ dixi) uerum si comparuerit infrà mẽsem, deleatur à contumacia, & interim
13 in libro non scribatur. ¶ INQVI. † Sed pone, quòd excusator pro absente ex causa uoluntaria citato in domo, allegat ipsum absentẽ, sed dicit ignorare locum absentiæ, & producit testes, qui dicant, quòd audiuerunt, antequàm citaretur, ipsum dicentem, se iturum peregrè, quòd tempus dabit illi iudex ad notificandum, & cõparendum. ¶ IVDEX. And. de Iser. quem sequitur Afflic. d. constit. edictorum. in nona q. dicit, quòd arbitrio suo statuet tẽpus. & si minus statuet respectu loci. vbi est absens, lex supplebit. argu. l. 4. §. si quis. ff. de re iud. licèt Afflc. ibi ponat aliam prãcticã. Sed procedit id, quod ipse dicit, quãdo ex fama potest sciri, ubi sit, & sic simus extrà dubium. quæstio uerò Iser. procedit, ubi nullatenùs sciri potest, ubi sit. & ita firmat etiam Anto. de Cana. in tra-
14 cta. de excu. in 22. q. † Et si elapso termi. statuto per iudicem cõpareat idem excusator, & dicat se diligenter perquisiuisse, & nõ potuisse inuenire, ubi foret citatus, & petat prorogari, seu de nouo cõcedi alium terminum, tunc iudex procedat cõtrà citatum tanquàm contrà contumacem. nam post illam dilationem siue ueniat, siue mittat, audietur. aliàs secùs, per text. in auth. qua in prouincia. ubi de crimi. agi opor. secundum Bart. in extraua. in uerbo, per edictum. & per do. Anto. de Canar. in d. tra. de excu. in 23. quæst.
15 ¶ FISCVS. † Sed nunquid excusatio absentiæ ita simpliciter erit admittenda, vel sit ne necesse probari? ¶ IVDEX. In hoc passu dicit Spe. in ti. de accu. uer. sed quid si iste, quod debet probari, & probabitur per famã: sola enim fama, & uulgi opinio sufficit tali ꝓbationi, ut dicit Bar. ĩ extraua. ad reprimendũ. in uerbo, per edictum. per tex. in auth. de exhi. & intro. re. §. si uerò. colla. v. Itẽ iudex se debet de fama informare, & id examinare, in quam terram abijsse dicitur, summatim, & parte non citata: secundùm Bart. in d. uerbo, per edictum. potest & probari per discussionem fiẽdam per nuntium, seu nuntios. nam sicùt fit de bonis, ita fit de personis, secũdum Bar. in l. iij. §. prætor ait. ff. de dam. infect. & habetur

betur per do. Anto. de Canar. in d.tra. de excu.q.xx. sed in regno sufficit probari per iuramentum excusatoris, ut in consti. edictorũ. & ibi p Nicol. Ruff. & do. Grifon. in addi. & ita quotidie seruatur.
16 † Et absentia allegari non potest contra uoluntatem inquisiti, quia per allegationem absentię, excluditur contumacia, quę non potest excludi reo nolente, ut latè habet per do. Ant. de Canar. in d.tra.de
17 excu. in xxxij.q. † Et allegans causam absentiæ non tenetur cauere de præsentando reũ, per c. veniẽs, extrà, de accu. & no. in l. in eo. ff. de reg. iur. & habet p Nicol. Ruf. & Gri. in addi. in constit. pœnam
18 eorum. & edictorum. † Et dicitur absens ille, qui abest à ciuitate merum imperium habẽte, sicùt olim à prouincia. l. absentẽ. ff. de pœn. & l. absentem. C. de accu. & plenè habetur per do. Ant. de Canar. in
19 suprà allegato tra. in xix. q. † Et allegatio absentiæ operatur, ut si admitti debebat, & fuit repulsa, id quod fit nulliter fit, ut no. l. quæsitũ. ff. de re iudi. secundũ Bar. in l. pe. §. ad crimẽ. ff. de pub. iu. & in l. ij. §. si quis ĩ iudicio. ff. si quis cautio. & habetur per Afflict. in consti. pœnam eorum. in nono requi-
20 sito, quem videas. ¶ Fis. † Quid si fuit uisus tempore delicti commissi, uel post, an tunc admittatẽ excusatio propter absentiam? ¶ Iudex. Dicẽdum est, ꝙ si fuit uisus tẽpore delicti cõmissi, repellitur excusator, & cõtumax reputatur nõ cõparens, ut est tex. in c. regni, incip. post cõmissum à delinquente flagitiũ. de quo ad propositum mentionem facit do. Pet. de Mo. for. in consti. pœnam eorum. constabit enim ad propositum fuisse uisum per informationem de delicto captam, si ibi sint de uisu testes, vel aliter deponentes, ꝙ eum uiderũt tempore delicti cõmissi, vel uno die, aut duobus antè: secundum Pet. de Mo. for. ibi. & d. c. est in viridi obseruantia in regno. ¶ Inqui. Sed pone, quòd delictum, de quo quæritur, est antiquum, saltem per duos menses, an tunc etiam, quòd fuerit visus tempore delicti cõmissi, admittatur excusator? Iudex. Ego semp practicaui in diuersis partibus, & practicari vidi, quòd quando delictum est antiquum, non procedit dispositio. d. c. post commissum à delinquente flagitium. sed admittitur excusator. ¶ Inquisitus.
21 † Plura dixisti in materia excusationis propter absentiam, transeamus ergo nunc ad aliquam aliam excusationem. Iudex. Probè dixisti, & ideò scias, quòd alia potest proponi excusatio, videlicet hostica exceptio, quæ quidem exceptio est maximi momenti. nam si citatus fuit antè, vel post submonitionem, quòd uadat ad exercitum, allegata tali exceptione corãm iudice citante, habet xv. dies de termino ad iter arripiendũ ad dictum exercitum: & donec est in exercitu, & post reditum per xv. alios dies non potest in causa procedi contra eum, sed debet in dicta causa supersederi, vt cauetur per regni consti. incip. hostici exceptio. de excep. hosti. pro-
22 po. ¶ Fis. † Sed utrum, vt competat dicta hostica exceptio, requiratur submonitio, vel habeat locũ in eo, qui absq; submonitione, sed proprijs expẽsis vult acce-

 dere

dere ad exercitum? ¶Ivd. Distinguendum est secundum And. de Iser. in d. consti. hostici exceptionem. quem sequitur ibi Afflict. ꝙ aut quærimus vtrum gaudeat dilatione quindecim dierum, quæ datur ad iter arripiendum, & tūc est citatus, & non gaudet non prçcedente submonitione: aut nō ꝓcessit submonitio, sed postq̃. fuit citatus cum effectu accessit ad exercitum suis expensis proprijs, & tunc siue citatus fuerit domi, siue personaliter, nō gaudet exceptione hostica, quia istud fuit voluntarium impedimentū, vt euaderet pœnā ei inferendā. si verò antè citationem quis reperitur in exercitu, seu ꝑ viā, & demum citatur in domo, & nō ꝓcedente submonitione accessit suis expēsis, si loquimur de iure communi, ille, qui est in exercitu spontè, & nō uocatus, non dicitur absens causa reipublicæ, vt in toto titulo ff. de lega. sed si loquimur secundū terminos cōsti. prædictæ. hostici exceptionē. siue voluntariè reperiatur in exercitu, siue submonitus, competit ei exceptio hostica, si tēpore citationis ibi reperiebatur, vel erat in via causa eundi. & sic habes ueritatem.

23 ¶Fisc. †Vtrum si quis cōmisit delictum post submonitionem, gaudeat hostica exceptiōe? ¶Ivd. Dicas, ꝙ nō, ut est in c. regni inci. si comites, vel barones. de quo mentionē faciunt And. de Iser. & Afflic. in d. consti. hostici

24 exceptionem, †Et potest hæc exceptio opponi ꝑ procuratorē, & excusatorē. secundū Affli. & Iser.

25 in ea. consti. in 14. q. ¶Fisc. †Audiui, quæ dixisti in materia hosticæ exceptionis; sed dico, quòd si quis tempore delicti cōmissi fuerit visus, vel saltē ꝑ duos dies, antè vnum, vel duos, aut unū post, & deinde vadit ad exercitū, nō gaudebit hostica exceptione. ꝑ tex. ī suprà alleg. c. post commissum. & hoc videtur voluisse do. Pet. de Mo. for. in d. consti. hostici exceptionem. dum dicit hæc formalia verba. c. & de excusatione absentiæ etiam isto casu, vide c. regni, post commissum. & vide c. regni. comes. quasi dicat, ꝙ ille tex. limitetur per illud c. regni. post cōmissum. sicùt ēt limitatur ꝑ c. regni, comes. ¶Ivd. Certè doctrina Pet. de Mo. for. quam allegasti, innuit, & apertè dicit id, quod dixisti. &

26 ita pro nunc teneo. †Ad unū tamen aduertas in hoc, quòd ista exceptio debet probari, vt habetur per do. Mari. de Cara. in constitu. pœnam eorum super testi. ibi, & ꝓbantē. & habetur per Afflict. & Iser. in d. consti. hostici exceptio-

27 nē. ¶Inqvi. †Quid si allegetur excusatio infirmitatis, an admittatur, & quod sit officium iudicis in ea? ¶Iv. Hæc excusatio est satis iusta, & admittenda est per quēcunque opponatur. secundum Inn. & post eū Abb. in c. ueniēs. extrà, de accu. ꝑ l. si prætor. §. fi. ff. de iudi. & idē dicit Salic. in l. reos. ix. col. ver. ex prædictis contrarijs. C. de accu. & Bal. in l. seruū quoque. §. publicè. ff. de ꝓcur. in xj. col. uers. reuoco in dubiū. & est decisum in regno ꝑ reginale decretū, de quo suprà mentionem feci. & habetur per Afflic. in d. consti. edictorum.

28 in xiij. no. in princ. ¶Fis. † Sed quomodo ꝓbabitur hæc infirmitas, & excusatio? ¶Ivd. Afflic. in d. cōsti. in xiij. not. in vj. q. mouet diffi-

difficultatē, & dicit, ꝙ Abb.in c. querelam.de procu. dicit probari ꝑ testificationē medicorū.idē dicit Bar.ī l.cōtumacia.§.fi.ff.de re iudi.allegat l. semel.C.de re mili. li.xij.demū dicit, ꝙ Ioā.de Im.in l.q̄situ.ff.de re iudi.refert tres opiniones, qualiter probetur impedimentum.& finaliter tenet, ꝙ totū hoc remitteṫ iudicis arbitrio: & ꝙ in magna curia seruatur, ꝙ debet p̄sentari instrumētū publicū, ꝙ talis est in tali loco infirmus,& ibi medicus debet attestari curiæ verbis,ꝙ ille,qui citatur,est infirmus,& ꝙ ibi non potest compare re absque suo periculo.& ita residet.sed.Par.de Pu.in li.synd.ī verbo.negligentia.in v.col.dicit,ꝙ ritus magnæ curiæ vicarię requirit testificationem ꝑ instrumentum duorum medicorū. quem ritū secūdum eum intelligit, si in illa ciuitate poterāt haberi illi duo medici, aliàs sufficiat vnus, vel sufficiat ille, qui deputatus est à communi,vt ritus intelligatur, & interpretetur secūdùm ius commune.& pro hoc dicit facere Glo.in consti.in causa depositi. vbi dicit Glo.ꝙ illa consti. requirens in deposito fore adhibēdos tres testes, intelligitur,si sint in loco, in quo haberi possent,& dictus ritus magnæ curiæ vicariæ. itē si aliquis, vel aliqua.dicit idem, quod Par. vbi suprà, vide Par. de Puteo in lib. synd.in verbo. tortura. versi. officialis posuit ad chordam. ij.

29 col.† Et hæc excusatio potest ꝓponi per excusatorem simplicem, absque mandato, secundùm Luc. de Pen.in l.semel. C. de re milit. lib.xij. Et si est infirmitas non latens, sed manifesta,& patens, potest probari per alios, quàm ꝑ medicos,secūdum Luc.de Pe.vbi su-

30 prà.¶ Inqvisi.† Quid si citatur aliqua mulier prægnans, an possit excusari,vt non teneatur comparere?¶ Ivdex.Dicas,quòd sic, ut

31 probat ritus suprà allegatus.† Vnum tamen non omitto, ꝙ quando ille, qui allegatur infirmus,est in eadē ciuitate, vbi est tribunal, admittitur excusatio,etiam quòd non præsentetur instrumentū infirmitatis,sed sufficit, quòd dicat excusator: accedat actuarius cum medico in domum, & iudex si dubitat tenetur mittere. secundùm Goffr.Hostiē.& Io.And. & doct. ī c.tenor. de re iud. & Bart. in l. quæsitū.ff.de re iud.& ego testor vidisse practicā millies in magna

32 curia vicariæ.¶ Inqv.† Quod erit officium iudicis, quando allegatur infirmitas,& in prōptu docetur de ea?¶ Ivdex.Dicas,quòd eius officium erit non procedere, sed supersedere durante dicto impedimento.per no.in l.quæsitum. ff.de re iudic.secundùm Afflict.in consti.edictorum,in xv. no. in v. q.& ideò solent iudices decernere, quòd quàm primum conualuerit, se præsentet in curia, aliàs, ꝙ remaneat contumax, & hoc, ne cogantur iterum eos citare. aliqui etiam solēt decernere sub hac forma, & per curiam fuit condemnatus, & contumax reputatus, verùm si quàmprimum conualuerit,se præsentauerit, deleatur à cōtumacia, & interim in libro non scribatur. & hæc practica datur per Bart.in l.quæsitum. de re iud. col.j.& Doctor Moder. de Campa.in c. post commissum.& ita uidi centies practicari in magna c

ria vicariæ,& ego ipse praticaui.
33 Fiscvs. † Ego puto, quòd exceptio infirmitatis, & absentiæ, & alia quæcunque, quæ præsumitur malitiosè proponi,non debeat admitti per iudicem, vt est ritus magnæ curiæ uicariæ,incip. Item si aliquis ciuiliter, vel criminaliter. ¶ Ivdex. Optimè dixisti, sed non sufficit sola præsumptio,vt nō admittatur excusatio: sed aliud requiritur,ideò inoleuit pratica in magna curia vicariæ, quòd ꝓposita excusatione iudex eam admittit, si est admissibilis, subiungendo, quòd si fuerit conuictus dictus excusatus, non gaudeat, & tunc incipiunt iudices se informare vtrum excusatio sit uera, an non, examinando testes:& uidi praticari millies, & ego ipse
34 praticaui. ¶ Inqvisitvs. † An infirmitas uxoris, & filiorum citati excuset,ut non teneatur comparere durante dicto impedimento. ¶ Ivd. Ioan.de Firmo.in suo aureo speculo, & repertorio. in verbo, infirmitas. dicit, quòd excusat,& allegat ad propositum. xxiij. dist. c. communis filius. cum Glos. & sequitur Afflict. in decisio. ccxxxixl.in xj. colum. & facit secundùm eum, quia necessitas adiuuādi carnem suam facit licitum, quod erat aliàs illicitum. c.quantò.extrà de consue. & plura alia allegat ad cōfirmationem
35 prædictorum. ¶ Fiscvs. † Millies vidi allegari impedimentum infirmitatis per nonnullos, & demum secuta reconualescentia non cōparent,sed fugam arripiunt,quod erit remedium? ¶ Ivd. Cautela est,quòd accedat iudex, quando factum est arduum, & est timor, quòd non comparebit, & procuret ab eo capere fideiussores de se præsentando secuta conualescentia. & si non poterit præstare, apponat custodes in domo, & ipsum consignet in domo sua alicui sub mandato: & possunt astringi excusatores ad indicandam domum, in qua residet infirmus. & etiam possunt examinari testes, qui testificantur etiam cum alijs, qui super hoc haberi possunt. solent enim infirmi per diuersas domos occultari, vt euadant istam cautelam, ut mihi multoties fa-
36 ctum fuit. ¶ Fiscvs. † Pone,ꝙ in ciuitate fuit facta magna briga inter plures, & aliqui fuerunt occisi, aliqui uerò uulnerati, qui non exierunt de ciuitate, sed occulti in aliqua domo curantur, & medicantur per medicos, & chirurgos de ciuitate,an iudices possint emanare bannum, quòd nemo chirurgorum, aut physicorū audeat medicare aliquem absque expressa licentia iudicis, & antè notitiam datam de infirmo, & de qualitate infirmitatis,& etiam de alijs qualitatibus? ¶ Ivd. Ego pluries praticaui,quòd sic,& ab alijs vidi praticatum.& potest roborari per id,quod dicit Bar.in l.iij.ff. de cōdi.ob tur. causam. vbi q̄rit, an quis teneatur,& cogatur indicare malefactorē: & dicit,ꝙ parti non tenetur,nec etiā iudex coget ad petitionē partis, sed iudex ex suo officio potest cogere quem,vt sibi indicet malefactorē,& sic hac ratione potest sustineri hęc vtilis
37 pratica. ¶ Fis. † Sed pone, ꝙ nec excusator,nec medicus voluīt indicare,vbinā sit infirmus: apparet tamē instrumentū infirmitatis: vel ī dicant,

dicāt, in quā domo eum viderunt, & ibi facta perquisitione nō fuit inuentus, an possit licitè non obstante instrumēto infirmitatis ꝓducto respuere dictam excusationem, eamq; non admittere? IVD. Videtur, quòd sic, quoniam nec posset credi testificationi istius medici dicentis aliquem fuisse infirmum, nisi præcedat diligens iudicis inquisitio, text. est multū notabilis in l. semel. C. de re mili. li. xij. & ibi Bar. multum notat illū text. pro singulari. & subdit, quòd ideò debet esse cautus assessor, quòd in actis faciat scribi, & registrari, quòd iudex diligenter inquisiuit, & examinauit, utrum sit infirmus. & ipso diligēter examināte, & inquirēte medic⁹ hęc retulit. qđ dictum sequitur, & commēdat Alex. post Bar. in proœ. ff. forū. iij. col. in fi. & Anto. Cors. in suis no. in ver. medicus. incip. denūtiatio facta per medicū. vndè si facta perquisitione nō inuenit eū infirmum, nō modica suboritur suspicio, ꝙ excusatio prædicta infirmitatis proponatur maliciosè. & sic potest eā non admittere, vt est ritus magnę curię uicarię, incipiēs: Item si aliquis ciuiliter, vel criminaliter. de quo suprà dixi, quæ no

38 tes in actu practico. ¶IN Q. †Prosequere vltrà domine iudex, & si aliqua alia excusatio potest competere citatis, vt non teneant cōparere coràm iudice citāte, nobis eodem ordine retento declares. ¶IVD. Alia insuper pro parte eiusdem quærulati allegatur excusatio, & exceptio, videlicet, clericatus. quæ quidem exceptio, & excusatio est maximæ īportantiæ, cùm clerici, & eorum bona sint exempti à legibus imperialibus, & à laicali iurisdictione, vt dicit Bal. in auth. litem nulla communitas. C. de epis. & cle. & no. in c. quanquā. de cēsi. in vj. Panor. in c. ij. extrà, de immu. eccl. & intantum hoc ꝓcedit, quòd si clericus citatus per iudicem laicum nō declinaret eius forum, puniri deberet pœna extraordinaria, quasi sit transgressor canonis. secundùm Bal. in l. j. in fi. C. de iud. & subdit ꝓcedere etiāsi statutū ꝓhiberet declinare forū sub pœna, & qđ tale statutū non ualeret. refert, & sequit̄ Berta. in suo tracta. de epi. in v. parte quarti libri. versi. xlix. in fi. dicti versic. iuxtà præmissa sciendū est. nec etiam tenetur clericus cōparere coràm seculari iudice, & si non comparet, contumax reputari non potest, secundùm Io. And. Ant. de But. & Abb. in c. si diligenti. de fo. compe. in pe. col. nec potest iudex secularis pœnam contumaciæ in clericum inferre. c. j. extrà, de cler. coniu. in vj. Bald. in l. generaliter. ij. C. de episc. & cler. & in l. si quis ex aliena. ff. de iud. & consuluit Bart. in consi. ccxxv. clericus notat sub nomine clericali. & plenè Deci. in cons. ccxlj. ī ij. li. scripsi aliàs. Iac. de san. Geor. in l. non videtur. ff. de iudi. col. ij. ꝓut refert & sequitur Grā. in suo j. consi. post regias decisiones. nu. 36. & Aegid. de Man. in sua disp. quæstio talis est, quæ est inter disputatiōes Pau. de Leaza. dicebat, ꝙ clericis coràm iudice seculari non est licita cōparitio, nec possibilis ꝓrogatio. p c. si diligenti. x̄. de fo. competen. & ideò cum constet citatum non esse de iurisdictione citantis, non tenetur comparere,

parere, vt not. in c. fi. extrà, de appel. & cõsuluit Alex. ĩ cõs. xxxvij. in iij. libro. & faciunt optimè no. per And. de Iser. in c. j. §. ꝑterea. iiij. col. quæ sit prima cap. bene. amitt. & Guido Pa. in decis. 450. an multæ declaratæ. & in particulari Io. And. in regula, scienti. in mercuria. tenet, ꝙ non valet processus iudicis secularis contrà clericum citatum per se ipsum, & nõ comparentem ad allegandum priuilegium clericatus. & latè prosequitur Gramma. vbi suprà. ¶ Fi-
39 scus. † Sed licèt prædicta sint uera in se de iure communi, tamen in regno non procedunt, eò, quia habemus ritum magnæ curiæ uicariæ, incip. Itẽ seruat ipsa curia, quòd nullus. quo cauetur, ꝙ si clericus citetur sub nomine laici per secularem, non potest suum priuilegium allegare per procuratorẽ, aut simplicem excusatorẽ, sed debet ipse clericus comparere personaliter cum instrumento clericatus, & allegare suum priuilegium. aliàs potest reputari cõtumax, & contrà eum proceditur, tanquàm contrà contumacem. ¶ Inqvi. Ego dico ꝙ clericus non tenetur comparere ad allegandũ suũ priuilegium. secundum Archi. in c. ij. xv. q. iiij. super Gl. & facit Gl. in verb. congrueret. & ibi Dom. ĩ c. conuenior. xxxiij. q. viij. & Specu. in tit. de cita. §. contrà citantem. in fi. & plenè per Feli. in c. cũ ordinem. vj. col. de resc. & ita etiã concludit Afflic. in consti. priuilegia. in iiij. nota. hinc est secundum eũ, ꝙ exceptio incompetentiæ iudicis in cã capitali opponi potest per procuratorẽ, secũdùm Inn. in c. veniẽs ad ap. se. x̃. de testib. & sequitur Bal. ĩ l. seruũ quoque. §. publicè. ff de procura. & idem consuluit Cassa. in con. pri. versi. sed nec ĩ totum. Nec obstat ritus suprà allegatus. quia ritus licèt det formam cõparitionis clerici coràm iudice laico citante, & aliquo modo proponat declinatoriam: non tamen ultrà procedit, quòd si clericus non comparet secundum prædictam formam possit reputari contumax. ¶ Fis. Nõ benè inspexisti ritum, quia si benè inspiciatur, dicit ritus, ꝙ aliàs nõ auditur. ergò necessariò sequitur, ꝙ remanet contumax. ¶ In. Cum hæc responsio tibi non satis faciat, dabo aliã, videlicet, ꝙ rex non potuit, nec potest imponere legem personis ecclesiasticis, cùm non sint, nec esse possint de iurisdictione ipsius. nec aliquid potest imponi eis, quod sit contrà libertatem ecclesiæ: secundum Panor. in c. grauem de senten. excom. & per alia, vt ibi ꝑ eum. & sequitur Gram. in d. con. j. post regias decisiones. & dicit ita fuisse decisum ꝑ iudices mag. cur. uica. ¶ Index. Et ita notauit idem Gram. in voto xxvij. vbi subdit, ꝙ etiam si clericus distulit opponere exceptionem clericatus, quousque fuerit carceratus, quòd posteà opponendo annullat bannum, & contumaciam. & non tenetur soluere etiam pœnam pecuniariã pro pœna contumaciæ. & idem dicit fuisse decisum per Guido. Pa. in decis. cccccl. & ꝑ Cappe. Tholosa. ĩ deci. clxv. inci. itẽ fuit quæsitum bannũ. & ita refert fuisse decisum ꝑ mag. cur. vica. nõ obstante ritu ꝑdicto. ꝑ quibus ẽt vide Fel. ĩ c. si duob. x̃. de appel. iij. col. & ita mihi ui-

hi uidetur concludendũ propter istã vltimam rationem Gramma. quam etiam approbat Cap.in deci.161.incip.in causa Erusioni.licèt cõtinuò reputentur contumaces clerici non comparentes corã iudice laico citãte, seruata forma dicti ritus, sed semper posteà clerico capto annullantur. ¶ Fiscvs
40 † Sæpè vidi hanc exceptionem clericatus, & excusationem repelli per iudices factis replicationibus ex aduerso, quòd clericus sit incorrigibilis, non incedens cum habitu, & tõsura, perpetrator grauium, & pluriũ facinorum, excommunicatus, illegitimus, & vilium artium exercitor. idcircò, si placet, de quolibet istorum dispiciamus. ¶ Ivd. Per quàm gnauiter partes fisci tueris, & uigilanter studes, ne decipiaris. & ideò scias, quòd incorrigibilis dicitur ille, qui aliàs fuit depositus, & reuertitur ad priora delicta, uel in illis perseuerat, secundũm Ab.in c.cũ non ab homine. de iudi. col. pen. uersi.quæro qualiter. post Anto. qui voluit aliter, ꝙ dicitur incorrigibilis, si committit alia delicta, etiam si nõ sunt similia, vel etiam minora, quem sequitur Dec.ibi. col.fi. dicitur etiã incorrigibilis, qui detrusus in monasterium ad pœnitentiam peragendam, ea non dum peracta capit fugam, & occultat se, vel aliter de facto impedit, ut non possit cum iudex arcta re: licèt nõ reperiatur in nouo delicto, quia tunc post excommunicationem, & anathema comprimendus est per iudicem secularẽ, ut in text. secundùm Abb. vbi suprà. in fi. & sequitur eum Dec. & habetur per Moder. Hispa. Ioan. Bernar. Diaz. in practica cri. canonica. in verbo, data incorrigibili-
41 tate. † Et incorrigibilis clericus depositus per iudicem ecclesiasticum, si adhuc ĩcorrigibilis fuerit, excommunicari debet, deinde cõtumacia crescente, anathematis mucrone feriri: & si ĩ profundum malorum ueniens contempserit, cũ ecclesia nõ habeat vltrà quod faciat, & per secularem iudicem comprimatur. ità, quòd ei deputetur exilium, vel alia legitima pœna inferatur. & sic notandum est, quòd nullus casus datur à doctoribus, qui succedat post depositionẽ, ꝙ is solus sufficiat, ut clericus tradatur curiæ seculari, nisi præcedente contemptu excommunicationis, vel anathematis: & nunꝗ clericus etiã depositus puniri potest per iudicem secularem, nisi declaretur per ecclesiasticum qualitas ĩcorrigibilitatis, quia clericus depositus adhuc est de foro ecclesiæ, ut per Abba. in c. Ioan. & in c. ex parte. de cleri. coniu. iudex. n. ecclesiasticus debet ipsum declarare incorrigibilem, etiam ipso non citato, ne fugiat, ut per Abb. post Cardi. in d.c. cùm non ab homine. & Innoc. in c. j. de ho. li. vj. quos refert Aret. in d.c. cùm non ab homine. col. v. & clariùs ibi ꝑ Feli. in iiij. col. & tunc ipso declarato incorrigibili punitur per iudicem secularem, non proùt iudici ecclesiastico uidebitur, sed ꝓùt iudici seculari, secundum Abb. in d.c. cùm non ab homine, vltimo no. & plenè habet per d. Moder. Hispa. vbi suprà. hoc aũt intelligitur secundũ Bonicon. in tract. de priuileg. cleri. nu. 6. ad requisitionem iudicis ecclesiastici, non ex

42 se, & ex officio. † Quo verò ad aliud: non incedere cum habitu, & tonsura, sciendum est, quòd tam clerici in sacris constituti, quàm in minoribus debent deferre habitum honestum, ut habetur in cle.fi.§.dignitatem. de uit. & hone. cleri. cle.ij.eo. titu.& in c.omnis.21.q.4.& ibi Archi. & ratio est, de qua per Doct. in dictis locis. & habitus clericalis debet esse condecens clericis à capite vsque ad pedes, nec debent portare in capite pileum lineum, nec de serico, ut in d. cle. fi.§.dignitatem.& ibi Gloss.& Card.qui intelligit de birreto: quia clerici non debent portare birretum lineum, vel sericum.non autem intelligitur de pileo seriti, qui portatur propter pluuias. item clerici non debent uti veste uirgata, vel partita diuersorum colorum, ut d. cle.fi.& Matth.de Afflic. in cost. regni, apostatantes. col.iiij.item talis vestis, & habitus debet esse clausus, nec nimis breuis, nec nimis longus, sed moderatus.c.clerici officium.extrà, de ui.& hone. cleri.consistit etiam habitus clericalis in caligis, & calciamentis: item in cingulis, seu corrigiis, & fibulis: item in manibus circà portationem annulorum, in cappis, & mantello: & talis vestis debet esse talaris, id est, longa usque ad talos pedis.xxiij. dist.c.nõ liceat. versatur etiam honestitas habitus in coloribus vestium: quia pannis rubeis uti non debent.d.c.clerici.ut latè, & benè declarat Modern. de Campa. in ext. de vi. & ho. cleri. in Gloss. habitus. & est aduertendum secundũ eum, quòd non est statutus certus, & determinatus habitus pro clericis, secundùm Gloss. no. in cle.j.in fi.extrà de electio.& Gloss.& Docto.in c. pen.de ui.& ho.cleri. & tenet Alexã.in cõsi.8.videtur super primo. in j.lib. & in consi. 149. in causa inquisitionis, col.ij.in fi.in vj.lib. & Abbas in c.j.col.j.in ij.no. extrà, de apo. ubi dicit quòd clerici seculares non habent certum, & determinatum habitum, sed solum quidã habitus sunt eis interdicti: & quòd non habent certam formam, sed vestes debent esse honestæ: vndè sufficit, si clerici portant habitum honestum, & conuenientem clericis secundùm cõsuetudinem, vt tenet Alex. in d.cõsil. vbi dicit, quòd omnis habitus honestus, & conueniens, dicitur habitus clericalis, dummòdo non sit à iure, uel consuetudine reprobatus. & conclusiuè dicendum est, quòd spectanda est consuetudo regionis, secundùm Bene.Cap.in c.pe.in Gloss.in uerbo. deauratis. extrà, de uita & hone.cleri.ubi dicit, quòd in tantum est attendenda consuetudo regionis, quòd si consuetudo non haberet diuersitatem aliquã inter habitum clericorum, & laicorum, ipsa consuetudo esset attendenda.

43 †Et ex hoc infero, quòd malè faciunt iudices hodierni, qui statim cùm capiunt clericum, redigi faciunt in actis, quòd eum ceperunt non incedentem cum habitu & tonsura: debẽt enim particulariter describi habitus & vestes, quas deferebat, ut uideri posset, si sunt honesti, & condecentes. & sic probãdum est per sindãtem se in eis, ut iuribus uulgaribus. nec enim statur dicto simplici ipsorum, quòd incedebat

absque

absque habitu,& tõsura. ad quod facit id, quod dicit Inno. in c.super literis.extrà, de rescrip.& Archid.& Ioã.And.in c.Romana.§. contrahentes.extrà, de foro competen.in vj.& per Bart. in l.ij.ff.si quis in ius voc.non ier. & ibi per
44 Alex.col.4.& Iaf.†Incedere ergo cum tonsura, est incedere cum capillis tonsis in capite ex parte inferiori ad releuationem sensuũ. scilicet visus,& auditus,super aures,& oculos.& potest esse minor, q̃ tonsura clericorum monachorum, secundum Gloss.in cle.ij.de ui.& hone.cleri. clericus enim debet habere clericam, vel tonsurã in signum futuræ coronę,& regni quod expetat ĩ altero seculo. quæ clerica debet esse rasa in signum depositionis temporalium, ut in c.duo sunt genera.xij.q.j.& vide Feli.in c.contigit. extrà de sentẽ. excõ.& plenè habetur per Cepol. in consi.xj.inci.casus talis est, Aloisius.col.vj.versi. de tonsura. & quid sit prima tonsura,vide Imo. in c.clerici officia.extrà, de vi.&
45 hone.cleri.col.ij.in fi. †Opponitũ etiã, quòd est perpetrator pluriũ, & grauium facinorum; & in hoc sciendum est, quæ sint delicta grauia,& quæ leuia. de quo per Bart. & Alex. in l. leuia.ff.de accu. in l. aut facta. de pœnis. & habetur p Glos.ĩ l.auxiliũ.ff.de minor.& dicit Glos.in c.cũ illorum.in verbo, mutilationẽ mẽbri. de sen. excõ. quod relinquitur arbitrio iudicis. de quo per Augu.in addi. Ang.de Are.in li.male.in uerb.hæc est q̃dã inquisitio.in addi.v.in fi. & delicta atrocia, & grauia in clericis sunt adulterium,homicidiũ, sacrilegium,falsum testimoniũ, & similia, ut.l.dist.c.si episcop⁹.& c.apostolis.lxxxj.di. & Car. in cle.j.de offi.or.itẽ uiolentia cum armis dicitur delictũ graue, secundũ Glo. l.iij.ff.de ui & ui arma. & Alex.in d.l.leuia.itẽ oĩs causa sufficiẽs ad exhæredandum secũdùm Bart.in l.solo.C.de libe.cau.& Alex.in d. l.leuia.& dicit Card.in cle.j. in v. no.de offi.ord. ꝙ delicta enormia inducunt irregularitatẽ.& ibi subdit, ꝙ si clericus enormia delicta sæpiùs consueuit committere, perdit priuilegium.c.si quis suadẽti. extra,de sen.excõ.& est sciẽdũ, ꝙ clericus committens quantumcunque delictum graue, & enorme,etiam qualificatum, nõ debet actualiter degradari, & tradi curię seculari, nisi secuta incorrigibilitate, aut in casibus expressis in iure,vt dicit Are.in c. cùm nõ ab homine. col.ix.in fi. de iudi. licèt Abb.in c.at si clerici.in princi.de iudi.col.antepe.post Pet. de Ancha.in quadam dispu.sua.& in repe.regu.ea,quæ.xix.q.de reg. iur. & consi.158.ex narratis in facto. col.ij.teneat contrarium,ꝙ debet deponi, & tradi statim curiæ seculari non expectata incorrigibilitate.& idem dicit Abb.in d.c.cùm non ab homine.vij.col.& ibi etiã Bal.& idẽ Ab.in c.j.ĩ fi. de homi. & in c.nouimus.de verbo.signi.& Barba.cõsi.lxv.col.iij.lib.j.& Feli.in c.j.xvj.col.de consti.& idem Feli. in c. inquisitionis. col.ij. in prin.de accu. & secundũ istã opi. pluries fuit practicatum, ut refert do.Ioã.Ber.in sua pract.cri. cano. in c.90.licèt posteà subdat primã opinionẽ esse communem, & tñ opinionem procedere in clericis primæ tonsuræ, & non in aliis in sacris

in sacris constitutis. vnum tñ est aduertendum, ꝙ etiam in clericis delictum reiteratũ plus debet puniri, vt xxv.q.ij.c.itẽ nos.& 27.q.j.c.peruenit.& l.iij.§.si plures.ff. de re mili. & extrà, de hære.c.ad abolendã.§.illos.

46 † An autem ista impediant remissionem,& loquendo pri.de clerico incorrigibili sciendum est, ꝙ si clericus esset pronunciatus incorrigibilis,modis,& forma,ut suprà demonstraui, non est dubium, ꝙ illa incorrigibilitas esset tantæ potentiæ,quòd impediret remissionem,& excusationem propositam,per ea quæ suprà dixi intelligẽdo secundũ Bonicõ, quẽ suprà retuli.

47 † Alia verò duo: non incedere in habitu, &tõsura, & immiscere se enormitatibus,nõ impediunt excusationem propositam,& remissionem petitam, ut latè consuluit Hyppo. de Marsi. in consi.67.col.viij.nu.59.& Laurẽ. Calca. consi.70. incipien. pro dicto Nicolao. & in consi.7.incip. quia à me quæsitum.xix.col.uersi. in contrarium.& est text.& ibi Ioan.And.in c.nullus.de temp.ordi. in vj.Inno.in c.j.de apost.& c.nouit.de iud. & Bald.in margarita. ver.clericus.Car. in cle. ij.§. fi.de sepul.imò & si clericus reperiatur in fragranti crimine absque habitu, & tonsura,non perdit priuilegium.& ita post multa firmat Grã mat.uoto xxxiij.& ibi refert nonnullos casus in facto contingentes, & ita fuisse decisum per magnam curiam uicariæ, & sacrum regium consilium. & quò ad hoc, vt clericus perdat priuilegium fori,quatuor requiruntur, secũdum Ant.de But.ĩ c.j.extrà. de apost. primum ꝙ non incedat in habitu, & tonsura:secundum,ꝙ ingerat se enormitatibus:tertium, ꝙ in illis frequentauerit: quartum, ꝙ in illis deprehendatur: quintũ, ut fuerit tertiò monitus,ut latè per Bar. Cepo.in consi.xj.inci. casus talis est,Aloisius.& Ant.Cap.in decisi. 161.inc.in causa Crusconi. col.ij. cum seq.& Matth.de Affli. ĩ cõst. regni,apostatãtes. col.iij.& Alex. cõsi.viij.videtur super pri.in j.li. & est optima decisio Grãm.lxxxj. in causa Illus.P.Salerni. vbi concludit,ꝙ sola possessio habitus clericalis, & tonsuræ sufficit quò ad fori priuilegium:& sic probando, ꝙ alias incedebat, licèt nunc non incedat, & si clericus possidet beneficium, hoc solum sufficit ad remissionem obtinendam. & ita plu ries obtinui per dictam decisionẽ, non obstantibus nonnullis obiectionibus in regia prouinciali audientia.

48 † Hoc tamen non procedit in clerico constituto in minoribus, qui fuerit effectus miles, & exercet arma,& sic facit actum omninò contrarium ordini clericatus: quia eo casu perdit priuilegium,secundùm Inno.in c.j.de apostа.quem ibi sequitur Panor.& Ioã. de Mill.in suo repertorio.in verbo,clericus eo ipso.& idem Panor.in c.fi.de cleri.cõiu. & firmat Stephanus Aufre. in d. tra.in xx. fallen.

49 † Item non procedit in clerico arma militaria deferente,qui si tertiò monitus à suo prælato non destiterit, perdit omne priuilegium clericale,ut in c.in audientia. extrà, de senten.excom.& ibi Panormi.& Doctor.ubi subdunt, quòd non est opus alia degradatione, quia per dictam trinam monitionem, si non deposuerit,

est

est exutus omni priuilegio clericali, & relinquitur iudicio seculari, vt plenè habetur per Steph. Aufre.in dict.tract.in xxj. fallen.
50 † Item fuit oppositum, quòd est excommunicatus. circà quod sciendum est, quòd excommunicatio est separatio à qualibet licita cõmunione, & legitimo actu.xj. q.iij.c.nihil sic debet, alibi uerò vocatur æternę mortis damnatio. xj.qõ.iij.nemo episcoporum. alibi dicitur animæ, & corporis detrimẽtum.ij.q.j.de manifesta. itẽ deiicit de ecclesia, & tradit diabolo.xj.q.iij.audi. & habetur quòd excommunicatio, quę dicitur alio nomine anathema, non est nisi à Deo separatio.xxiiij.q.iij.c.certũ est. & hoc est pœna magna. nam quando quis excommunicatur, statim desinit esse mẽbrum Dei, & incipit esse membrum diaboli. xj.q.iij.excellentissimus. moxq; ut ab ecclesia repellitur, rapido ore dæmonum deuoratur. xj.q.iij.
51 c.absit.† Sunt autem duæ species excommunicationis: una, quæ separat à sacramentis ecclesiæ, & à participatione fidelium, & ab ingressu ecclesiæ, & hæc dicitur maior, seu anathema: alia est, quæ separat solùm à sacramentis, ut est quodlibet peccatum mortale, & hæc dicitur minor. de vtraq; habetur.iij.q.iiij.Engeltrudam.à prima non absoluunt simplices sacerdotes, sed à secunda in casibus tantùm ipsis permissis à iure: undè sciendum est, quòd quatuor sunt genera excommunicatorum, vt colligitur xj. q.iij.c.ad mensam. primò, quãdo quis peccat, & Deus recedit ab illo: secundò, quando quis de consilio sacerdotis abstinet ab eucharistia: tertiò, quando est excõmunicatus minori excommunicatione, vt quia communicauit excommunicato ĩ locutione, vel commisit sacrilegium, uel est simoniacus. quartò, quando quis est excommunicatus excommunicatione maiori, & tunc propriè dicitur excommunicatus, & etiã euitandus: secundũ Ioan.de Deo, qui ita notauit in d.c.ad mensam
52 & ibi.Archi.post eum.† Effectus excommunicationis est, quod excommunicatus maiori excommunicatione non potest eligere, neque eligi: neque beneficium ecclesiasticum acquirere, nec de beneficiis suis aliquid percipere, ut extrà de appel. c. pastoralis. in fin. & hoc quando est in mora petendæ absolutionis, ut extrà de concessio.prę ben.c.quia diuersitatem. item nemo debet sibi participare loquendo, orando, salutando, bibendo, & comedendo.xj.q.iij.c. sicùt apostoli. item non potest constitui procurator, neq; procuratorem constituere ad agendum. item si impetrat aliquod rescriptum prçterquàm super articulo excommunicationis, non ualet, ut extrà.de re.c.ipso iure. lib.vj.item si confert aliquod sacramẽtum cum solennitate, aut se ingerit diuinis, irregularis est, ut extra.de cleri. excom.mi.c.apostolicæ. nec potest cum eo dispẽsari, nisi per papam, vt extrà. de senten. & re iudi.c.cũ ęterni.lib.vj. item excommunicatus est suspensus tam ex officio, quàm ex beneficio.ut ĩ Gloss. ult. c.cum bonę.extra.de æta.& qualita.xj.q.iij.c. rursus, & qui citatus pro crimine non comparuit, talis enim habetur pro conuicto,

& pro

& pro confesso,& priuatur benefi cio post annum, & vt hæreticus condemnatur, ut extrà. de hæret. c.cum cõtumacia. lib.vj. & plenè habetur per d.Nicol.Plo.in tract. de excom.in tit. de effect.excommu. & sic, vt vides inter effectus. quos parit excommunicatio,non reperitur, quòd ex ea subijciatur
53 coërctioni iudicis secularis † Et notandum est, quòd in regno exceptio excommunicationis non admittitur,nisi in promptu doceatur per legitima documenta, ut est ritus magnæ curiæ,incip.item; quòd in quibuscunque causis.
54 † Item si excommunicatus perseuerauerit per annum in excõmunicatione,debet denuntiari curię seculari, vt per eam debita pœna ei imponatur, ut est cap. regni in cip. item statuimus,quòd si cõtingat.& per eandem curiam secularem imponitur pœna,de qua in c. regni incip. siquis in excommunicationem.sub rubrica.de mora in excommunicat. item quid seruetur in regno, quando opponitur exceptio excommunicationis aduersus accusatorem de spolio, uel de uiolentia: uel aliter,uide c.regni incip.ꝑ bono statu. sicùt materiam criminũ libenter elidimus. & uide And. de Iser. in tit.de statu. & con.contrà liber. eccle.in c. j. in uerbo, post annum. & Matthæ. de Afflict. in consti. pœnam eorum.col.ij. in fin.& per d.c.pro bono statu.est cautum, quòd quãdo opponitur exceptio excõmunicationis coram iudice seculari, non datur terminus dierum octo ad probandum, sicùt fit in regno in alijs exceptionibus, sed proceditur pari passu super accusatione intentata, & super dicta exceptione excommunicationis proposita, ut etiam dicit Matthæ.de Afflic. in consti. si ciuiliter agens. col. si. uide etiam de exceptione excommunicationis. ca. frequẽs
55 in auribus nostris.† Oponitur etiam, quòd est illegitimus, & est ille, qui non est natus ex iustis, & legitimis nuptijs,& ob id non potest promoueri ad ordines sacros per c.cùm in cunctis. & de electi. c. ut filijs. extrà. de filijs præsby. sed debet priùs dispẽsari circa defectum natalium,aliàs non potest retinere beneficia, & quando dicatur dispensare, & quando non, uide Abb.& scriben.in c.ueniens. extrà. de fil. præs.& Ioan.And.& Ioã.de Ana.in c.ij. de schisma. & plenè per Docto.in l. quidam con sulebant.ff.de re.iu.& in l.Barbarius. ff. de offi. præto. nec sufficit ad impediendum remissionem dicere, quòd sit illegitimus, ut ple-
56 nè per Grama.in decisio.81.Opponitur etiam,quòd est uilium artium exercitor, quod est uendere sal, oleum, & similia, secundùm Bar.ĩ l.ne quis. C.de digni.li. xij. item exercere tabernam, & macellum, ut in cle.j. de ui.& hone. cleri. item esse lenonem, balnearium, vel custodem publicum,vel pellipariũ,secundùm Glo.& Car. in cle.j.de ui.& ho.cleri.& clericus nõ debet exercere similia, nec per se tabernam, aut artem macelli, licèt per alium possit, secũdùm Glo.& Doct.in c. significante. de appel. & Spec. in tit. de cleri.cõiu. in ij. col.uersi.sed quam dicas. & ibidem omninò Ioan.An.in addi. & si exercet,debet trina monitione moneri ad desistendum. d. cle.j.

cle j. aliàs non perdit priuilegia,
ut ibi per Cardin.in pri. oppo. &
plenius in xvij. q. & habetur per
Fel. in c. si consistiterit. de accu.
circa princ.nec etiam clericus po
test esse negotiator.c. fi.de uit. &
honesta cler.xiiij.q.iiij. clerici &
c. fornicari LXXXVIII. dist. c. te
quidem. xj.q.j.c. Cyprianus.xxj.
q.iij.& xlvj.distin.c. clericum ne
gotiatorem.& per Gemi.in c.quã
quam ij. col. in fin. uersi.sed quis
proprie . & non habet priuilegiũ
in ijs, q̃ negotiatur.d.c. quãquã.
de cẽsi.in vj.cle.fi.& ibi Doct.eo.
tit.& ex ijs habes ueritatem de o-
57 mnibus. ¶ INQVISI. † Multifa-
riam multisque modis hic fiscus
tædio te afficere non cessat, & co
natur omnia infringere, & ad suũ
libitum leges transportare. quare
postpositis istis quæro, nunquid
alia excusatio possit proponi. ¶
IVD. Alia insuper proponi potest
excusatio, uidelicet, carceratio-
nis. circà quam est sciendum, ꝙ
est legitima, & iusta excusatio ad
excusandam contumaciam inqui
siti, & ad eam proponendam qui-
libet admittitur, & ea stante iu-
dex non potest procedere contrà
dictum carceratum.l.si quis insti-
tuatur. in fi. ff.de hære.institu. &
plenè per Inno.in c.ueniens.de ac
cusa.& habetur in regno per regi-
nale decretum, de quo supra sæ-
piùs mentionem feci. imò officiũ
iudicis erit, cùm proponitur hæc
excusatio,non procedere durante
dicto impedimento. per no. in l.
quæsitũ.ff.de re iu. & plenè habe-
tur per Afflic.in consti.edictorũ.
in xiij. not.in v. q. & in decisio.
cclxxxviiij. col. pe. & Alexan. &
alij in l. ij.§. simili modo. ff.si q̃s
cautio. & Bart. in l.pen.§. ad cri-
58 mẽ.ff.de pu. iu. † Et hoc nedum
procedit, quando detinetur per
uiam iustitię,sed etiam si per uim
derineretur ab aliquibus forasci-
tis, uel aliter. quia competit excu
satio. per ea, quæ habentur in ca.
bonæ. extrà. de electio.& Gem.in
c.j.de cleric.nõ resi.in vj.& Mat-
th. de Affli. in decis. cclxxxviiij.
col.pe.faciunt quæ habentur in l.
j.ff.de eo, per quem fa. erit.& ibi
59 Doct. † Item procedit, si post ci-
tationem,& antè comparitionem
fuisset captus ab hostibus,seu Tur-
cis, ut habetur ĩ regia prag.incip.
pro serenissima regina Ioanna.
sub rubrica, quòd ea, quæ fa.sunt
per re.Al. quam refert Campa.in
60 c. reg.post commissum. † Et in-
tantum est uerum hoc, quòd e-
tiam si quis fuerit reputatus con-
tumax, & infrà annum,quem ha-
bet ad purgandum cõtumaciam,
captus fuerit ab hostibus, raliter,
quòd non ualuit comparere,& ꝓ
cessum fuit ad sententiam foriu-
dicationis, secundùm formam cõ
sti. regni, pœnam eorum. & licèt
cucurrerit ei dilatio, datur ei ni-
hilominus restitutio in integrũ,
ut admittatur ad probandum cau
sas causæ. & sic causas iusti impe-
dimenti,quare comparere nõ po-
tuit, non obstante, quòd sit elap-
sus annus, & lata sit sententia fo-
riudicationis. per ea, quæ notabi
liter tenent Inno.Bal.& Feli.in c.
vltrà tertiam. col. iij. in prin. ex-
trà,de testi.& Alber.Bru.in tra.de
con.decre.stat.in uerbo,cõfessio.
col.v.& vj. & firmat Campa.in c.
regni,siue quis.in fi. vbi dicit sibi
euenisse de facto. & ego dico, ꝙ
etiam ego habui in facto in causa
nobi-

nobilis Ioannis Iacobi Hebuli foriudicati, qui tandem fuit liberatus.
61 ¶ Fis. † Licèt prædicta procedere possent, ut dixisti, non tamen procedere puto ita indistinctè: sed ita demum, nisi reus citatus malitiose arripuisset iter, ut aufugeret: aliter, quòd impedimētum capturæ superueniens sibi potest imputare. quia non intendebat comparere coram iudice citāte, & sic non debet excusari, quia arripuit iter, vt non compareret: & si detinetur, vel quomodolibet capiatur postea, sibi imputetur. per not. in l. si is, qui rei. ff. exqui. cau. maio. & no. per Bald. in l. ea, quæ. C. quomò. & quando iu. & quæ no. in Cle. j. de do. & contuma. & quod nota. in c. contrà morem. c. distin. & per Archi. x j. quæstio. ii j. c. eorum. & plenè per Maria. Soci. in c. proposuisti. extrà, de foro competen. nu. 12. propè finem.
62 † Secundò puto intelligēda prædicta, nisi captura fuisset affectata, & procurata per ipsum citatum. quia tunc nō excusat. arg. l. ij. in fi. vers. neque. ff. si quis cautio. secundum Ioan. de Pra. & pro hoc facit id, quod nota. per Bal. & Ang. in l. seruus plurium. §. ij. ff. de legat. i. & in tex. l. spadonem. §. fi. ff. de excus. tut. & insti. eod. tit. §. itē tria onera. & quod tenent Bar. & Alex. & Doct. in l. si uerò. ff. qui satisd. cogā. quòd si quis data opera affectaret, & procuraret, quòd ab aliquo accusaretur coram alio iudice affectum impediēdi inquisitionem, tunc talis actus affectatus, & procuratus sibi nō prodest, & talis accusatio procurata non impediet inquisitionem. ¶ Iud.
63 † Rectè dixisti, & ideò laudo facundiam tuam. ¶ Inqui. Solēt Barones petere remissionem uassallorum suorum coram alijs iudicibus carceratorum, & aliquando petere remissionem causæ eorum uassallorū coràm seipsis carceratorum, verum ab alia curia inquietantur pro eadem causa: idcircò rogo te, ut aliquantisper de i js differamus. ¶ Iud. Libenter faciam, & ideò scire debes, quòd si baro habet iurisdictionem ī suos uassallos priuatiuè ad alios iudices cum clausula annullatiua, uel abdicatiua, potest petere remissionem causæ, & ei fieri debet: nec potest uassallus in sui præiudiciū prorogare iurisdictionē alterius iudicis. & de hoc extat decisio sac. regij consilij, relata per Capit. sub nu. nona.
64 ¶ Fis. † Sed quid si aliquis commisit furtū Capuæ, & illud furtum alibi asportat, ibique capitur, an iudex illius territorij, ubi est commissum furtum, possit petere remissionem dicti uassalli, & ei sit fienda? ¶ Iud. Dicas, quòd non. bis enim fuit decisum in sacro regio cōsilio, ut testatur Capit. in deci. ciiij. in causa do. comitis Montellæ. ¶ Inquisitus. Putarem uera prædicta, nisi dominus illius loci, ubi est commissum furtum, haberet priuilegium cognoscendi de delictis alibi commissis cum clausula annullatiua, & abdicatiua. quia si posset cognoscere, etiam si delictum alibi patraretur, quantò magis, quando delictum patratur in suo territorio, licèt alibi contrectetur? & pro hac opinione facit textus in regia pragmatica. in ca. licèt ut uniuersis. ¶ Iudex. Ego ipse putarem ita dicendum, sed cogi-

cogitandum relinquo. ¶ INQVI-
65 SITVS. † Quid si uassallus alicuius Baronis deliquit in territorio baronis habentis priuilegium cognoscendi contrà delinquentes in eius territorio cum iurisdictione priuatiuè ad alios judices: & dominus, ac baro dicti delinquentis similiter habet priuilegiũ cognoscendi contrà eius uassallos alibi delinquentes, an possit petere remissionem sui uassalli carcerati in loco delicti? ¶ IVD. Optimam quæstionem proposuisti, & eam habui in facto semel, cum erã iudex in terra sancti Seuerini, & allegaui in scriptis in fauorem principis Salerni, in fauorem cuius ego determinaui contra illustrissimum ducem Nuceriæ; & decretũ meum fuit confirmatum in magna curia uicariæ. idcirco eas allegationes per ordinem inferiùs ponam. & sunt hæ, uideli cet: Spiritus sancti gratia adsit: indubitati iuris esse dinoscatur, iudicem loci, vbi delictum patratum esse dicetur, posse cognoscere, & in delinquẽtem animaduertere. ubi enim quis deliquit, illic iuri subiacere debet, vt C. vbi de crimi. agi oportet. auth. qua in prouincia.. & l.j. & l.si cui §. penul.ff. de accusa. & ff. de re milita.l. desertorẽ auditum. in princip. & l.iij. ff.de offi.præsi.& l.uenditor.ff.de judic. quocunque priuilegio non obstante, ut in d. authen. qua in prouincia, hinc scribentes dixerunt delinquentem remitti debere ad iudicem loci delicti, non obstante contraria consuetudine. ꝑ text. in l. j. & ibi Bart. & Docto. C.vbi de cri.agi opor. & tenẽt Iacobus de Bello uisu, & Ang. in §. si uerò quis comprehensorum, in auth.ut nulli iud.coll.ix.& Io. de Ana.in c.pri.de rap.Glo.in cle.pastoralis. in uerbo, de more. & ibi Ioan. de Imo. & Zaba.de re iudi. & Ioan.Fab.in d. auth.qua in ꝓuin.& Cy.Bart.Bal. Sali.& Ias.in l.j.C.de sum.tri.& Bald.in consi. lviij. & Pau.de Ca.consil.cccvij. incip.de iure communi.in nouis. Feli.in c.licèt ratione delicti.col. iiij.uersi.ex dictis doctorum cum pluribus se. de fo. comp. & plenè Boër.in decisio. xxviij.in prima
66 parte. & ubiq; per doct. † Hinc etiam dixerunt iudicem loci, originis, uel domicilij non posse inquirere de delictis alibi commissis, & patratis, cum spectet ad iudicem loci delicti, ut plenè prosequitur Gandi.in ulti. quæst.posita in fine tract.& tenuerũt Odo. & Iac.de Bello uis. in d.l.j.C.ubi de cri.agi.opor.& Ioã.And.in ad di.Spe. in tit.de compe.iu.ade.§. j. licèt Cyn. in d.l. j. teneat contrarium.& opi.Cy.sequitur Ang. de Areti.in li. male. in uerbo, hęc est quædam inquisitio. in xij.col. & aliàs in cõtingentia facti dubitatum fuit, & decisum in sacro regio consi. ut refert Mod. colle. Grama.in decisio.xxvj. inci.Michael. ex quibus inferri posse puto, quòd de iure communi iudex loci delicti, est iudex ordinarius, & competens, & licèt concessa sit iurisdictio iudici loci originis, vel domicilij etiam ꝓ delictis alibi commissis, non uidetur tamen derogatũ iurisdictioni iudicis ordinarij de iure communi, & sic iudicis loci delicti, ut dicit Bald. in l.j.uersi. extra quæritur.ff.de offi. con. & latè Roma. in consi. 393. incip.

incip. præsens cõsultatio. & Dec. in consi.iij.in ij.col.& diligenter pro tenui facultate. & probatur in authen. qua in prouincia. ibi, non obstante quocunque priuilegio.& ibi per Doct. maximè Salice.ubi habetur quòd etiã si quis habeat priuilegium,ne possit conueniri, nisi sub tali iudice,tamen in loco delicti,uel cõtractus istud
67 perdit. † Item aduertendum est, quòd omnis iurisdictio est penes regem, & ipse dat omnes iurisdictiones,ut l.j.ff.ad l.Iul.de ambi. & ab eo iurisdictiones ipsæ fluũt, & refluũt, sicùt flumina ad mare, secundum Bald.in l.j.§.ad hec.v. col.de pa.iur.fir. & aliquando,& semper in dubio, concedit iurisdictionem cumulatiuè, ut latè probat Ludo. de Ro.in consil.393.in ca.præsens consultatio. & Feli.in ca. cæterum. de iudi.3.col.& ibi Anto. de Butri. in ultimis uerbis suis. & And.Sicul. in c. studuisti. de offi. de leg. & Ang. Are. in l.j. §. si quis appellatione. in pe. col. ff.de appella. & Bart.in l. studentibus.C.de offi.præfect.urb.& regulariter inferior cum superiore habet iurisdictionẽ cumulatiuè, ut per prædicta patet. aliquando concedit iurisdictionem priuatiuè, quod cognoscitur ex verbis priuilegij secundum Feli. in d. c. cæterum. in iij. colum. & firmat Ludo. Ro. in suprà alleg. consil. & Ang.in l.testaméta.C.de testa. verbi gratia: si in priuilegio diceretur, quòd solus talis iudex cognoscat. nam per hoc uerbum,solus, uidetur adempta iurisdictio alijs,secundum Ang.in l.j.C.ubi, & apud quem. & per Glos.ibi.Ité quando in uerbis priuilegij esset apposita clausula decreti annullatiua; ut si dicatur: si secùs actum fuerit, sit irritum, & inane. tunc etiam uidetur priuatiuè iurisdictio concessa, & de consensu partium non posset tunc renunciari, secundum Glos.in c.statutum,ad finem principij.ĩ verbo,committantur. & in c.dispendia.in versi.
68 processus. de rescrip. in vj. † Ité aduertendum erit, quòd effectus est maximus, si iurisdictio fuerit concessa cumulatiuè, uel priuatiuè. nam primo casu, etiam respectu inferioris ad superiorem, habet locum præuentio, secundum Ang. in d. l.j.§. si quis in appellatione, in pen. col. ff. de appel. & firmant Doct. suprà allegati in c. pastoralis. de offic. ordi.in princi. secũdo uerò casu,quando priuatiuè est concessa, non habet locum prorogatio,etiam de uoluntate partium, ut in auth. habita. C.ne fi. pro pa. & ibi per Bald. in viij. col.uer.super hoc distingue. & adempta est iurisdictio totaliter, etiam à superiori, nisi in certis casibus, vt per Feli. in d. cap. pastoralis. & habetur per Capi.
69 in decisio. nona, in fine. † Item aduertendum est, ꝙ priuilegia ꝑ principes concessa ita intelligi debent, ut non inferant iniuriam, nec præiudicium tertio. secundũ Glo.in l. beneficium,ff.de consti. princ.& ibi Doct. & est tex.in l. impuberi.ff.de admini.tuto.& in c.super eo.de offic. deleg.& ideò dicit Bal.in d.l. beneficium. in ij. col. quòd princeps concedendo priuilegium, & beneficium non vult cooperire unũ altare,& aliud discooperire. l.assiduis.C.qui po. in pi.habe.facit etiam text.in ca.

quamuis

quãuis.de ref.in vj.ideò dicit magistraliter Inno.in c.cum dilecti. de donatio. quòd priuilegia principum dum tangunt iura concedentium, debẽt latissimè interpretari: sed quando respiciunt dam nũ,uel prçiudicium tertij, debẽt strictè interpretari, vt ubiq; habetur per Docto. Istis sic præmissis condescẽdẽdo ad principalẽ decisionem casus nostri reperitur concessa iurisdictio prædecessoribus moderni illustrissimi dñi P. Salerni per regem Ferdinandũ per multum temporis spatium antè priuilegium I.D.Ducis Nuceriæ, ut ex data priuilegiorum apparet,in cõtrahentibus,vel quasi: delinquentibus,uel quasi, in eius terris,ciuitatibus,castris, locis,& territorijs: non obstante, quòd sint familiares regij,armigeri, & alii quicunq;, etiã priuilegiati: non obstantibus quibuscunq; priuilegiis, & literis familiaritatis, & aliis quibuscunq;, cum clausula abdicatiua, & priuatiua. Ibi ita, quòd de huiusmodi ꝑmissis causis,& primis, & secundis appellationibus,nullitatibus, reclamationibus,supplicationibus,retardatis,& denegatis iusticijs omnium ꝑdictorum, & aliorũ quorũcunq;, nec debeat, nec possit se ĩtromittere,nec iurisdictione uti, nec iurisdictionẽ habere,nec alio quouis modo se ĩtromittere ali⁹, quàm præfati, princeps,& mater, & fratres:& cum clausula, seu de

70 creto annullatiuo,&c.†Demum reperitur concessa iurisdictio illustri domino Duci Nuceriæ ĩ eius uassallos delinquentes extrà territorium, & destrictũ ciuitatis Nuceriæ,& aliorum locorum, & pro quibuscũq; delictis alibi patratis, & commissis,cum clausula,ꝙ non possint, neq; debeant coram alijs iudicibus trahi, citari, molestari, aut aliter vexari, sed solũ coram dicto illustri D. D. Nuceriæ cum clausula abdicatiua, seu decreto annullatiuo, proùt in priuilegio prædicto latiùs continetur.Dubitatur modò,an vassallus dicti illustris D. Ducis Nuceriæ delinquẽs in territorio illustrissimi D. Prin. Salerni, & per officiales eius captus, & carceratus, debeat remitti ad dictum illustriss.D. Ducem. & intrepidè dico,quòd non,considerãdo primò, quòd iurisdictio concessa dicto illustrissimo D. Principi, priuatiuè est concessa, vt per prædicta satis ostensum est. quo fit, ut à rege totaliter iurisdictio sit abdicata, nec in ea posset se vlteriùs intromittere,nisi in certis casibus,vt habetur per Feli. vbi suprà. & tenet Panor. in c. cæterum. in ij. colu. de iudi.& Bald.in l.j.xlij.q. ff. de re. diuisio. & Marti. Laude. in tract. de priui.in prima rubr. conclu.cxlv. & tenet Afflict.in prælu. feu.col. vij.circà me.& Ioan.Fab.insti.de autho.tuto.in princ.4.col.& Bal. in l.fi.C.si à non compe.in. col.fi. & Gramma.in decisi.xxx. nu.10. & Alber.Bru.in consi. xlvij. visis dubijs.j.col. & abdicata ab eo iurisdictione in præmissis casibus, quatenus postea secundo loco sit concessa iurisdictio dicto illustri Duci, quantuncunque priuatiuè sit concessa, non officit, neque officere debet dicto illustrissimo D. Principi, neque præindicat priuilegio prædicti illustrissimi D. principis, cùm esset derogare

iuri tertio competenti, quod non est fiendũ, vt suprà dixi. & est tex. in īdiuiduo ī l. fi. §. & ideò ver. ex
71 ceptis. C. qui pot. ī pi. habe. † Nec rex potuit plus iuris transferre in alium, quàm ipse habeat. vt l. nemo plus. ff. de regu. iur. & in c. nemo potest. extrà. eo. ti. li. vj. & ibi per Dy. Io. And. & Io. Mo. & vbique habetur. & si ponatur, ꝙ vassallus regius deliquerit in territorio dicti illustrissimi principis, certè si peteretur remissio, non esset fienda. minimè ergo concedetur illustri Duci, vt per prædicta patet. & quatenus per priuilegiũ dicti illustris ducis sit abdicata iurisdictio, intelligi debet, vbi alteri competeret iurisdictio de iure communi, uel priuilegio nõ abdicatiuo, & æqualis temporis: non si per priuilegium amplissimum, & per multũ temporis spatiũ anteà concessum. ad quæ facit doctrina Bar. in l. viros. j. no. C. de diuer offic. li. xij. dicentis, ꝙ si statutũ disponit scholares posse conueniri coram episcopo tantum, & tamen de consuetudine sit, ꝙ rector etiam posset cognoscere, per istud statutum non est derogatũ iurisdictioni, quam tribuit cõsuetudo: secùs, si ius commune tribuit. per no. in c. j. de const. in vj. facit l. militis. §. militia. ff. de milita. testa. quã doctrinã inducit Fel. in d. c. pastoralis. in iij. limitatiõe, ad declarationẽ, & intelligentiam clausulæ abdicatiuæ: tu solus cognoscas, &c. & per dictum priuilegium īducitur, vt licèt quis ratione delicti posset, & deberet conueniri coràm ordinario loci delicti, quocunque priuilegio non obstãte, vt d. authen. qua in prouincia. tamen stante dicto priuilegio, ꝙ etiam in specie derogat: & dicit, quòd etiam ratione delicti, vel cõtractus non posset alibi conueniri: non potest, nec debet conueniri in loco delicti: vt est text. in l. ij. C. vbi quis de curia. vel co. & tenet Ias. in l. beneficium. ff. de constitu. princ. nume. 50. in secunda limitatione. & tãto magis prædicta procedunt, cùm dictum priuilegium illustrissimi D. P. sit
72 cõforme cũ iure communi. † Et sic fauorabilius est, & latissimè interpretandum. & quòd sit conforme cum iure communi, satis per prædicta, & præmissa patet. & quòd sit fauorabilius, tenet d. Anto. de Butri. in c. olim tibi. extrà, de verbo. significa. per illum text. in fin. & firmat Ias. in d. l. beneficium. nu. 39. imò in hoc concurrit duplex priuilegium, secundùm ius commune & secũdùm ius singulare priuilegij. & fortiora sunt duo vincula, quàm vnum. §. affinitatis. institu. de nup. & authen. itaque. C. communia de succes-
73 sio. † Et quando sunt plures priuilegiati sub eadem consideratione consideratur maior ratio priuilegiati, secundùm Bald. in authen.
74 habita. C. ne fil. pro patre. † Et vbi quis habet duo priuilegia, præfertur habenti vnum, secundùm Afflict. in constitu. statuimus. ij. in vij. not. in ij. q. in fin.
75 † Præterea non debet remitti alia ratione, quia tempore quo dictus vassallus deliquit, habitabat in territorio D. I. D. P. & per duos annos antè habitauerat ibi exercens artem, & commorans ibi, vt ciuis, & ibi duxit uxorem. quo fit, vt licèt de iure incolatum, & do-

micilium

micilium non sortiatur quis per habitationem solam,vt efficiatur de foro,in quo habitabat,nisi appareat habitātem ex vero animo, vel præsumpto ibi habitare,ut ibi dē incolatum contraheret: quod probaretur de vero, si ibi per decennium habitauerit,vt dicit Gl. in l. j. C.de incol.lib.x. & in l. lex Cornel.§.domū.& ibi Bart.ff. de iniur. de præsumpto, si probatˀ, ꝙ cum maiori parte fortunarū suarum ibi habitarit, ut ff.de iudi. l. hæres absens.in Gl.magna.& l.ciues.C.de incol.li.x.& latè exorditur Ang.in consi.xxvij.incip. quidam victor de castro Sicardo: tamen stante priuilegio.I.D.P.cōcedente iurisdictionem nedum in incolatum,& domicilium habentes,& habitātes,sed in quouis modo cōmorantes, vt cantant verba latissima priuilegij. D.I.D.P.iurisdictio cōprehendat istam & talem commoratione̅,vt verba priuilegij aliquid operentur.nā licèt priuilegium debeat restrīgi, illud esset verum,quādo uerba priuilegij patiuntur illam restrictione̅:secùs,si essent ita pura,& lata, ꝙ restringi non possent.secūdùm do. Ant.de Bu.in c.olim.de ver.sign. & Ias.in d.l.beneficiū.Sed cui dubiū dicta uerba priuilegij ita ampla non solùm se referre ad incolatum, & domicilium facientes, secundum dispositionem iuris cō munis, sed etiam ad alios commorantes quomodolibet,& qualitercunq;?cùm aliàs dicta verba nobis seruirent de vento.tantò verò magis,ꝙ probatum sit, quòd ibi com
76 morabatur,vt ciuis.† Præterea alia ratione ꝑfertur. I.D.P. in cognoscendo contrà dictum Liombrunum,quia prçuenit in captura dicti Liombruni,& ipsum habet ī fortijs: & stante prçuentione reali præfertur alteri iudici æquè ordinario,& habenti æqualē iurisdictionem.per ea,quæ habentur per Bar.& Alexan.in l.sepulchri.ff.de sepu.uiola.& Bal.in auth. sed nouo iure.C.de ser.fugi.& per Ang. de Are.in li.male.in verbo, iudex cōmisit,quòd Caius,& plenissimè congerit Maria.Soci.in c.propo-
77 suisti.extrà.de fo.compe.† Item præfertur ratio quærelæ expositæ per viduā uxorem occisi,quæ elegit tribunal D. I. D. P. & iurauit perhorrescere potentiam aduersariorum in ciuitate Nuceriç.hçc enim uiduis,& miserabilibus personis permissa sunt.l.unica. C.qn̄ imperat. inter pupi.ui.& mise.ꝑso. & habetur in consti.regni,statuimus, la secunda. & ibi per Afflict.nec dici potest elegisse tribunal iudicis omninò incompetentis, sed omni respectu competentis,vt per prædicta satis latè osten
78 sum est. † Sed posito sine veri præiudicio,quòd ambo tam D.I. D. P.quàm I. D. D. essent æquali priuilegio sub eadem consideratione priuilegiati,tūc dico, quòd recurrēdum est ad ius commune conquassatis priuilegijs. per ea,q̄ no.Doct.in authē. quas actiones. C.de sacrosanct.eccle.& habetur per Bar.in l.sed & milites. §. j.ff. de excu.tuto.& est text.de hoc in l.fin.§.exceptis.C. qui po.in pig. habea. & habetur per Afflict. in constit. statuimus,la ij.in vij.no. in ij. q. & habendo recursum ad ius commune per suprà dicta patet de solutione præsentis quæstionis. & ita dico iuris esse ego

sentire cõtrariũ, dum dicit, quòd per citationẽ realem præuenitur iurisdictio, nisi aliter priùs verbaliter citasset, & sic à cõtrario Bal. tenet, quòd si præcessit uerbalis, præualet, & præfertur reali. Mari. Soci. in cap. proposuisti. extrà, de foro competen. in viij. q. nume. 22. altiùs exorditur, & dicit esse distinguendum, quòd aut ambo iudices, seu officiales in eodẽ loco habent æqualem iurisdictionem, & potestatem respectu negotij, de quo quæritur, eò, quòd uterque potest cognoscere, nec alter ab altero recognoscit iurisdictionem. exemplum in potestate Senensi, & capitaneo, qui ambo à republica illa iurisdictionem recognoscunt, & idem, si ab eodem domino: aut ambo recognoscunt iurisdictionem à diuersis. primo casu dicit, quòd si oritur contentio inter ipsos officiales, ille præualebit, qui præuenit in citatione verbali. quia cum ad præuentionẽ sufficiat sola verbalis citatio, meritò, cum præuenta sit iurisdictio alterius, non potest amplius se ipse impedire, & realis citatio non tenet effectualiter, & potest iudex, qui præuenit in citãdo verbaliter, præcipere alteri, ut illum remittat, vel ad se dimittat uenire; aut iudices, & officiales iurisdictionem recognoscunt à diuersis. exemplum in potestate Senẽsi, & Florentino. verbi gratia. ratione delicti cõmissi initi per Lapum Florentinum in ciuitate Senensi, & potestas Senensis citat verbaliter lapum existentem Senis, qui citatus discessit, & petijt Florentiam, & ibi capitur pro eodem negotio. & hoc casu dicit ipse, quòd aut ipse captus opponit de præuẽtione facta potestate Senensi, & debet audiri, & relaxari: & si non audiretur, grauaretur, & posset appellare, & si officialis Florentinus non obstante appell. procederet, & puniret, & pœna nõ esset reiterabilis, decisio esset clara. quia eadem pœna ueniret imponenda à iudice Senensi. & hoc casu dicit procedere opin. Ang. demum distinguit, quòd si ipse citatus malitiosè arripuit iter, ut non compareret coràm iudice Senensi citante, & fuit posteà captus, illud impedimentum captur æ sibi non prodest: sed ualebit processus, qui in ipsius contumaciam fabricatur per iudicem citantem, per allegata per eum. & sit, vt uides relata opi. Mari. Soci. mihi uidetur, quòd relinquit insolutã quęstionẽ in isto secundo casu, quũ pręuẽtio non allegatur per citatum, sed per officialem, dum est contentio inter ipsos officiales, & sic in isto secũdo casu tenerem opinionem Ang. de Are. ĩ loco s̃ citato, quòd præferatur, & ꝓualeat citatio realis, quia potentior: per allegata ꝑ eum. licet in cõtrarium uideat̃ facere decisio Gram. sub nu. 26. incip. Michael Hebræus. de qua suprà mentionem feci.

82 ¶ Fr s. † Sed quid dicendum, si iudex loci delicti de homicidio commisso per suum uassallum in territorio suo inquisiuit, citauit, & ad contumaciam ꝓcesſit, & omni conatu suo fuit nixus, ut eũ præ manibus haberet, & non potuit, tandem uerò captus fuit per magnam curiã vicariam, an petente, & instante patrono, & barone dicti delinquentis, quòd sibi remittat̃, debe-

rium, & quòd illos debent mittere ad locum delicti, & est cõsimi. pragmatica inci. licèt uniuersis Italiæ. sub rubri. deli. remi. ad iu.
83 competen. ¶ † Vnum tamen non admitto, quòd si iustitiarius, uel magna curia uicaria posuit in bãno aliquem uassallũ baronis, propter eius contumaciam, baro non tenetur ipsum capere, & ponere in manibus iustitiarij, uel magnæ curiæ vicariæ, ut per Bald. in c. j. §. si iudex. extrà, de pa. tenen. & refert, ac sequitur Affli. in consti. pœnam eorum. in ulti. nota. tenet tamen ipsum expellere, & non receptare in territorio suo. ¶ F i s.
84 † Sæpè solent barones præcipere suis uassallis, ne præsumant alibi, & in aliis tribunalibus regiis ciuiliter, uel criminaliter agere, an licitè hoc possunt facere? ¶ Iv. Dicas, ꝙ sic, quòd possunt præcipere, ne in præiudicium eorum alibi agant, secundum Ioan. Fab. in l. j. antè fin. C. de offic. præfe. urb. per tex. in c. transmissa. de foro compe. & uoluit Par. de Put. in li. syndi. in ti. de exce. baro. c. ultimo in prin. & sequit Boer. decisio. 114.
85 in prima parte. ¶ Fis. † An clericus coniugatus debeat remitti ad iudicem ecclesiasticum? ¶ Ivd. In hoc est sciendum, ꝙ clericus cõiugatus duplici gaudet priuilegio, primum immunitatis ꝑsonę, ut si cum vnica tãtum virginę cõtraxit, & tonsuram, & habitum deferat clericales, iniiciens in eum manus violentas, ipso facto sentẽtiã excõmunicationis incurrit. de quo xvij. q. iiij. c. si quis suadente. itẽ gaudet priuilegio fori, ut scilicet non possit corãm iudice seculari cõueniri, uel per ipsum astringi, iudicari, vel puniri. quo uerò ad omnia alia, nullo gaudet priuilegio, sed est subiectus coercitioni iudicis secularis, ut in c. vnico. de
86 cleri. coniu. lib. v j. † Præmissis autem duobus priuilegiis in sex casibus tales clerici coniugati ipso iure sunt priuati. pri. est, si habitũ, & tonsuram non deferat clericales, ut in d. c. unico. secundus est si sint bigami, ut extrà. de biga. c. vnico. li. v j. in c. vlti. de cleri. non resi. tertius, si tõsurã, & uestes clericales etiã deferẽtes officium carnificum, & macellariorum, vel tabernariorum exercentes, moniti infrà terminum præfixum nõ destiterint. cle. j. de vi. & honest. cleri. quartus, si moniti intrà annum nõ destiterint ioculatorũ vel buffonum artẽ exercere: vel quando nulla monitione præmissa exercẽt illam artẽ per annum, prout de istis duobus habet in d. c. vnico. de vita & ho. cler. li. vj. sext⁹, si est degradat⁹, siue exutus ordine, & priuilegio clericali, relinquitur seculari iudici puniendus. c. nouimus. extrà de verbo. signi. & de ijs oĩbus plenè habetur ꝑ domi. Bonicon. intra. de priuileg. cleri. in
87 prin. † Sed prædictis quæsitis, dictum fuit, ꝙ clericus coniugatus ĩ criminalibus gaudet priuilegio fori. ¶ Fiscvs. Obstat rit⁹ magnę curiæ vicariæ inci. itẽ ꝙ si aliquis citatus. sub rubrica. cleri. coniu. non admi. ad priui. num. 148. ubi disponitur, ꝙ si aliquis citatus cõparet, & dicit se clericum coniugatum, & ꝙ gaudeat priuilegio clericali, huiusmodi priuilegium clericale per curiam non admittitur. ¶ Inqvisi. Sed in contrariũ est veritas, quãdo clericus

coniugatus cum unica,& ea virgine contraxit, & tonsuram, & vestes defert clericales, ut in d.c.unico.de cleri.coniu. lib.vj.& plenè per Alex.in consi.8.uidetur super pri.lib.pri.& consi.149.in vj. lib.& plenissimè habeẽ per Campa.in extraua.de ui. & hone. cleri.nu.152.ubi pluribus modis respondet ad ritum magnę curię vicariæ.pri. quia dictus ritus tanq̃ editus à principe seculari disponẽs super ecclesiasticas personas, non ualet,quia assumit uires à potestate condemnata à lege.l.fi.ff. de iuris.omn.iudi. sed rex non habet potestatem super clericos.c. cũ ad ueiũ. & c.si imperator. 96. distin.facit c.ecclesia sctẽ Mariæ. extrà,de consti.& in authẽ.cassa. C.de sac.san.eccle. secũdò respõdet, ꝙ ille ritus est correctus per regiam prag.regis Ferdinandi incip. Ferdinandus, &c. mag. viro Garsiæ.sub rubri.ꝙ clerici coniugati.vbi probatur, ꝙ clerici coniugati gaudent priuilegio fori in criminalibus,& etiam priuileg.c. siquis suadẽte.17.q.4.& illa prag. concordat cum d.c.vnico,de cleri.coniu.in vj. tertio modo respõderi potest, ꝙ ille ritus intelligitur de clericis coniugatis non incedentibus in habitu, & tonsura. Quarto dicit posse responderi,ut intelligatur ille ritus de aliis priuilegiis, præter illa duo, scilicet canonis,si quis suadẽte. & fori in criminalibus. & sic concordaret cum d.c.vnico, de cleri.coniu.in vj.& quilibet intellectus potest stare iudicio meo.& uide Barth. Cepo. in consi.x.incip. nõ putet. & in cõsil.11.casus talis est,Aloisius.& pleniùs per Guido. Pa.decisio.138.& ibi etiã uideas, num clericus coniugatus gaudet priuilegio clericali,si contraxit cũ muliere corrupta, quam credidit virginem:vel cum illa,quam deflorauit:& quid de clerico coniugato, qui vxorem, quæ erat adultera, notoriè, & palam reconciliauit, uide Cappe.Tolosa.in decisio.64. & an perdat priuilegium ex inualido matrimonio cum adultera, cuius priorem virum interfecit, uide Boer.in decisio.262.num.2. in ij.parte. & an clericulis tonsura probetur per vnum testem, & per indicia,uide Boer. in decisio. 171.num.23. cum sequen. prima parte.¶Iudex.Plenissimè,& optimè casum propositum expleuisti,

88 & tecu n cõcurro in hoc. †Vnũ tamen non admitto, quòd si datur petitio excusationis propter absentiam post latam interlocutoriam contumaciæ, etiam quòd sit eodem die, non admittitur dicta excusatio, nisi uerbotenus curiæ constiterit, quòd excusator non potuit intrare in curiam ea hora ante latam interlocutoriã: vel quòd non fuit auditus tempore quo allegauit oretenus absentiã,& offerebat petitionem,vt dictat ritus magnæ curię uicarię,in cip.item seruat ipsa curia, quòd

89 petitio excusationis.¶Fis.† Nũquid si aliquis uassallus baronis latrocinium commiserit in alieno territorio alterius baronis, & petatur remissio per illum baronem iurisdictionem habentem in eius vassallos cognoscẽdi de delictis etiam alibi cõmissis, & patratis priuatiuè, ut suprà ostensum est,debeat fieri?& uideẽ dicendũ, quòd non,nõ obstãte regia prag. incip.

ſcip.itẽ,quòd officiales regij.qua cauetur non debere fieri remiſſionem in latrocinio. & idem videt̃ eſſe de iure communi rectè intuẽti:nam latrones ſunt à iure communi diffidati, & bãniti.l.j.& ij. C.de ijs,qui latro.adeò, quòd tãquàm diffidati à lege poſſunt à quocunque occidi impunè,ut l.j. C.quando. lice. unicui. Sine iu. vin.& l.iij.§.transfugas. de ſicar. & de fur. nã diffidati à lege ſunt extrà protectionem, contra quos notoriè bellum eſt indictum.l.reos.C.de accu. & ſi iſti latrones, ſtratarumq; diſrobatores poſſunt tanquàm diffidati à priuatis quibuſlibet occidi, multò magis per iudicem,arg.Glo.in §. in multis. inſti.de liber. & hoc argumento utitur Par.de Put. in lib.ſyndi.in verbo,latro.item latro, ubi deprehenditur, ibi debet furca ſuſpendi.l. capitalium.§. famoſos. ff.de pœ.& l.j.C.vbi de cri. agi op. & tamen debet intelligi,Vt furca ſuſpendantur ibi per iudicem capiẽtem, & non per iudicem illius capti. quia aliàs ſequeretur abſurdum,quòd quis poſſit uti iuriſdictione in loco ei non ſubdito, & extrà iuriſdictionem, contrà tex. in l.extrà territorium.ff.de iuriſdi.om.iudi.¶ IN. Ego tamen præmiſſis non obſtantibus puto contrarium eſſe dicendum. & primò moueor ex nota.doct. Bal.in c.j. de natu. feu. ubi uoluit, quòd ſi princeps conceſſit alicui iuriſdictionem, non poteſt alteri eandẽ concedere, & dixi ſuprà: undè ſi ſemel conceſſa eſt iuriſdictio baronibus regni in uaſſallos delinquentes extrà territorium, ergo non potuit, nec poteſt denuò eã-dem iuriſdictionem cõcedere capienti dictos uaſſallos,& ſic alteri.item ſtatutorum interpretatio debet ſapere æquitatem, & non iniquitatem, ſecundùm Bal.in l. cum allegas,ad fi.& in autheu.ad hæc.ij.col.C.de uſur. & Alex. in l.omnes populi.x.col.ff.de iuſti. & iur.etiã ſi recedatur à proprio ſignificatu, ſecundùm Bart.in d. l.omnes.vj.q. princi. ſed cui dubium,quia uidetur iniquũ, quòd intelligatur hæc pragmati.tollere iuriſdictionẽ aliàs baronibus conceſſam,ſuadetur hęc mea opinio, quia uidemus plures prouiſiones fuiſſe factas ſuper remiſſione delinquentium ad eorum barones. & primò per regiã pragma.incip. diſcordias. ſecundò per regiam prag.regis Ferdi.incip.licèt, ut uniuerſis Italiæ pax. quæ in ſpecie loquitur ſuper remiſſione latronum,& furum, & aliorum delinquentium in maioribus, & atrocioribus criminibus. item extat capitulum obtentum ad inſtantiam Neapo.quo fuit prouiſum, vt priuilegia barouũ inuiolabiliter obſeruentur, de quo commemorat Grãma.in deciſio.x.ergo uidetur manifeſtè conſtare,quòd non fuit de intentione principis ꝑiudicare baronibus regni habentibus iuriſdictionẽ,maximè cùm expreſſe non dicatur: non obſtantibus priuilegiis quibuſuis baronibus conceſſis. accedat prædictis, quia dicta regia prag. licèt ut uniuerſis.loquitur in ſpecie de fiẽda remiſſione uaſſallorum delinquẽtium ad eorum barones ratione priuilegiorum primarum, & ſecũdarum cauſarum:& plenius prouidet, quàm dicta nouiſſima prag. item

item ꝙ officiales regni. quo casu succedit doctri. Bal. in l. si ita scriptum. ff. de hære. institu. ubi uoluit, ꝙ quando reperiuntur duo statuta contraria, illud attendit, quod in specie, & specifice. & plenius loquitur, & quòd illud seruari debet. præterea d. regia prag. licèt ut uniuersis si benè inspiciat, est derogatoria volũtatis: & vult non posse contradici super dicta remissione fienda, non obstantibus quibusuis priuilegiis, & gratiis cũ quibusuis clausulis factis ex certa sciẽtia, & motu proprio, quo casu succedit doctri. Bar. in l. omnes populi. in iiij. quæ. prin. ff. de iusti. & iure. ubi uoluit, quòd quando plura statuta reperiuntur contraria, si primũ est derogatoriũ uoluntatis, & secundũ simplex, attenditur primum, nec censetur reuocatum per secundũ, si non est facta expressa mẽtio de reuocatione. itẽ confirmatur hęc mea opinio, quia primum statutum, videlicet dicta regia prag. licèt. est cõfirmata per dictum capitulũ Neapolitanis concessum, de quo suprà dixi, & mandauit illud seruari. & princeps dixit se illud seruare uelle: & sic uidetur transiuisse in quasi contractum, quo casu non potest reuocari in pręiudiciũ baronũ quasi contrahentiũ cũ eo, ut uoluit idẽ Bald. ĩ d. l. oẽs populi. ĩ d. iiij. q. & ibi plenissimè ꝑ Alex. in addi. quẽ videas. & plenissimè Alex. ĩ cõsi. 50. in iiij. parte per totũ. quibus & illud proximũ est, ꝙ licet princeps alias possit tollere, innouare, & modificare priuilegia, quæ à iure, uel ab eo conceduntur, ut c. decet. de regu. iur. li. vj. & posuit Specu. in tit. de instru. edi. §. nunc aũt. propè fi. tñ qñ in contractũ transeunt, & non sunt indulta proprio motu principis, illa nõ possunt reuocari, quia non sine iniuria beneficium sua prouisione quæsitum, alicui potest tolli. c. j. de proba. & ibi per do. Anto. & Abba. ubi princeps obligatur contractu inito cũ subdito. & Bal. in l. j. ff. de pa. qui refert Magistrũ sententiarum dicere, ꝙ Deus obligatur ex promissione. & ideò Bal. in l. penul. C. de dona. inter ui. & uxo. dicit, quòd princeps non põt reuocare cõtractum initũ cũ subdito, nisi ex causa, ꝙ sibi nõ adimpleant promissa. & latè ꝑ do. Ab. in c. innotuit. iiij. col. de iu. & Alex. in d. consi. 50. in iiij. parte. imò dato, ꝙ potuisset tollere, nõ tñ cum honestate, ut dicit tex. in epist. inter claras. C. de sum. trin. & fi. cath. ubi est, ꝙ nihil luce clarius ꝑfulgeat, quàm recta fides in principe. & tunc stat regula, ꝙ illud non dicimur posse, quod cum honestate non possumus. l. Nepos Proculo. ff. de verbo. signi. & per Bar. in l. prima. v. col. C. de sac. sanct. eccl. & sic dicere debemus, quòd uolũtas principis in hac secunda pragmatica non videtur fuisse, ut prę iudicetur baronibus, & eorũ priuilegiis: quia voluntas talis esse presumitur, qualis esse debet. Bal. in l. j. v. col. C. de sac. san. eccle. & in l. præcibus. xvij. col. C. de impu. & al. sub. & plenissimè ĩ specie disputatur per And. de Iser. quẽ sequitur Affli. in cõst. ea, quæ ad decus. in pri. no. ubi, an, & qñ princeps posset reuocare priuilegia cõcessa baronibus, & post multa hinc indè dicit, ꝙ quãdo priuilegia

g ia sunt concessa taliter, ꝙ trãsie runt in contractum, uel quasi (ut quia per cõtractum concessit merum & mixtum imperiũ propter bona, & accepta seruitia) tunc reuocari nõ possunt. & hoc firmat pluribus authoritatibus: nisi quãdo barones malè, & pessimè uterẽtur mero & mixto imperio: & publica suaderet æquitas, quòd reuocarẽtur priuilegia meri & mixti imperij baronibus concessa. tunc legem cõdendo generalem expresse potest reuocare, si tamẽ ex certa scientia diceret, quòd id facit causa publicæ utilitatis, ut
90 ibi latè per Afflic. † Et tenendo istam partem non obstant allegata in contrarium, ꝙ latrones sunt diffidati à lege, quia uerũ est quo ad respicientia eorum personas, & eorum priuilegia: & ut ipsi nõ possint petere remissionem, nec aliquam exceptionem declinatoriam opponere: sed non ex hoc excluditur baro, ut propter suum præiudicium non possit petere re
91 missionẽ. † Nec obstat, quòd ibi debet latro furca suspendi, ubi deprehenditur. quia respondeo, ꝙ uerum est, & sic etiam est in quolibet alio delicto, ut ibi puniatur ubi patratum est: tamẽ loquitur de tempore, quo merum, & mixtũ imperium erat penes regem, & nõ erat communicatum baronibus regni proût hodiè cõicatum est per regem Alfonsum primum de Arragonia, qui per specialia priuilegia communicauit comitibus, & baronibus regni, ut refert Afflic. in consti. ea, quæ ad decus. in primo nota. ¶ IVD. Equidem satis ad propositũ mi Inquisite in medium attulisti, quæ facere videnẽ pro baronibus: & ob ista per te allegata pro nũc teneo hanc tuã opinionem, saluo semper saniori consilio: & intelligo nouissimã prag. procedere in officialibus regiis de uno ad alium: non autem in officiali regio ad baronem, vel de barone ad baronem: quia in eo casu seruatur alia prag. licet ut uniuersis. & ita testor Deum millies obtinuisse tempore quo officialis olim, & p. Salerni, & demum eius auditor in toto statueram. ¶ Et quia aliquando in aliquo castro sunt duo iudices, seu duo barones: vnus habens iurisdictionem in ciuilibus: alter in criminalibus, & idcircò quæratur de quibus cognoscat baro in ciuilibus, & de quibus baro in criminalibus: & de prædicta quæstione aliàs allegationes feci. quare eas infrà subnectam, Cõtingit dubitari, si in uno castro unus habet iurisdictionẽ ciuilem, & alius criminalem, an habens iurisdictionem ciuilẽ possit cognoscere de dãnis illatis: & de minimis furtis, & an possit punire inobediẽtes, & renitentes ad parendũ eis fieri executionẽ: & nunquid pœnæ accusati obligationum pœnès acta, uel instrumentorũ ad ipsum spectent.
92 † Circà quod operęprętiũ esset primò inuestigare, an iste, qui habet iurisdictionem ciuilẽ, dicatur habere mixtũ imperiũ, uel tantũ simplicem iurisdictionem. & videtur, ꝙ non habeat mixtum imperiũ. nã antiquitus in regno in priuilegiis concessionũ cuiusuis castri consueuit exceptuari iurisdictio criminalibus, ut dixit Andr. de Iser. in l. Iperialẽ. in §. ꝑtereà si ĩter duos. ĩ fin. de ꝑhi. feudi alie.

per

per Fede. barones in regno non videntur habere mixtum imperium, & id videtur sentire capitulum reginæ Iohannæ, quod incipit, item quòd iustitiarij. dũ vult, quòd iustitiarij in principio suorum officiorum debeant mãdare comitibus, & baronibus regni, ꝙ non exerceant merum, & mixtum imperium in terris ipsorum. ergo,

93 &c. † In contrarium tamen facit constit. regni, quæ incipit. ea, quę addens. dum sentit, quòd merum imperium spectat ad principes, & non ad barones. quod etiam voluit Gloss. in proœ. constitu. regni. in verbo, gladij. & sic tacitè uidet̃ innuere, secùs esse in mixto imperio. Istud etiam clariùs uidetur voluisse Andre. de Iser. in cap. si verò violator. in verbo, hæreditarium. de pace tenenda. dum vult, quòd condemnationes pecuniariæ sunt baronis, & quòd ipse non habet merum imperium. & subdit, quòd baro in regno uassallo contumaci imponit pœnam vnius augustalis, ex quo baiulus terræ non plus, potest allegare cõstit. regni, pœnam eorum. sed voluit allegare constitu. regni, pœnam nouem. & idem etiam est ꝓuisum per constit. regni. ad officium. & ad hoc benè facit, quod voluit Gl. in const. regni. locorũ baiuli. vbi expressè dicunt, quòd baiulus dicitur habere mixtũ imperium, pro eo, quia habet cognitionem causarum ciuilium: & causæ ciuiles dicuntur esse mixti imperij. facit, quod voluit Bal. in l. fi. colum. pen. C. de peda. iudi. qui dixit, quòd si conceditur mixtum imperium, & iurisdictio ĩ castro, non veniunt causæ vniuersales. per quod patet aliud esse habere mixtum imperium, & aliud habere cognitionem causarum criminalium. & generaliter uidetur, quòd sub criminalibus causis ueniat merũ imperium, & sub ciuilibus veniat mixtum imperiũ, & simplex iurisdictio.

94 † Hoc pręmisso uenio ad decisionem prædictorum dubiorũ, & primò quo ad id, quod dictum est de damnis illatis, & minimis furtis. opinor enim de huiuscemodi eum, qui habet iurisdictionẽ ciuilẽ, posse cognoscere. pro eo, quia & de ijs potest cognoscere baiulus, qui solũ habet cognitionem causarum ciuilium, ut patet in dicta constitu. locorum baiuli. & hoc, si agitur ciuiliter: secùs, si criminaliter, proùt sentit And. de Iser. in d. cõsti. locorũ baiuli. & clariùs in consti. de quãti. Et ꝓptereà videmus, quòd iustitiarius regionis, qui cognoscit de omnibus, ĩ quib⁹ uenit imponẽda pœna corporis, vel mutilatio mẽbri, vel etiam de magno furto, quod debet esse vltrà uiginti augustales, etiã si agat̃ ciuiliter, potest cognoscere de furto minoris quantitatis, si agitur criminaliter, vt patet in cõsti. iustitiarij nomen, & normam. per quod apparet, quòd de furto magno non potest cognoscere baiul⁹, etiã si agatur ciuiliter, cũ eius cognitio spectet ad iustitiariũ. sed de furto minimo sic, nisi agatur criminaliter, quia tunc similiter talis cognitio

95 spectat ad iustitiarium. † Quo ad secundum, similiter opinor, quòd is, qui habet iurisdictionem ciuilem possit mulctare, & punire, ac coercere contumacem, ac inobedientem resistentem executioni,

ni, quæ fit ex mandato ipsius iudicis, tũ per id, quod voluit And. de Isern. in d. cap. si uerò violator. in verbo. hæreditatem. dum dicit, quòd in regno Siciliæ baro non habens merum imperium imponit pœnam vnius augustalis contumaci, nisi aliter esset consuetum, quia in hoc debet extendi consuetudo, secundùm eum. tùm etiam, quia modica coerctio, quæ fit contra contumaces per denegationem audientiæ, vel per condemnationem expensarũ, vel aliter, dicitur esse mixti imperij, proùt est communis conciliatio Docto. in l. imperium. ff. de iurisdictio. omni. iudic. & fit, cùm sub iurisdictiõe ciuili ueniat mixtum imperium, vt prædictum est, videtur, quòd veniat huiusmodi coerctio uerbalis. & ad hoc facit d. c. reginæ Ioannæ. dũ vult, quòd baro, qui non habet mixtum imperiũ, nõ possit suos vassallos mulctare, neque ab eis aliquas pœnas exigere in maiori quantitate, quã eis permittatur à iure per constitu. & capitula regni. & sic innuit, quòd vsque ad dictam summam potest eos mulctare. & istud clarè disponitur per c. regis Caroli primi, quod incipit, terrerij. in versic. item ad inquisitionem. vbi determinatur, quòd non possit imponi pœna in banno vltrà augustale, & eodem modo dicit ibi gl. Lucæ de pen. quòd cõmunis sententia peritorum in regno est, ꝙ baro non possit aliquem pœna pecuniaria punire vltrà augustale. & subdit, ꝙ comites, & barões nõ possunt de causa criminali cognoscere, illamque punire, ex quo istud dicitur esse de mero imperio, quod solùm à lege datur, & idem etiam in baiulo, qui solùm habet cognitionem causarum ciuilium, & potest imponere dictã pœnam, ut in d. constitu. ad offi-

96 cium baiulorum. † Quo ad vltimum de pœna pecuniaria obligationum, & instrumentorum, uidetur prima facie huiusmodi pœnas spectare ad habentem iurisdictionem criminalem. pro eo, quia ubi pœna pecuniaria venit applicanda fisco, dicitur esse criminalis, vt notat Glos. in l. iij. §. si nemo. ff. de sepul. viola. in l. agraria. ff. de termi. moto. Abba. & Cano. in rubri. extrà de iudi. in fin. In contrariũ tamen facit id, quod uoluit Andr. de Iser. in d. c. si verò violator. dum dicit, quòd condemnationes pecuniariæ sunt baronis, licèt non habeat merũ imperium. & ad hoc etiã benè facit, qđ voluit Bal. in d. l. imperium. col. 7. & in l. fi. ff. de offi. præfe. vigil. qui dixit, ꝙ pœnæ pecuniariæ, quæ non continent publicationem bonorũ, non dicuntur meri imperij, & quòd ꝓpterea veniunt sub cõcessione castri, in quo quis sibi reseruat merum imperium, subdens satis ad ꝓpositum, ꝙ istæ pœnæ pecuniariæ redactæ ad instar ciuiliũ, & infrà trecentos aureos, cõpetũt iure magistratus, & sic ꝑ similitudinem magis, quàm per speciem accedunt simplici iurisdictioni.

97 † Et licèt ista respon. sit communiter reprobata, prout referũt Pau. de Castr. Alexan. & Iason. in d. l. imperium. attamen contraria opinio procedit, quando talis pœna pecuniaria imponeretur ꝓ aliqua causa criminali ad publicã vtilitatem, ut delicta puniantur,

ex quo tunc conuenit definitioni meri imperij, quæ est gladij potestas, & animaduersio in facinorosos homines, cùm istud possit intelligi nedum de gladio materiali, & ferreo, sed etiam de gladio legali, & punitiuo in ære. maximè tamen, quũ etiam leuis mulcta dicatur esse meri imperij, proùt communiter dicunt Doct. in d. l. imperium. sed vbi talis pœna pecuniaria descẽdit ex causa ciuili, tunc rectè potest ꝓcedere opinio Bal. cùm non militet ratio suprà dicta, nec Doct. Bald. impugnantes loquuntur in hoc casu: sed solùm, quando pœna imponitur ꝓ causa criminali ad punitionẽ delinquentium, vt prædixi. & quòd aliud sit dicendum, ubi pœna pecuniaria imponitur pro causa ciuili, adduco quod voluit Bald. in d. l. fin. de peda. iudic. col. pen. qui dixit, quòd licèt concessio mixti imperij, & iurisdictionis in castro non contineat causas criminales, & pecuniarias condemnationes: quòd tamẽ secùs est, vbi talis pœna pecuniaria uenit incidenter in ciuili processu, quia tunc non dicitur esse meri imperij, ex quo incidentia regulatur secũdùm principale, cui incidunt. & ad hoc facit, quod uoluit Bald. in l. si qua per calumniam. C. de episco. & cleri. qui dixit, quòd si papa concedit alicui omnes pœnas ciuiles in aliquo castro, quòd ueniũt pœ

98 næ pecuniariæ. † Nec obstat id, quod dictum est, quòd vbi pœna uenit applicanda fisco, dicitur esse causa criminalis, nam istud ꝓcedit ubi talis pœna imponeretur pro aliquo delicto: aliàs secùs, vt est de mente Bald. in l. fi. C. de litigio. & clariùs uoluit Alexand. in d. l. iij. de sepultu. uiola. in additi. Nam sub ista consideratione dicitur causa criminalis, ubi pœna applicatur fisco. quia agitur ad vindictam publicam, & sic ad punitionẽ delicti, proùt declarat Moder. Papiens. in rubri. C. de iudic. & ad hoc facit, quod uoluit Bart. in d. l. tertia. de sepul. uiola. dum dicit quòd tunc causa dicitur criminalis, vbi pęna applicatur fisco ex accusatione: & sic ex delicto: & per consequẽs sentit aliud esse, si pœna applicaretur fisco aliter quàm ex accusatione. vel deli-

99 cto. † Præterea dato, quòd dicta causa esset criminalis, tamen cum istæ pœnæ pecuniariæ sint redactæ ad instar ciuilium, ut prædixi, huiusmodi pœnarum exactio spectaret ad habẽtem iurisdictionem ciuilem, cùm magis per similitudinem quàm per speciem accedat iurisdictioni ciuili, vt dixit Bald. in d. l. fin. ff. de offi. præfe.

100 uigil. † Et ad declarationem etiam prædictorum subnectam aliqua, quæ sunt ad declarationem meri, & mixti imperij, & simplicis iurisdictionis. & de gradibus meri imperij dicuntur esse ista, uidelicet: ademptio uitæ naturalis in totũ, vel in parte m per abscissionem membri: item ademptio vitæ ciuilis, vt quando per deportationem perditur ciuitas & libertas: item relegatio, & tortura, quę fit ad pœnam delicti: item ad leuia crimina modica coërcio corporalis, & leuis mulcta, proùt est communis conclu. Docto. in d. l. imperium. mixti uerò imperij, & iurisdictionis dicuntur esse ista, uidelicet: modica coërcio uerbalis,

lis, quæ fit coercendo cõtumaces per denegationem audientiæ. cõdemnatio in expensis dicitur esse mixti imperij, vt dicunt Doct. in d. l. imperium. tortura in causis ciuilibus ad ueritatem eruendã, puta, ut testes uiles torqueantur, dicitur esse simplicis, iurisdictionis, ut dixit Albe.& Bal. in d. l. imperium. item carceratio, si non fiat ad punitionẽ delicti, est mixti imperij, uel simplicis iurisdictionis, ut dixit Ange. in d. l. imperium.& i l. magistratibus. eo. tit. item excommunicatio contrà cõtumaces ad instantiam partis dicitur esse simplicis iurisdictionis, vt dicit Abb. in c. cùm contigat. col. vj. de fo. compe.

¶ Annotentur bona contumacis. Rubri.

SVMMARIVM.

1 *Annotatio bonorum contumacis fieri debet vel post cõtumaciam contractam, vel antè. & 3. & in quibus casibus fiat.*

2 *Baro si est contumax, eius castrum cõfiscatur quo ad administrationem iustitiæ.*

4 *Bonorum mobilium appellatione, an contineantur vuæ maturæ.*

5 *Contumax an intrà annum possit alienare de bonis annotatis.*

6 *Annotatio bonorum qualiter fieri debeat, & quæ bona debeant inuentariari, & annotari. & 7.*

8 *Debitorum nomina an contineantur sub appellatione bonorum mobilium.*

9 *Molendina, quæ super aquis meant, atque ambulant, an sint mobilia, & quid de molis. nu. 10.*

11 *Bonorum mobilium appellatione an ueniat pecunia destinata ad emptionem prædiorũ. et quid de pecunia redacta ex uenditione rei stabilis. nume. 12. & quid de pecunia deposita in bancis. nume. 13. & quid de columnis affixis in domo, an sint inter mobilia censenda. nu. 14.*

15 *Bonorũ mobilium appellatione an ueniant ascriptitij, asini, & boues.*

16 *Rei uendicatio potest intentari per filios contumacis ad recuperandũ partem bonorum.*

17 *Debitoribus cõtumacis potest mandari per iudicem, ne soluant contumaci.*

18 *Bona contumacis, quæ seruãdo seruari nõ possunt, an possint alienari.*

19 *Peculium castrense, & quasi castrense an confiscetur.*

20 *Fiscus in totum succedit contumaci mortuo patre contumacis non habentis filios.*

21 *Exhæredari potest filius ex so*

la causa foriudicationis.

22 *Fiscus an succedat foriudicato solùm in ea parte, in qua institutus est foriudicatus à patre.*

23 *Vxores foriudicatorum an recuperent iura dotalia. & 25.*

24 *Mater foriudicati quid habeat in bonis ipsius, & 25.*

FISCVS.

SAT prata biberunt in materia excusationis à contumacia, adeò, vt nihil, aut parũ remaneat dicendum. sequitur, ut uideamus quid aliud debeat facere iudex post contumaciam reorum contractam. prosequere igitur domine iudex, licèt agnoscam calores æstiuos satis te tædio afficere.

¶ IVDEX. Timor classis Turcarũ, quæ nunc aduenit in ijs partibus, & calores æstiui, cùm sit dies undecimus mensis Iulij, & quædam alia maioris importãtiæ, quæ nũc taceo, adeò me cõturbant, ut melius esset tacere, quàm alloqui: sed ne uidear otio deditus, aliqua fragmenta in medium afferam: ro go autem, vt si in aliquo deficiã, mihi id non imputetur: & ideo scias, ꝙ reputato aliquo contumace, debeat iudex procedere ad annotationem bonorum, & confectionem inuentarij: licèt multoties, & ut plurimum iudices timẽtes de non comparitione citati, antè contumaciam contractam, solent procedere ad dictam cõfectionem inuẽtarij, quod quidem permittitur, ne res fisco defraudẽtur, & occultentur. secundũ Bar. in l. post contractum. circà fin. ff. de dona. & firmat Afflict. in con sti. grandis. in vij. not. in fi. maximè, quia in regno cõtracta contumacia, statim irremissibiliter est acquisita fisco tertia pars bonorũ mobilium, ut habetur in cõstitu. grandis. de quo plenè per Afflic. in cõsti. pœnam nouem unciarũ. in iiij. not. & hæc annotatio bonorum etiam de iure cõmuni debet fieri. ut l. j. & sequen. ff. de requi. re. & l. j. C. eo. tit. & hodiè in regno est confirmatum per cõsti. grandis utilitas. qua etiam statutum est, quòd non requiritur, ꝙ annotatio bonorum perueniat in notitiam citati: sufficit enim ꝙ fuerit legitimè citatus. & vlteriùs per d. consti. grandis. est statutũ, quòd omnia bona mobilia, & immobilia contumacis debeant annotari, & describi, & quòd bonorum mobilium tertiam partem in sui commodum fiscus conuertat, ei irremissibiliter acquisitam propter contumaciam accusati: alia verò bona sic annotata, & descripta conseruabuntur, vt si contumax intrà annum comparuerit, & suam cõtumaciam purgauerit, recuperet dicta bona: quòd si minimè intrà annum comparuerit, bona ipsa fisco vendicantur, nisi habuerit contumax filios, quia tũc, si contumax vnicũ filium habuerit, bona ipsa æqualiter diuidentur inter fiscum, & illum filium: & si duos filios habuerit contumax, fiscus habebit tertiam partẽ bonorum contumacis: & sic si plures habebit, vel si habuerit partẽ, quia succedet præter quàm in bonis feudalibus, vt habetur in con sti. foriudicatorum bona. alia verò bona

rò bona mobilia contumacis elapso anno irremissibiliter sūt fisco acquisita, taliter, quòd non sit distinctio, habeat ne liberos, an nō, vt habetur in d.const. foriudicatorum. & ibi per Gl. & Afflict. Distinctio autē an habeat filios, an non, sit solum in bonis stabilibus, vt ibi habet: si autem contumax habebat bona feudalia, & tunc si sint quaternata, quæ possidētur ī capite à rege, & tūc si habet filios īpuberes, regia curia prouidet eis de balio, ac si mortuus esset eorū pater, & uiriliter diuidentur fructus feudorum inter fiscum, & dictos pupillos durante uita ipsius contumacis: eo uerò mortuo oēs fructus percipientur per baliū cōstitutum: & finito baliatico, & mortuo dicto contumace, naturaliter omnes fructus redintegrātur dictis filijs. si autem contumax habet feuda non quaternata, sed ea, quæ tenentur à barone, siquidem non habet filios, neque parentes, illa feuda reuertuntur baroni, à quo tenentur, & non regiæ curiæ. si uerò habet filios, fiscus regius habebit ratam fructuum feudorū prædictorum tāquàm unus filius uiuēte tm̄ ipso foriudicato. quos quidē fructus habebit fiscus, quēadmodum habet omnia bona mobilia contumacis, vt plenè habet in cōsti. regni, incip. si qn̄.

2 † Et notandum est, ꝙ si aliquis baro efficeretur contumax, vltrà pœnā tertiæ partis bonorum immobilium infiscātur castra, & casalia quo ad iustitiæ administrationē, ut refert fuisse decisum in sacro regio cōsi. Capi. in decis. 151. incip. in cā nōnullorum baronum.

3 ¶ INQ. † Sed quæro in quibus casibus fieri debeat annotatio bonorum? ¶ IVD. Dicas, quòd debet fieri in delicto, pro quo uenit imponēda pœna mortis naturalis, vel ciuilis, vt habetur in d. consti. grandis. & ibi not. per Docto. sed per capitulum regni incip. siue quis sit forbanditus. additur etiam: vbi uenit imponenda pœna abscisionis mēbri, quia pro eo casu dicit posse procedi ad sententiam foriudicationis. ergo habet locum annotatio. ¶ FISCVS. Prædicta dicerē ꝓcedere de annotatione solēni omnium bonorum ad effectū, vt possit perueniri ad sententiam foriudicationis, sed nō procedunt quo ad inuētarium simplex bonorum mobiliū, quia potest fieri in quolibet delicto, cum propter contumaciam fiscus lucretur tertiā partem bonorū mobilium. imò plus dico, quòd tale inuentarium nedum ī quolibet delicto potest fieri de bonis mobilibus ad effectū confiscandi tertiam partem, sed etiam potest fieri de omnibus bonis etiam stabilibus. quia elapso anno, in quo quis persistit in contumacia, licèt in multis delictis non possit foriudicari, tamen omnia bona talis contumacis propter suam contumaciam applicātur fisco, ut habetur in d. c. siue quis sit forbanditus. de quo suprà mentionem fecisti. ¶ IVDEX. Vtique iuri consonam censeo opinionē tuam, & ideò trāseo cū ea.

4 FIS. † Vtrū ī tertia parte bonorū mobilium contineantur vuæ maturæ? IVD. Dico, quòd non, quia sunt pars soli. l. fructus pendētes. ff. de re uen. l. fi. §. fina. ff. quæ in frau. cre. fa. sunt. & plenè per Tiraquell. intrà. de vtro. retra. fol. 83.

5 nu. 37. ¶ Fiscvs. † An contumax possit intrà annum alienare de bonis annotatis? ¶ Inqvisi. Videtur dicendum, quòd sic, quia est dominus bonorum usque ad finē anni: & sub conditione sunt fisci, uidelicet, si non comparet, & purgat contumaciam intrà annum: & quando aliquid debetur sub conditione potest alienari, arg. l. & post §. res. ff. famil. hercis. vbi habetur, quòd id, quod debet sub conditione, potest diuidi. ergo permittitur alienatio, quia alienatio, & diuisio idem uidetur l. j. C. communia utri. iud. item, quia post cōtractum capitale crimen non prohibetur alienatio l. & post cōtractū. ff. de dona. ¶ Fis. Mihi videtur totum contrarium posse dici, quia nec ei pōt solui à debitore suo, ne fuga eius fiat instructior. l. fi. ī fi. ff. de requi. re. itē, quia & post contumaciā contractam, & post annotationem, est ei interdicta administratio bonorū, ergo alienare non potest, vt dicit Bar. in l. post cōtractum. ff. de dona. item, quia distribuuntur, & annotantur bona post bannū, & infiscantur lapso anno, & sic fiscus alienata ante annum recuperabit l. fi. C. cōmunia de leg. ¶ Ivd. Hāc vltimam opinionem approbant And. de Iser. & Affl. in const. grādis utilitas, in antepe. col. in iij. q.

6 & eā sequor. ¶ Fis. † Qualiter debeat fieri huiusmodi inuentariū? ¶ Ivd. Dicas, ꝙ hoc describit particulariter tex. l. si quis ītrà. C. de bo. proscripto. vbi dicitur si quis intrà prouinciā pro qualitate delicti sententiā proscriptionis. s. cōfiscationis incurrerit, per ordinarij officij solicitudinem bonorū eius indago diligētissimè celebretur, ne quid priuatæ rei cōmodis per gratiam, atque colludiū furto subducat, & plena descriptio cōprehēdat quod spatiū, & quod sit ruris iugerum: quid aut incultum sit, aut colatur: quid in uineis, oliuetis, aratorijs, pascuis, syluis fuerit inuētum: & quæ gratia, & quæ amœnitas sit locorum: quis in ædificijs, aut possessionibus sit ornatus: quæue mancipia in pdijs occupatis, uel vrbana, vel rustica, vel quarum artium generib⁹ imbuta teneantur: quot sint censuarij, vel coloni: quot boum exercitijs terrarum, atq; uomeribus instruētium: quot pecorum, atq; armentorum greges: & in qua diuersitate sint dinumerati: quantum auri, & argēti: vestium, ac moniliū, vel in specie, vel pōdere, & in quibus speciebus: quídue in apothecis sit repertum. & hæc sunt verba formalia tex. d. l. si quis ītrà. & sic habes formam conficiendi inuenta-

7 rium. ¶ Fis. † Quæ bona debēt describi, & inuentariari? ¶ Ivd. Dicas, ꝙ debeat describi insti. debitorum, & creditorum, vt habetur in l. fi. C. de bo. vacanti. lib. x. Itē debent describi omnia ea, quæ malefactor possidebat tempore maleficij cōmissi, etiam si non constet esse sua: & si alius prætendat ius ī eis, sibi incumbit probatio, ut C. ne vxor pro ma. l. ob maritorum culpā. & ibi Glos. & ponit Alber. de Rosa. in d. l. si quis intrà. ¶ Fis.

8 † An nomina debitorum contineantur sub appellatione mobilium, vt sic de eis debeatur tertia pars fisco? & videtur dicendum, ꝙ sic, ut est Glo. in l. mouentium. ff. de verbo. signifi. arg. l. ij. §. mobilis

lis autem. C. quando, & qui. quar. pars. & pro hoc videtur text. in l. vnica. §. exactio. C. de rei vxo. actio. iuncta Glo. in uerbo, in corporalibus. & ibi etiam Bal. & text. in l. potest. ff. de author. tuto. & ibi Glo. ¶ INQVIS. Sed in contrariũ tenet Glo. in l. vlti. C. in qui. cau. in integ. restit. non est ne. argu. l. ait prætor §. j. ff. de iure delib. & Glo. in c. ij. in verbo. de re. eccle. non alie. li. vj. dum no. ex eo tex. iura. atque omnia incorporalia poni ĩter immobilia. & facit l. j. C. de lon. temp. præscri. ubi incorporalia præscribuntur, ut immobilia. ¶ IVD. Hãc vltimam opinionem, quòd nõ sint computanda nomina debitorum inter immobilia, tenent Spec. in tit. de fructi. & inte. §. scias igitur. versi. sed pone prælatus. ibi. secũdò quæritur. & Bar. & Raphael Fulgo. in l. quam Tuberonis. §. vltimo. ff. de pecul. & Bar. in l. si cõuenerit. la ij. in prin. ff. de pigno. actio. & Gand. in suo opere male. in tit. omnium postremo. col. antepen. versic. item pone in statuto. & Alber. de Rosa. in l. mouentium. ff. de verbo. signifi. & ultrà omnes plenissimè ꝑ d. And. Tiraquell. in tract. de utro. retra. fol. 73. nu. 9. §. j. Gloss. vij. ubi finaliter concludit, neque mobilia, neq; ĩmobilia cẽseri noĩa debitorum: & hãc opinionem uideo esse communẽ, & ubiq; seruari. ¶ FIS.

9 † An molendina, quæ ad instar nauium super flumina meant, ac veluti ambulant, sicùt sunt in Tiberi, & Capuæ, ut tradit Pau. de Ca. in l. fluminum. in prin. ff. de dam. infec. sint mobilia, an immobilia? ¶ IVD. Frã. de Ripa in l. quominùs. num. 126. ff. de flumi. dicit, ꝙ sunt mobilia: sed molendina, quæ tanquàm domus in terra, aut in ripis fluminum fiunt, illisq; adhærent, sunt immobilia, vt plenè habetur per Andr. Tiraquell. in tracta. de vtroq; retra. fol. 101. nu. 92. in gl.

10 vij. §. j. † Et ẽt molę ipsius molẽdini, quandiu illi sunt applicitæ, non dicuntur mobilia, secundum Bal. in c. contigit. col. pe. ver. quęro nunquid molæ. extrà, de do. & contu. & est ratio, quia est vna cõtignatio. l. eũ, qui ædes. ff. de vsucapio. & habetur per Tiraqu. ubi

11 sup. ¶ FISC. † Nunquid pecunia destinata ad emptionem prædiorum, dicatur res mobilis, vel immobilis? & uidetur dicendũ, quòd sit res mobilis, cum simpliciter pecunia est res mobilis, ut uoluerũt con. Bal. Alber. in l. ea demum. C. de colla. & Specu. in fi. de fru. & intere. §. j. uersic. quid de libris. & Bal. consi. 416. pręmittendum est. col. ij. lib. ij. & apertè probat tex. in §. & quia parũ. in auth. de nup. imò non solum est mobilis, sed est de rebus, quę seruando seruari nõ possunt, secundum Bart. in l. si ex legati causa. & ibi. Ro. & Fran. Are. & latè Barba. ff. de verb. obli. ꝑ tex. in auth. ut hi, qui obli. se hab. perhi. res mino. & in l. Arist. §. vlt. cum l. seq. ff. de iure deliberan. & in §. constituitur. institu. de vsufruct. hinc est, quòd potest alienari sine decre. curiæ per minorem, vt habetur per Bar. in d. l. si ex legati causa. versic. quid ergo, si debet. & Bald. in l. si curatorem habens. col. ij. versi. hic adde unum. C. de in integ. resti. mi. & idem de pecunia ecclesiæ uoluerũt Panor. Pe. Anca. & Barba. in c. cum constet. de pignori. & Alex. cõsi. xcij.

 lib.

li. vj. ¶ INQVI. Licèt pecunia sit res mobilis, & quæ seruando seruari non potest, & quę ideò possit à minore & prælato alienari absq; solennitate, tamen si ea destinata sit ad emptionem prædiorum, uicem rei immobilis obtinet, ut dicit Rapha. Cu. in l. à diuo Pio. §. vlti. per illum tex. ff. de re iudi. & in l. cætera. §. sed si separauit. ff. de lega. j. ideò nec ea sine decre. iudicis alienari potest, sicuti nec alia īmobilia ipsius minoris. p l. quid ergo §. vsuras. uersic. quid ergo. & ibi Ro. ff. de contra. & uti actio. tute. & uoluit idem Roma. in d. l. si ex legati cā. col. iiij. & ibi post eum Fran. Are. col. iiij. ver. addit etiā dominus meus. & Barba. col. xiij. & Rom. singul. ciij. tu habes, quòd pecunia. & ibi ad hoc adducit text. in d. §. vsuras. ¶ FIS. Sed in contrarium tenent in hoc Iac. Raph. Cy. Ray. Bal. & Ang. Imol. Flor. Alex. Fran. Are. & Ias. in d. l. cętera. §. sed si separauit. ff. de leg. j. vbi dicunt nō haberi pro re immobili, pecuniam destinatam ad emptionem prædiorum. ¶ IVD. Huius controuersiæ cardo in eo uertitur, an destinatio habeat p re perfecta. de quo p Soc. in cōsi. ccxlix. col. pe. ver. circà quartā. li. ij. & Alber. in ij. parte statut. in q. ccv. Bar. & alij ī d. §. sed si separauit. & Alex. cōsi. xcviij. aliàs de facto consultus. versi. & non obstat, quòd destinatio. lib. iij. & Franc. Are. consi. vj. viso instrumento diuisionis. in ij. dubio. & latissimè p Fel. in c. cum adeò. col. ij. versi. de destinato. extrà, de rescrip. in quibus locis de solutione quæstionis latè habebis. vide eos. ¶ FISCVS.

12 † Quid de pecunia, quæ redacta ē ex vēditione rei stabilis, an mobilis, an īmobilis cēsenda sit? & uidet dicēdum, φ sit connumerāda inter mobilia. secundū Iac. Raph. Cy. Alber. Bal. & Petr. Philip. Corne. in l. ea demū. C. de colla. & tenuit Firmia. in suo repert. in uerbo, bona mobilia. ver. iiij. ¶ INQ. Sed uidetur dicendum, quod sit īmobilis. nam eius naturæ censeri debet, cuius res erat, ex cuius uenditione confecta est, & quæ sit subrogata in locum illius, ut habetur per Massuer. in ti. de societ. §. item nomina, seu debita. & id uidentur uoluisse Raph. Fulg. Alex. & Fran. Are. in d. l. ea demum. ¶ IVDEX. Prima opinio uerior est, & tenenda est, vt dicit Tiraqu. in trac. de utro. retra. fo. 108. nu.

13 112. §. j. in gl. vij. ¶ FISC. † Quid de pecunia reposita in bancis, an inter mobilia connumeranda sit? & uidetur dicendum, quòd sic, p suprà allegata. ¶ INQVI. Sed contrarium tenet Bal. ī c. cùm causa. extrà, de re iudi. ad fi. vbi uoluit, quòd connumeratur inter immobilia. ¶ IVDEX. Et hanc opinionē approbat Andre. Tiraquel. in tracta. de vtro. retra. in gl. vij. §. j. fo. 108. nu. 113. eamq; sequor. ¶ FIS.

14 † Quid de columnis affixis domui, & de structuris factis ex tabulis, quæ æstate tolluntur, & hyeme ponuntur, an inter immobilia computentur? & uidetur dicendum, quòd aut sunt ædibus affixa, & dicētur immobilia: aut sunt separata, & dicentur mobilia. secundùm Afflict. in trac. protomixeos. col. xiij. uer. subsequenter q̄ro. & post eum Cassa. in cōsuetu. Burg. in tit. de retra. §. j. uerbo, sont heritage. col. pen. ver. quæro

ulteriùs.

ulteriùs. & hoc dicunt notari à Glo. in d.l. fundi. ff. de act. empt. ¶ Ivd. Hanc opinionem sequitur Tiraquel. in trac. de utro. retr. ĩ loco sæpiùs allegato. nu. 114. sed dicit illam Gl. nihil dicere de hoc, ad quod allegatur per suprà allegatos doctores. ¶ Fis. † Quid de ascriptitijs bob⁹, & asinis, & alijs similibus fundo instruendi gratia illius additis? ¶ Ivd. Quo ad ascriptitios, quandiu glebæ insistunt, inter immobilia computantur. secundùm Bal. in l. j. col. vj. ver. tertiò oppo. C. de ser. fugi. per l. iubemus. C. de sacr. sanc. eccle. & l. si quis inquilinus. ff. de legat. j. & sequitur Afflic. in constitu. errores. col. j. in ij. no. & sequitur Tiraqu. in allega. tra. fol. 109. nu. 118. Gl. vij. §. j. sed secùs est in bobus, & asinis, licèt additi sint gratia instruendi fundi, quia inter mobilia connumerantur, ut ibi per Tiraquel. habetur. ¶ Inqvisi. † Sed quia ut plurimum fiscus solet inuadere omnia bona contumacis, qua actione ergo agunt filij contumacis pro recuperatione partis eis contingentis? ¶ Ivdex. Dic, quòd possunt intentare rei uendicatione. secundùm And. de Iser. & Afflict. in consti. foriudicatorum bona. quia illa cõsti. diuidit bona inter filios, & fiscum. ¶ Fis.

15

16

17 † An iudex possit mandare debitoribus contumacis, ne soluant contumaci, uel alteri pro eius parte? ¶ Ivd. Dicas, quòd sic, ut est text. in l. fi. §. fin. ff. de requi. reis.

18 ¶ Fisc. † Quid si in bonis contumacis sint bona, quæ seruando seruari nequeunt, quid faciet iudex? ¶ Ivd. Dicas, quòd iubebit ea vendi, & quod pretium reponitur pe nès tertium, ut l. fi. ff. de requi. reis.

19 † Et est notandũ, quòd si filiusfamilias est cõtumax, nõ cõfiscabitur peculium castrense, & quasi castrense, nec profectitium. ut est text. in l. si filius. C. de bo. pro. & ibi Bal.

20 † Item mortuo patre contumacis, & foriudicati ab intestato fiscus in totum succedit, si non habebit alios filios, ut est cautum per regni constitu. incip. ob filiorũ culpas. sub rubrica, ut pa. for. ne ex delic. fi. po. con de. & ibi per Afflic. primo notab.

21 † Et si pater foriudicati fecisset testamẽtum, & exhæredasset filium foriudicatum, sola foriudicatio fuit iusta causa exhæredandi filium, & sic fiscus nihil debet habere. secundùm Iser. & Affli. in constitutio. ob filiorum culpas. vbi And. dat pro cautela, vt pater exhæredet filium foriudicatum. quia sic excludetur fiscus.

22 ¶ Fiscvs. † Sed quid si pater foriudicati facit testamentum, & relinquit certum quid filio, ut in eo tantùm succedat fiscus, an fiscus possit petere partem uirilem contigentem ipsi filio? ¶ Ivdex. Afflic. in constitutio. ob filiorum culpas. in ij. notabi. uersic. item quæro decidit, quòd succedit fiscus solùm in ea parte, in qua filius ille est institutus.

23 ¶ Inqvi. † Sed quid de vxoribus contumacium? an aliquam patientur molestiam super dotibus, & iuribus dotalibus, donationibus propter nuptias, quarta, & dotarijs constitutis? ¶ Ivd. Dicas, quòd non, vt habetur in constitut. regni. pœna carere. quæ concordat cum l. ob maritorum. C. ne uxor pro mari. & non obstante, quòd viuant eorum

 mariti,

mariti, possunt tamen petere eorum iura dotalia, quia si sunt foriudicati, habentur pro mortuis quo ad istum effectum recuperandi dotes, ut in constitut. pœnam eorum. & habetur per Afflict. in d. constitut. pœna carere in prin.
24 † Similique modo potest mater recuperare dotes, & iura dotalia super bonis filij contumacis, & foriudicati, si filius est hæres patris sui. & si contumax non habeat liberos, habebit etiam medietatem omnium bonorum ipsius contumacis filij, deductis dote, & omnibus iuribus dotalibus, ut benè declarat Afflic. in d. const. pœna carere. iij. no. † Nec
25 fiscus potest opponere vxoribus, & matribus contumaciam, quòd habent insti. confessionum de recepto tantum, & non probant uere soluisse, vt habetur latè p Affli. in const. causas. & in d. const. pœna carere. quod puto uerũ, quãdo confessio esset facta antè delictũ commissum.

¶ Banniantur. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Bannum quid sit.*
2 *Bannitus etiam in causa ciuili non potest comparere per procuratorem. & nu. 55. 60.*
3 *Bannum debet publicari per ciuitatem. & nu. 7.*
4 *Banni forma quæ sit.*
5 *Bannum debet continere nomen iudicis, & causam, & alia, ut ibi. Et debet continere particulariter contumaciam. & nu. 6.*
8 *Bannum non debet publicari diebus feriatis.*
9 *Banniti nõ debent receptari.*
10 *Receptator bannitorum qua pœna puniatur.*
11 *Et an ratione affinitatis minoretur pœna.*
12 *Vxor receptans uirum foriudicatum quomòdo puniatur.*
13 *Receptans bannitum ignorãter, an puniatur.*
14 *Receptans bannitum toleratum à superiore, an puniatur.*
15 *Tabernarii receptantes bannitum, an puniantur.*
16 *Receptans bannitum propter inueteratam amicitiam, an minus puniatur.*
17 *Receptans delinquentem tantùm, an puniatur.*
18 *Receptans bannitum per vim non punitur.*
19 *Aduocatus, et procurator, an puniantur, si postulant pro bannitis.*
20 *Receptans bannitum, & postea curiæ prodens, an puniatur.*
21 *Literas, vel nuntium mandans contumacibus, an puniatur.*
22 *Receptare quis dicatur.*
23 *Bannitus debet capi à quocunque.*
24 *Vassalli tenentur dare auxi-*

lium

punitur de delicto, nisi quando congregata ad sonum campanæ delinquit.

67 Statuta contraria debent ad concordiam reduci, si fieri potest.

68 Rex in indultu generali an videatur remittere ius partis.

F I S C V S.

HVCVSQVE vidimus usq; ad actum annotationis bonorum contumacis: uideamus nunc, si placet, quid posthac restet fiendum contrà ipsum contumacem.

1 ¶Iv. † Quia post annotationem bonorum debet perueniri ad bannimentum reoiũ, idcircò primò sciendum est, quòd qñ reputatur quis contumax, debet in decreto contumaciæ decerni, dictum contumacem banno esse supponendum, quod nihil aliud est, nisi extrà protectionem ciuitatis eum ponere. secundùm Bald. in c.j. in prin. in vj. col. de pa. tene. allegat Cyn. ĩ l.j. C. de natu. libe. inde dicit Bal. in l.j. C. de hæredi. insti. quòd bannire in foro seculari, est ad similitudinem excõicationis in foro ecclesiastico, quia sicùt excõicatio eiicit excõicatum à communione fidelium: ita bannum in foro ciuili separat bannitum à beneficiis, quæ competant

2 personis secularibus. † Hinc emanauit ritus magnæ curiæ uicariç incip. item, si aliquis, uel aliqua. qui uult, quòd si bannitus citetur ad instantiam alterius, etiam pro causa ciuili, non potest comparere per procuratorem, nisi priùs cõtumaciam purgauerit: & quòd si intra mensem non purgauerit contumaciam, post mensem potest capi de persona, ut optimè declarat Afflic. in constitu. grãdis. in ij. nota. de quo ritu infrà latiᵘˢ

3 dicam. † Et postquàm in decreto contumaciæ decretum fuerit, reũ contumacem esse banniendum, & banno supponẽdum, vt suprà dixi, banniri debet curia pro tribunali sedente: demum ipsum bãnum debet publicari per ciuitatẽ in locis solitis, & consuetis multis astantibus, & sic, vbi solent cõuersationes gentium congregari, vt habetur in d. consti. grandis. & ibi not. Affli. in 8. nota. pro quo facit c. statuimᵘˢ. de male. debetq; tale bannum secundùm eundem Afflict. ubi suprà, diuulgari uoce præconia, & alta voce, ut in auth. de leno. §. p̃conizamus. licèt hoc non requiratur in banno magnæ curiæ vicariæ, quod sufficit publicari curia pro tribunali sedente: nec requirit publicatio, & diuulgatio per ciuitatem, sed in aliis officialibus, & gubernatoribus prouinciarum remanet id; quod suprà dictum est, quòd requiritur publicatio, & diuulgatio. aliàs si admitteretur, posset allegari bannum nullum. arg. l. cùm ij. §. si p̃tor. ff. de transact. & eorum, quæ no. Abb. in c. cum dilecta. j. col. extrà, de rescri. & ita firmat Affli.

4 ubi suprà. ¶FISCVS. † Quç debẽt contineri in banno, & cuiusmodi erit forma? ¶IVDEX. Forma bãni erit hæc: Nos Franciscus Antonius Straticotus ciuitatis Salerni, &c. quibusuis iuratis, & seruiẽtibus nostræ curiæ, & alterius cuiuscunque ad infrascripta requirẽdo scire facimus per præsentes,

quali-

qualiter formata inquisitione, & informatione per nos,& nostram curiam ad querelam Ioannis de Landulfo super homicidio patrato in personam quondam Ludouici de Lãdulfo eiusdem ciuitatis de mense Octobris proximi præteriti anni 1545.tertia. indic. regnante Cæs.maiestate,& dominãte in dicta ciuitate,in pertinẽtiis, & territorio dictę ciuitatis, & ꝓpriè,vbi dicitur,ala carnalia, iuxtà suos fines, sub præsidatu, quo suprà,fuerunt super dicto homicidio reperti culpabiles Ioãnes Angelus, & alij infrà scripti dictæ ciuitatis,qui citati ꝑ nos, & nostrã curiam ad ipsam informandum super dicto homicidio sub die 4. Martij anno 1546.comparere recusauerunt in primo, & vltimo perẽptorio, fuit propterea eisdẽ prima contumacia accusata sub die v. prædicti mensis, & aduenientе ultimo peremptorio fuit eisdẽ accusata ultima contumacia, & per curiam fuerunt condemnati ad pœnam in mandato contentã. sub die verò eodem iiij. Martij fuerunt similiter citati ad recipiẽdum copiam capitulorum. qui similiter comparere recusauerunt in primo,& vltimo peremptorio, sub die nono eiusdẽ fuit eisdem instante querulante, & curiæ coadiutore accusata vltima contumacia,& fuerunt condemnati ad tertiam partem eorum bonorum mobilium,& decretum,cętera bona fore annotanda, necnõ eosdẽ fore supponendos banno,mediãte decreto ipsius curiæ lecto,& lato sub die,quo suprà.& quia processum est ad annotationem bonorum, & nobis nouiter instatũ fuit, prædictos contumaces publicè banniri,ut iuris,& moris est,& agnoscentes iustum peti, propterea dicimus,committimus, & mãdamus uobis, quibus suprà,ad pœnam unciarum auri uigintiquinque,nobis, & nostræ curiæ in casu contrarij applicandam, quòd receptis præsentibus ad omnem instantiam dicti querulantis, & curiæ coadiutoris debeatis publicum bannum alta, & intelligibili uoce more præconio in locis publicis, & consuetis, in quibus uniuersitas dictę ciuitatis, & maior pars ipsorum congregari solet,emanare, ꝙ nemo de dicta ciuitate ex nunc in antea cuiuscũque gradus,conditionis, & status, audeat, seu præsumat receptare,nec receptari facere prædictos contumaces inquisitos,ut suprà, nec eis ferre auxilium, fauorem,& consilium,nec cum eis loqui, conuersari,potum & esum dare: similiter nec locum, nec ignem: sed illos capere, & capi facere acclamãdo adiutorium: & nobis, & nostrę curiæ impartiri auxilium ad ipsos capiendũ: ipsiq; teneãtur,tractentur, & reputentur,& habeantur ꝓ rebellibus nostræ curiæ homicidiariis, & delinquẽtibus sub pœna contenta in regia pragmatica:& caueat unusquisque, ut cõtrarium non faciat.datum,&c. referatur.

5 † Et notandum est, quòd ideò posui nomen gubernatoris, & causam ob quam quis bannit, & alia,ut suprà: quia bannum debet esse certũ, & in scriptis: quia debet continere personam gubernatoris, & iudicis: item causam, pro qua quis bannitur: item nomẽ & cognomen illius qui bãnit: item

item annum,& mensem: & sic de bet in actis registrari. aliàs si secùs fieret, bannum esset nullum, ut in consti.grãdis.& ibi notatur per Affli.in nono nota. bannum enim sine causa non obligat,secũdum Bal.in margarita,uers.termi
6 nus. † Itẽ in dicta forma, & tenore banni posui, & narraui contumaciam contractam particulariter, & distinctè, eò, quia aliàs nõ ualeret, nisi sic contumacia exprimeretur, secundum Bal. in.l. si quis in fi. C. de fideicõ. libe.& Alexan. in l. ij.§. ignominiæ. de
7 ijs, qui no.inf. †Item dixi,ꝙ publicetur in locis publicis, & consuetis,ex quo bannum fieri debet in multis partibus ciuitatis consuetis,nec sufficeret fieri, & diuulgari in uno loco rantùm.secundũ Bal.ĩ c.j.in v.col.uersi.quæro vbi quis citatur.de mil.uassa. qui cõtu.est.facit c.cum ĩ tua.de ijs,qui matri.accusa.po.xvj.q.j.c.illa.Ioan.And.in cle.grauis.uersic.voce præconia.de senten.excõ. Ange. in l.j.§.hæc uerba stipulationis.
8 ff.si cui plus q̃ pro l.Falci. †Et est aduertendum, quòd bannum nõ debet publicari in diebus dominicis.& feriatis: & publicatum talibus diebus non tenet, secundũ Bal.in l.fi.C.de fer.iiij.nota.& in l.si ea.in fi.C.qui accu. non pos-
9 sunt.†Item dixi,bannitos nõ esse receptandos,nec eis dari auxiliũ, fauorẽ,& consilium posse, ob id, quia ita cautũ est, in l.ij.C.de ijs qui latro.& in regia pragma.incip.nos Ferdinandus.& c.assiduo pensantis.& hoc ideò fit, ut ipsis bannitis non remaneat locus,vbi possint moram trahere, ut dicit tex. ĩ l.iij. ĩ prin.C.de summa tri.

10 & fide cath.† Et licèt de iure cõmuni receptator bannitorum esset puniendus eadem pœna, qua deberent puniri ipsi bãniti,ut l.j. ff. de recepta.& l. j. C.de ijs, qui latro.quæ regula de iure communi in pluribus casibus non habebat locum, ut per Afflic.in consti.patarenorum.in col.tamen in regno plures pragmaticæ, & capitula super hoc prouidẽt., & in primis per c. regis Caroli incip.dudum cõtrà proditores, char.viij. statutum est, ꝙ receptans bannitum incurrit in pœnam unciarũ centum. demum hoc est sublatũ per c.regis Roberti incip. receptatores malefactorum. char.33. quo cauetur, quòd si barones receptant bannitos post sex menses scienter, possessio, & domus, vel prædia,ubi sunt receptati ipsi delinquentes,sunt fisci per quinque annos:alij uerò puniãtur illa pœna, qua debet puniri ipse delinquens.& si vniuersitas receptauerit punitur pœna pecuniaria ibi statuta,ut refert Afflic.in d.consti. patarenorum in 2. rũbri.in 2. not.2.q.Nouissimè autem superuenit dicta regia pragmatica regis Ferdinandi renouata, & confirmata per sacram Cęs.maie.Caro.v.Imperatoris: qua statutum est, quòd tales receptatores puniũtur pœna mille vnciarum, & alia pœna reseruata regi. & est ius nouissimũ in regno, & habet locum tam in baronibus, quàm personis priuatis, & uniuersitatibus,ut ibi habetur, & ita ubique seruatur in hoc regno ius nouissi-
11 mum.¶Fiscvs. † Sed quid si bãnitus est affinis,vel consanguine⁹ receptantis, an nõ obstante dicta prag-

pragmatica debeat minorari pœna in eo? ¶ IVDEX. Dicas, quòd sic. per l.fin.ff. de receptator. & firmant Andre.de Iser. & Afflict. in d.constitu.patarenorum. in 2. rubrica. & idem uoluit Iser. in c.j.§.receptatoribus. de pa. iur. fir. post Gloss. & Iaco. de Belui. & uoluit Ioan.de Ana.in c.ij.de delict. puero.v.col. & Alex. consil. cxliiij. in fi.ij.lib. & hoc verum, nisi receptasset agnatum, vel cognatum uiolatorem pacis, & hostem publicum, vel condemnatum de rebellione contrà principem, secundùm Andre. in d. §. de receptatoribus. & Bart. in d.l.fin. nisi per ignorantiam receptasset, nesciens eum esse uiolatorem pacis, & hostem publicum, vel condemnatum de rebellione contrà principem. secundum Andr. in d. §. de receptatoribus. & Bart. in d.l.fi. per l. pri.C. de ijs, qui la.& prosequitur latè Afflic. in d.consti.patarenorum. in 2.q. 2.nota. & adde Afflict.in consti. pœna carere.8.nota. & Carrer.in practica crim.§.homicidium. fo.
12 lvij. nume. 40. ¶ INQ. † An dicta regia pragmatica habeat locum in vxore receptante virum contumacem, & foriudicatum? ¶ IV. Alex.in d.l.fin. arg.l.si cum dotem.§.sin autem in nouissimo. ff.sol.matri.tenet, quòd impunè potest ipsum receptare. & idem firmat in l.j.C.de diuor. & in c. inter alia.extrà, de senté.excom. & no.And.de Iser. in consti. pœna carere uolentes, motus, quia hodiè non fit separatio matrimonij ex aliquo delicto.ut in c.ij.& c.gaudemus.de diuor. & xxxij.q. j.c. in coniugio. & tenet idem And.in c.j.§.siquis hominem. de pa.tene.& in c.j.§.porro.quæ sit pri.cau.bene.amitté. & dominus Nell.intra.bannito.q.xxij.nec ex hoc debent perdere suas dotes. secundum And. in d.consti. pœna carere. & Sali. in l.j.C.de repu.& habetur in c.regis Caroli secundi incip. item statuimus.& refert, ac sequitur Afflic. in d.consti.de patarenorum. & in d.constit.pœna carere.in vij.& viij.nota.& in consti. patrem pro filijs. in v.no.post Andr.ibi, in iij. no. & Carre.in sua practica.§.homicidium.aût, ut dicit Gloss.nu.41.
13 uersi.octauò fallit. ¶ IN. † Sed utrum ignorans eum esse bannitũ, si receptauerit, teneatur ad pœnã? ¶ IV. Si loquimur de iure cõmuni, dicendum est, quòd non, secundum Bart.in l.j.C. de colo. Illyrica.lib.xj.& Bar.in l. oés.C. de agri.& censi.li.xj.ut l.j.de deserto.li.xij. & in l.fi.C.de fabricen.lib.xj.& dicetur sciens, si publicum erat, eum esse bannitum. de quo per Ange. de Aret. in lib. male. in uerbo, dicto maleficio semper astitit.quod ĩtellige, ut ꝑ Bal.in l.ij.C.de iis qui latro. occul.& habeť per Afflic.ubi suprà. hodie tñ est prouisum in hoc per dictam regiam pragmaticam, ꝙ ad hoc, vt nemo sub ꝓtextu ignorantiæ posset eludere dictam pœnam, statutum est, ꝙ nullus exter[9] possit receptari vltrà binas noctes, quin denuntietur curiæ: & ꝙ si receptatus fuerit ultrà binas noctes, & fuerit posteà repertum esse bannitum, teneatur receptator ipse ad pœnam, etiã si alleget ignorantiam. ¶ INQVISITVS.
14 † Quid si aliquis receptasset bãnitum

tum toleratū à superiore in ciuitate, an receptator ipsius teneatur ad pœnā? ¶ Ivd. Dicas, quòd nō. secundū Sali. in l. nullus. C. de Iudæis. & habetur p Mars. in pract. cri. §. aggredior. nu. 28. quod uerum intelligo, quando talis patientia, & tolerantia fieret palàm, & publicè ab ipso superiore. aliàs si fieret clā, & occultè, non posset dici tolerantia, & patientia superioris. & hoc puto procedere, siue esset superior qui banniuit, siue superior ipsius receptatoris.

15 ¶ Inqvisitvs † Sed an pœna dictæ regię pragmaticę habeat locum in hostolanis, & tabernarijs receptantibus contumaces, vel eis dantibus potum, & esum per transitum? Ivd. Dicas, quòd non. secundum Bart. in l. omnes. C. de agri. & censit. lib. xj. facit l. Seiæ. §. idem quæsijt. ff. de fun. instru. & Alexan. in l. j. ff. de recepta. & p Afflic. in constitu. patarenorum. in 2. not. in versi. septimo fallit.

¶ Inqvi. Et an receptans bannitum propter inueteratam amicitiam, debeat in eo mitigari pęna? ¶ Ivd. Dicit Sali. in l. nullus. C. de male. quòd amicitia reproborum est repellenda, & sic non debet excusare. & sequitur Afflic. vbi supra. in ij. no. in vj. quæst.

17 ¶ Fis. † Nunquid pœna dictæ regiæ pragmaticæ habeat locum in receptante, vel aliter fauente delinquenti tantùm, etiam si non sit bannitus, vel contumax? ¶ Ivd. Certè verba dictæ regiæ pragmaticæ sunt clara, & loquuntur de receptantibus delinquentes, latrones, homicidas, vel bannitos. & sic loquitur de receptante delinquentem tantùm, vel bannitum, & optima ratione uidetur hoc statutum, quia licèt non sint banniti, receptatores tamen ipsorum dicuntur opem præstare dictis delinquentibus, secundùm Bart. in l. furtum. in fi. ff. de fur. & non procedit dicta regia pragma. si ignorabant receptatores, fures vel latrones fuisse. secundùm Bald. in l. si furti. C. de ijs qui no. infa. & semper dicūtur habuisse notitiā, quādo est publicum, & notorium maleficium, vt l. si tutor. ff. de peri. tuto. & ibi Bald. & habetur per Rot. in decisio. ccccxv. & Bald. in c. conuenticula. col. v. de pa. iur. firma. Sali. ī l. j. in fine. C. de ijs, qui la. imo plus dicit Bald. in d. l. j. quòd ad imponendam pœnam pecuniariam, vt est in dicta regia prag. sufficit probari, quòd erat fama, & rumor de delicto. & de ista regia pragmatica mētionem facit Carre. in sua praxi crimi. §. homicidium autem vt dicit Glo. nume. 42. vbi enumerat, & recolligit omnia capitula, & pragmaticas regni loquentes de receptatoribus delinquentium, vbi videas.

18 † Non tamen dicta regia pragmatica habet locum in eo, qui per vim receptauit delinquentem, non valens prohibere, vt habetur per Affli. in constitu. patarenorum. in ij. no. in iij. ca. & habetur in terminis dictæ regiæ pragmaticæ, vbi suprà nu. 42. ī fi quos allegat ad hoc Ioan. de Arno. in dialogo. 45. ¶ Inqvisitvs.

19 † Sed an habeat locum in aduocato, & procuratore postulantibus pro bannitis, & foriudicatis? ¶ Iv. Ange. de Are. in lib. male. in verbo, Andream auxiliatorem. ij. col. tenet, quòd sic. quia postulando

ſtulando pro eis auxilium, & fauorem uidentur dare, & præſtare: per doctrinam Bar. in l. poſt lega tûm. §. ſunt qui putant. ff. de i js, qui. vt indi. ſed ibi Aug. de Ari. in addi. tenet contrariam opinionẽ. & opinionem Ang. ſaluat. in bannitis pro crimine læſæ maieſtatis, vt in caſu l. quicũque. C. de epiſ. & cleri. & idem ĩ hæreticis, vt plenè per Afflic. in conſtitu. inconſu tilem. xxv. nota. quia pro talibus non poteſt poſtulari abſque mandato iudicis: pro alijs verò licitũ eſt abſque metu pœnæ. & idem firmat Nell. in tra. bannito. in 3. parte ij. tempor. in xxvj. quæſtio. ubi dicit, quòd clarum eſt poſſe abſq; metu pœnæ poſtulari pro bannitis per viam iuſtitiæ, allegando bãnum nullum, vel petẽdo, quòd rebanniantur, præter in bannitis ꝑ crimine læſæ maieſtatis. ſed vbi poſtulatur non in cauſa, pro qua ſunt banniti: ſed ad defenſionem alterius cauſæ, tũc eſt diſtinguendum: aut ex forma ſtatuti pro illa cauſa, pro qua poſtulatur, eſt per miſſa defenſio ipſis bannitis: aut non. primo caſu licita eſt poſtulatio pro eis. ſecundo verò caſu tenentur ad pœnã de auxilio, vt ibi habetur, & ibi etiam ponit in 27. quęſtio. de allegante cauſas abſentiæ pro bannitis, quòd licitũ eſt, & permiſſum, vt ibidem. & in 28. q. ponit de teſtificante pro bannito: & ibi dicit, quòd ſi in illa cauſa, pro qua quis teſtificatur, erat permiſſa defenſio ipſi bannito, licitè potuit teſtificari, aliàs non. & eſt aduertendum, quòd cum habemus ritum magnæ curiæ vicariæ, quo cauetur, vt nemo pro bannitis loquatur, poteſt dici, quòd ꝑ eis nõ poſſit poſtulari. ſecundùm diſtinctionem Nelli de ſa. Gemi.

20 ¶ F i s. † Vtrũ pœna dictæ regiæ pragmaticæ habeat locum in eo, qui ſcienter receptauit bannitum pluribus vicibus, & diebus in domo ſua, & demum ipſum ꝓdidit, & cepit, & curiæ tradidit? ¶ I v. Hanc quæſtionem poſuit Nell. de ſan. Gemi. in tra. bannitorum, in iij. parte i j. tempor. in xxiij. q. vbi dicit, quòd Alber. in trac. ſtatu. q. 68. ponit iſtam quæſtionem, & decidit, quòd debeat puniri, licèt ſit mitiganda pœna: & quòd ita fuit determinatum Bononiæ. ipſe tamen Nell. vbi ſuprà diſtinguit, quòd aut conſtat, quòd ab initio retinuit eum animo receptandi, & poſteà mutato propoſito deliberauit eum iudici præſentare. vt iam fecit, & tunc punitur. ſi verò hoc non conſtat, non debet puniri, ſed debet præmiari: quia præſumitur eum receptaſſe, & tenuiſſe, vt curiæ traderet. & ita cũ hac diſtinctione pertranſit.

21 † Et an mãdando nuntium, vel literas contumaci, vel foriudicato incidat quis in pœnam banni, quòd nemo loquatur cum bannitis, dicas, vt per Ioan. de Arno. in commentar. 191. & vide Bonifa. ĩ tit. quid ſit accuſatio. xxiij. col. circà medium. & in l. j. §. fi. ff. ad l. Iul. maie.

22 ¶ F i s. † Sed quando propriè dicat quis receptare? ¶ I v d. Dicas, quòd is dicitur receptator, qui maleſactorem abſcondidit: non qui dedit ei potum, vel cibũ. l. j. §. quod autẽ. ff. de ſer. corrup. l. j. §. j. & ibi Bart. ff. de recep. l. qui vas. §. qui furẽ. ff. de furt. per Bal. Ange. & Sali. in l. j. C. de i js, qui latr. Itẽ qui recepta mercede, uel

parte

parte rerum ablatarum à fure, furē dimisit, quem capere potuerit.l.j. in fi.& ibi Doctor. de recepta.itē, & qui cohabitat.c. j.§.si clericus, in princ. & ibi Bald. in pri. no. de
23 pa.tenen.in usi.feudo.† Dixi etiā in forma banni, quòd bannitus capiatur, &c. ob id, quia ad id tenetur vnusquisque, si potest, vt l. ij. C. de ijs qui latro. & in d. regia pragma. est expressum: & quia bānnitus potest à quocūque capi. l.fi. C.de malefi.& mathema.& Bal.in l.j.x.col.uersi.ex ijs apparet.C.de summa trinita. & fi. catho. & capi potest quocunque tempore, etiam die feriata, secundum Bal.in l.qui bonis.C.qui bon. cede, po.
24 † Dixi etiam, quòd impartiatur auxilium curiæ ad capiendum bānitos, quia ad id tenentur subditi, vt dixi suprà in verbo, captura.
25 † Dixi etiam, quòd habeantur ꝓ rebellibus curiæ, ob id, quia licèt eo ipso, quòd quis sit cōtumax, & bannitus, non dicatur rebellis curiæ (quia non dicitur hostis, qui impunè offendi non potest) secūdùm Bar. in l. amissione, in princ. versic. aduertendum tamen est. ff. de cap.dimi.& per do.Pet.Philip. Cor.in cō.lv. incip. reperio in litera l.in ij.par.tunc enim dicetur rebellis curiæ, quando est foriudicatus, vt habetur in constitut. pœnam eorum. benè tamen dicitur inobediens iudici. secundum Bal. in l. j. vij. colum. versic. sequitur videre, qualiter banna.C.de hære. institu.sed largo modo dicitur rebellis curiæ, qui est inobediens: non tamē taliter, vt possit offendi.
26 ¶ Fiscvs.† An statim, ac quis est contumax, possit publicari, & diuulgari, vt bannitus? ¶ Inqvisitvs. Videtur, quòd non: ex quo habemus in regno consti. incip. clementiæ. sub rubri. vt bāni. lib. intrà duos menses re. &c. qua statutum est, quòd contumax capi non potest infrà duos menses, licèt per ritum magnæ curiæ sit statutum, quòd per mensem capi de persona non potest, vt in ritu incipien. item si aliquis, vel aliqua bannitus. & est alius ritus incipi. Item, quòd nullus bannitus qui est conformis cum cōstit. clementiæ.& sic siue per mensem, siue per duos menses, capi non potest, & si capi non potest, minimè bāniri potest, licèt publicari ꝓ bānito: quia si statim bannum posset publicari, vt suprà dixi, posset capi de persona contrà mentem dictorum iurium. & in tantum hoc est verum, quòd si caperetur infrà mensem, deberet relaxari præstitis fideiussoribus.secundùm Andr.& Affli.in d.consti.clementiæ.quod non procederet, si cōstaret de crimine, quia deberet se defendere in vinculis. per l.humanitate suggerente. & habetur per Afflic. in d. constitu. clementiæ.sed in hoc est aduertendum, quòd si quis esset bānitus pro crimine, pro quo, si comparuisset spōtè à principio, potuisset carcerari, etiamsi afferret fideiussores, tunc comparendo, siue intrà duos menses, vel vnum, siue post, carcerabitur.quia bannum latum per contumaciam, non debet ei præstare immunitatem. argumen. l. relegatorum. §. fina. ff. de interdict. & ff. de noxa.l.non solū.& l.iij.C.de pat. pote.& ita intelliguntur dictæ cōstitutio.& ritus secundùm Afflict.& And.in dicta consti.clementiæ. &

ex hoc credo, quòd inoleuit consuetudo in aliquibus partibus, & curijs, quia in aliquibus curijs vidi expectari per mensem, & demum bannum publicatur: & in aliquibus publicatur statim contracta contumacia: & in aliquibus expectantur duo menses. seruanda est igitur consuetudo regionis, & curiæ in hoc: & consuetudo illorum, qui expectant per mensem, vel duos, confirmatur per doctri. Barto. de Cap. in dicta constit. clementiæ. quòd intrà dictum mensem secundùm ritum: vel duos menses secundùm constitutio. contumax non amittit ciuitatem: & si non amittit ciuitatem, sequitur, quòd interim non est publicandus pro bannito: quia aliàs amitteret. & dicit Bart. de Cap. in c. siue quis sit forbannitus. quòd intrà dictos duos mẽses non punitur receptator contumacis, ergo bannum non publicatur. ¶ Iv d. Laudo sententiam tuam. ¶ Fis. † An pro quolibet crimine possit quis banniri, & ut bannitus publicari, & diuulgari? ¶ Inqvisi. De hoc habemus constitu. regni. grandis vtilitas. qua cauetur, quòd bannũ non datur, nisi pro causa, pro qua venit applicanda pœna mortis naturalis, uel ciuilis. & idem dicit Bal. in cap. j. in princ. in vj. col. de pa. tenend. & notatur per Afflict. in d. constit. ¶ Iv d. licèt id procedat, & verum sit secundùm ius cõstitu. regni, tamen tantum ius capitulorum aliter cauet, vt habetur in c. siue quis sit forbãnitus. quod cauet, quòd etiam pro crimine, vbi venit imponenda pœna abscissionis membri, potest banniri ad effectum, vt possit perueniri ad sententiam foriudicationis. item statuit, quòd pro alijs minoribus criminibus habeat locum etiam bannum, sic tamen, vt non possit perueniri ad foriudicationẽ. sed benè potest quis bãniri pro dictis criminibus, licèt nõ ueniat imponenda pœna capitalis. & ita dicit ibi Bar. de Capua. & si ita bãnitus persistit per annũ, bona eius vendicantur fisco, facta distinctione liberorum secundum regni cõsti. ¶ Fis. † In quantum se extẽdit effectus bãnitionis? ¶ Iv. Dicas, quòd protẽditur, & extẽditur per territoriũ bãniẽtis, non extrà; secundum Bal. in l. j. iij. col. uer. & circa primũ. C. de hære. insti. & in l. executorẽ. x. co. ver. modo ego quæro de vno. C. de excep. rei iudi. Glo. in c. j. in prin. in uer. guerrã. hic fin. lex Corra. & habetur per Bar. Cepo. ĩ l. in itinere. ff. de uer. signi. & plenè per Nel. in tra. bãnito. in j. par. ij. tempor. q. lvij. ubi videas. ¶ † Et est sciendum, quod bannitus de vno loco, videtur bãnitus de alio adiuncto. secundum Bald. in l. etiam. C. de iure dot. & Alexan. in l. si conuenerit. §. si nuda. ff. de pign. actio. & bãnitus de castro adiacente ciuitati, intelligitur etiam bannitus de ciuitate. secundũ Bal. in d. l. etiam, & Alexã. ĩ d. §. si nuda. & ideò si quis est bãnitus de castello subdito ciuitati, nõ potest stare in ciuitate: secũdũ Bal. in d. l. executorem. nona col. ver. sed pone, est cuidam nobili. † Itẽ si reperiuntur duo Titij de una casata, & reperitur unus bãnitus, ille censendus est, qui aufugit, secundũ Bal. in l. voluntatis in vi. col. ver. te cõtra. C. de fideicommis.

Margin numbers: 27 (An pro quolibet crimine), 28 (In quantum se extẽdit), 29 (Et est sciendum), 30 (Itẽ si reperiuntur).

31 mis. † Et si aliquis est bānitus ab vno iudice, potest capi ab alio iudice extrà suam iurisdictioné, & hoc per regiam pragma. incip. itē quòd officiales. & per aliam pragmati. regis Ferdinandi incipié. licèt vt vniuersis Italiæ pax. quib⁹ cauetur, quòd iudex vnius territorij tenetur capere bānitum ad requisitionem alterius iudicis per solas literas suas, licèt Afflic. in consti. clementiæ in x. quæstione
32 arguat pro & contrà. † Et bannum potest remitti à quolibet officiali, qui ipsum dedit, secundum Afflic. in consti. clementię. in vij.
33 q. ¶ Fiscvs. † Quid si vniuersitas est citata, & effecta cōtumax, quænam erit pœna cōtumaciæ in ea? ¶ Ivdex. In hoc regno est sopita hæc quæstio per constit. regni incip. dubitationem iurisperitorum. vbi habetur, quòd est medium augustale pro quolibet foculari, & quòd fiet exequutio à tota vniuersitate secundum facultates: & sic in pœna cōtumaciæ inferenda uniuersitati collecta imponenda non est in subsidiū, quādo non habet bona in communi, sed principaliter pro pœna contumaciæ debet imponi collecta pro modo facultatum, vt ibi not. per Afflic. in vij. not. sed extrà regnum, si vniuersitas citata non cōparet, nec defenditur per syndicum, quia fortè non vult creare, obseruabitur id, quod habetur in titu. ff. si quis in ius uoca. non ier. & tunc siquid habebit in commune, possidebitur ex primo decreto: & si admonita uniuersitas non excitetur ad sui defensionem, prætor faciet vendi bona cōmunia illius ciuitatis, ut l. j. §. quòd si nemo. iuncta Gl. ff. quod cuius. uni. no. & l. cùm proponas. C. de bo. autho. iu. possi. si verò vniuersitas condemnata non habet crumenā communem, tunc cogetur imponere collectam. l. j. §. quòd si nemo. ff. quod cuius. vni. no. si autem illi de vniuersitate nollēt imponere collectam, iudex poterit imponere ipsis primò vocatis. vt l. fin. C. de mune. patri. lib. x. ibi, præsidibus significamus. & poterit idem imponere onus exigēdæ collectæ alicui, vel aliquibus de vniuersitate intrà certum tēpus: quo elapso exactor, seu exactores poterunt conueniri, & capi. l. j. circa prin. ff. de muner. & ho. de quo ad lōgum per Ioā. Mil. in sua pra-
34 xi. cri. fol. 57. nu. 71. ¶ Fis. † Et an vniuersitas possit bāniri? Ivdex. Hāc quæstionem posuit do. Nell. de san. Gemi. in tract. bannito. in j. par. j. tempo. in N. q. vbi finaliter dicit, quòd potest bāniri, quia potest delinquere, & condemnari, vt habetur in l. metum autem præsenteni. §. animaduertendum. ff. quod met. cau. & l. sed & ex dolo. §. j. ff. de do. & plenissimè per Barto. in l.
35 aut facta. §. fi. de pœ. ¶ Fis. † An valeat bannum contrà filios Titij non expressis nominibus? ¶ Ivd. Dicas, ꝙ si ex forma accusationis, seu inquisitionis poterit cōprehēdi, de quibus filiis dicatur, si sunt plures, validum erit bannū. quod secus est, si non poterit comprehēdi, quæ sint ex aliqua parte actorum, vt habetur per do. Nell. de S. Gemi. vbi suprà in j. par. j. tēp. vj.
36 q. ¶ Fis. † An bannitus possit iterum banniri? ¶ Ivd. Hæc quæstio habet plura capita, & eam latè examinat do. Nel. in tract. bannito. in j. par.

j.par.j.temp.in iij.q.vbi post mul ta distinguit, quòd aut quęstio habet, an possit banniri in eodem loco, in quo semel bannitus fuit. & dicendum est, quòd non. l. licèt.§.pen.ff.nau. caupo. & stabu. an autem possit in alio loco banniri, puta, quia fuit bannitus in loco maleficij, puta, Bononiæ, inquiritur nunc in loco originis, puta, Florentiæ, uel econtrà, & iterum banniri potest. in pri. enim loco non fuit punitus effectiuè, & ideò potest banniri. si uerò quæritur, utrum pro alio delicto possit banniri, dicẽdum est, quòd aut commiserat illud crimen, de quo nunc proceditur, antequàm fuit bannitus, & potest banniri: quia potest citari, & ibi conueniri: si uerò commisit postea delictum, tunc aut illud commisit in loco, à quo bannitus erat: & est idem, quia siue sit locus originis, siue alius ratione delicti, ibi sortitur forum, & ibi potest conueniri, & sic banniri. si autem fuit bãnitus in loco domicilii ratione originis, vel incolatus, & alibi nunc delinquit, & contrà eum ꝓceditur non in loco delicti, sed in loco originis, vel incolatus, maior est dubitatio: & tunc est dicẽdum, quòd si bannitus ex primo banno non perdit domicilium illius loci, à quo bannitus extat, ibi potest conueniri, & banniri: aut perdit ex primo banno domici-

37 lium, & non potest. ¶ Fisc.† An bannitus perdat domicilium, & desinat esse ciuis suæ ciuitatis? ¶ Iudex. Nellus de sanc. Gemin. in eod. tractat. in j. par. ij. tem. xlv. q. in effectu concludit post multa, quòd quo ad sui com modum perdit domicilium, & desinit esse ciuis suæ ciuitatis: sed quo ad sui incommodum, & odiũ retinet, maximè si ẽ ciuis origine.

38 ¶ Fis.† An possit iudex bãnire cõmittentem delictum contrà se, vel suã familiam? ¶ Iud. Dicas, quòd aut delictum est notorium, & reperitur pro eo ex forma iuris cõmunis, vel statuti imposita certa, & determinata pœna, & tunc, quia cessat omnis suspicio, potest bannire. si uerò non est determinata, & certa pœna, sed est arbitraria, uerum arbitrium est declaratum per cõsuetudinem, idem erit. quia tenetur seruare consuetudinem, vt habetur in l. athletas.§. calumniator.& l. quid ergo.§. pœna grauior.ff. de iis, qui not. infa. si uerò nec est certa pœna, nec declarata per consuetudinem, non potest bannire; si uerò delictum non est notorium, & tunc aut offenditur principaliter dignitas seu officiũ, vt quia offenditur officium exercendo, tunc potest cognoscere, bannire, & punire: si verò offenditur principaliter persona, tunc nõ potest cognoscere, nec bãnire, vt habetur per Nell. in tracta. bannito. in prima parte pri. tempo. in nona q. de quo latè per Capyt. in

39 decisio. cxxiiii. ¶ Fisc. † Quid si aliquis notarius reperitur bãnitus pro aliquo magno, & famoso crimine, an interim possit cõficere instrumenta, ita, vt ualeãt, & an facta possit reassumere? ¶ Iudex. Hanc quæstionem posuit idem Nel. in j. par. secundi temporis in q. clj. vbi post relatas plures opiniones dicit hanc quæstionem sibi uideri dubiam, & nihilominus adhærendo opinioni

aliorum concludit, quòd aut notarius est bannitus ex crimine extrà officium notariatus cōmisso, & ualent instrumenta ab eo cō fecta, tamen uetera magis quàm noua: si uerò est bannitus ex delicto commisso in officio notariatus, puta, quia fecit instrumētum falsum, & tunc aut simpliciter est bānitus, & ualent instrumēta per eum posteà cōfecta. arg. l. iij. §. q- situm. ff. de suspe. tuto. donec priuatus, & exauthoratus fuerit. & ita loquitur dictum Innocē. in c. fraternitatis. de testi. si autē pronunciatur, quòd debeat abradi de matricula, tunc non dicitur exauthoratus, donec abradatur. ¶ Fis.

40 † Quid si aliquis est bānitus pro homicidio, & post duos mēses se volūtariè præsentat, & iudex eum ponit in quadam camera cum fideiussione de inde non recedēdo, an effectualiter debeat carcerari instante querulante? ¶ Iudex. Dicas, quòd potest tenere eum in camera cum custodia, quæ tātùm teneatur de dolo, & culpa, & non grauabitur pars, si etiam fuit data cautio de inde non recedendo, vt latè habetur per Capy. i deci. 154.

41 ¶ Fisc. † Subsequenter quæro, quas pœnas patiantur contumaces in regno. ¶ Iudex. In hoc sciendum est, quòd primò in regno contumax condemnatur ad tertiam partem bonorum mobilium, ut suprà sæpiùs tibi dixi: & si intrà annum nō comparet, & est delictum capitale, foriudicatur, & omnia eius bona à fisco uendicantur, & impunè potest à quocunque occidi, ut dicam in materia foriudicationis: si uerò non est delictum capitale, condemnatur ad tertiam partem bonorum mobilium, & si intrà annum nō comparet, perdit omnia bona sua, & fisco applicātur, reseruato iure liberorum, vt suprà dixi in materia inuentarij. & si posteà voluerit reuerti ad se defendendum, debet dicere causam in vinculis. & etiam si ueniret absoluendus in causa principali, adhuc tñ debebit stare tāto tpe carceratus, quanto tempore durant in cōtumacia, vt habetur per c. regni, siue quis sit forbannitus. & hæc procedunt in accusato.

42 † Sed in accusatore non comparente vltrà cōdemnationem expensarum ad sextā partem mobilium, vt est cōsti. regni incip. accusatorum temeritas. & ibi And. de Iser.

43 † Itē reus cōtumax debet reficere expēsas accusatori, anteq̄ audiatur. l. sancimus. & ibi do. & Bald. in j. no. C. de iud. & Bald. in l. ij. in ij. colu. versi. in secūdo exēplo. C. de edē. & authen. qui semel. & ibi Bart. j. colu. iij. no. C. quo. & quando iu.

44 † Item contumax in loco delicti, potest inquiri in locò originis, nō obstante præuentione facta in loco delicti: quia non potest se fundare ex processu, in quo fuit contumax. secundum Bar. in l. sepulchri. in j. col. uer. item est ar. ad q. ff. de sepul. viol. & in l. quamuis. ver. vltimo ex hac l. ff. de dam. īfe. & Alex. in l. de die. §. tutor. ff. qui satisd. cogan. & Barto. in l. j. ī iij. q. C. vbi de cri. agi opor. & ī q. accusatus de vi turbatiua, in v. artic. & Bar. in l. vbi cœptum, circa medium. ff. de iu. & ibi oio Alex. de Imo. & omnino per Bal. in l. j. de leg. j. & Barto. in l. & si amicis. §. j. ff. de adulter. & Ang. de Aret. in

li. male. in verbo, Florentiæ. in fi. vbi dicit, quòd pro tractatu homicidij potest inquiri ĩ loco tractatus, licèt fuerit inquisitus in loco delicti consummati: in quo tamen fuit contumax, pœna homicidij non potest habere effectum. & ĩ verbo, inquisitio. in vlt. col. item potest banniri de utroque loco, secũdùm Bal. ĩ l. j. ij. col. C. vbi de cri. agi opor. de quo su
45 prà dixi. † Item cõtumax, & bãnitus ex solis bãno, & cõtumacia potest torqueri: sed quomòdo ꝓcedat, dicam in tertia parte tertiæ
46 partis principalis. † Itẽ persistentibus in contumacia oportet iudicem esse seuerum, ut ij. q. iiij. c. quanto. & c. ea, quæ. de sta. mo. in Gl. in uerbo, rebellibus. quæ allegat bonũ tex. ĩ c. j. circà fi. de post. plato. & est de hoc tex. ĩ c. j. de ap
47 pe. in vj. † Itẽ, quia contẽptor mãdati regij in facto arduo potest capitaliter puniri, ut habetur plenè per Gl. in pro. sac. regni consti. & ibi per Affli. qui optimè decla
48 rat. † Item contrà contumacem, & bannitum per iudicem potest procedi in suum dedecus, & uituperium ad ereptionem furcarum in domo sua, & ibi mãdari affigi, & suspendi imaginẽ suã cum fune in collo, quãdo delictum habetur pro cõfessato, vt habetur per do. Par. de Pu. in li. synd. in verbo, cõ
49 tumacia. qđ intellige, ut ibi. † Itẽ ꝑ cõtumaciã põt ꝓcedi ad deuastationẽ domorũ, & suorũ bonorũ, nõ tñ ĩ præiudiciũ creditoris, & coloni, & uxoris pro iurib. dotalibus. de quo ad longum per Par. de Put. in li. syndi. in uerbo, contumacia. ver. an iudex ꝓpter contumaciam. quod intellige, vt
50 ibi. † Itẽ si pars appellata fuerit contumax, propter dictam contumaciam parte instante potest iudex determinare in causa intrà decem dies, à die receptionis processus numerandos, sine alio ordine iudiciario, vt probatur in consti. hac lege. & ibi no. per Afflic. in vi. no. quod dicit esse notan-
51 dum. † Item contumax perdit declinatoriam fori. secundum Ang. in l. eum, qui. ff de priuil. cre. & Ang. & Imo. & in l. si finita. §. itẽ uideamus. ff. de dam. infec. & Alexan. in l. quidam consulebant. ff. de re iudic. in fi. colum. & Afflic. in loco, de quo suprà. & per Inno. in c. ad petitionem. j. colum. in fi. de accu. Imo. ĩ c. si duobus. j. col. in fi. de appella. & Bald. in l. si qui ex consensu. iij. col. uersi. deinde not. C. de episc. audien. & Innoc. in c. præterea. de dila. & Alex. in l. si quis ex aliena. ff. de iud. nisi iudex sit oĩo incõpetens, quia tunc, quãdocunq; cõparet, põt declinare forum, nisi iudex pronũciasset se cõpetentẽ, secundũ Inno. in d. c. ꝑterea. & Feli. in d. c. si duobus. xv. col. & Bart. in l. ij. in iij. col. in fi. versi. sed quæro, quid si processum. ff. si quis in ius uo. nõ ierit. & ibi per Alex. & uide per Afflic. in cõsti. pœnam nouem unciarum. ĩ vj. q. vbi tenet illam opinionẽ, ꝙ perdit declinatoriã fori, si est talis persona, quæ potest renũtiare
52 suo priuilegio: aliàs secùs. † Itẽ contumax, & bannitus perdit priuilegiũ dãdi fideiussores iuxtà beneficiũ introductũ per regni constit. humanitate suggerẽte. quod non procedit, si est rebannitus, &

extractus à banno, vt firmat Pe.de Mo.for.in d.cōst. humanitate. & ibi per Bar. Cap. de qua tunc admittitur oblatio fideiussorū si natura criminis nō repugnat, vt latè
53 firmat Affl.ibi.in xxiij.not.† Sed istud procedit, quando contumacia est contracta coràm iudice eodem, uel quando coràm alio iudice, si ambæ curiæ dependent ab eodem rege: secùs, si tribunalia sunt diuersa. quia tunc illa contumacia non obstat ipsi contumaci ad effectum prædictum, ut latè, & optimè declarat Affl. in d.cōst. regni, humanitate. in xiij. notat. versic. sed iuxta præmissa quæro.
54 † Et est notandum, quod ex dictis Pet.de Mon.for. & Bart. de Cap. & Afflic. in d. constit.humanitate, cum quæstiones concludunt, quod bannitus purgata contumacia, & absolutus à bāno reducitur in pristinum statum, si spontè cōparuit, nec perdit beneficium dādi fideiussores, infero, quòd nec remanet īdicium sufficiēs ad torturam contrà eum propter cōtumaciā purgatam, quod procederet maximè, si appareret fuisse absentem ex probabili causa, quod est
55 notādum.† Item cōtumax, & bānitus in regno non admittitur ad comparēdum per procuratorem, etiam in causa ciuili, donec non purgauerit cōtumaciam, & sic denegatur ei audientia, ut dictat ritus magnæ curiæ uicariæ incip. item si aliquis, vel aliqua bānitus, &c. & refert, & sequitur Affli. in constitu.grandis.in vij. not. & in constit.clementiæ.iij.col.versi.& scias. & in consti. pœnam nouem unciarum.ij. col.in fi. cuius ritus uidetur fuisse illa ratio, quia contumaci denegatur audiētia, ut est Glo.sing. in l. sed & si prætorē.§. sed & si dum decreto.ff.ex quibus causis maio. quam facit singul. Bald.in c.j.de rapto. refert Ias.in l. ij. iiij. col. C. de edeu. facit l. contumacia. in princi.ff. de re iudica. & ibidem per scribētes, licèt Afflict. in proœ. consti. in Glos. in verbo, immortalitate, dicat hoc procedere ad tempus, non in perpetuum. facit pro ritu, quia contumacia interpretatur in id, quod deterius est contumaci, & utilius aduersario. secundùm Barto. in l. quandiu.la. vltima.j.col. uersic. uenio ad ultimam Gloss. ff.de acqui.hære.facit l. de ætate. §. qui tacuit.ff. de interro. actio. & in l.ij. §. actor. versicu.si reus. de iura. calum. licèt posset dici cōtra ritum, quia habemus, quòd contumacia in uno, non nocet in alio, ut no.in c.consuluit. de offi. dele.Gl.& Doct.in c.ij.de dolo & contu.lib.vj. & in c.cùm olim.de testi.l.generaliter.§.j.& ibi Doct. C.de rebus cre.l.iij.§. Stichus. & ibi Iaco.de Are.ff.de sta.libe. sed in regno dictus ritus est in uiridi obseruantia. & est notandum, quòd iste ritus est contrà ius commune. secundum Bal. in l. si cum dotem.§.si pater in iij.no.ff. solu. matri. & ibi Dyn. & not. in l iiij. §.si cōmunem.ff. fini. regun. Bal. in c.j.in j.col.in fi.versi.an autem admittatur bānitus.hìc si.lex Corra.Ioan. Andre. in c. veniens. de accusatio.in nouella.Pau.de Cas. in l.sed & si quis.ff.si quis cautio. no.in l.Papianus.li.ij. responsorū ait. exuli. ff. de minorib.& Ludo. Roma.in singu.in verb.bannitus. versi. iiij. de quo ad longum per Nell.

Nell.de sanc.Gem.in tract.banni
56 to.in j.par.i j.temp.q.lxxiij.† Po
test tamen bannitus non obstãte
isto ritu comparere per procura-
torem,& petere cãcellari à bãno.
secundùm Pau.de Cast.in l. si fi-
deiussor.§.fina.ff.qui satisda. co-
57 gantur. † Et potest causam ince-
ptam antè bannimentum finire,
& prosequi per procuratorem,se-
cundùm Barto. & Ange.in rubri.
C.de delatori.lib.x.& Barto. in l.
Vranius.in princi.vlt.colum.uer-
sicu.deinde quærit Dyn. ff. de fi-
deiusso.& Bald. in l.leges. la.pri-
ma.vltima col.versi.aduerte,quia
formo.C.de legi.licèt Cyn.in cõ-
silio,cauetur lege municipali, di-
cat contrarium. sed latius prose-
quendo quęstionem domi.Nel.in
tract.bannito.in j. par.ij. tempo.
in q.lviiij. dicit, quòd aliquando
statutum dicit,quòd bannitus nõ
admittitur ad accusandum , seu
agendum,& tunc potest prosequi
accusationem antè bannum da-
tum,seu agere:& hic est casus no-
ster retẽtis terminis nostri ritus.
quãdoque dicit statutum,ꝙ q̃relę
bãnitorum nõ recipiãtur, & quia
statutum notat receptionem que
relæ,si querela est recepta antè sta
tutum, sibi locum non uẽdicat.
prosequitur ergo iudex ad instan
tiam partis.quia querimoniã iam
receptam,non autem nouam reci
pit.l.in delictis.§. si damnum ex-
traneus.ff.de noxali.cum simi. &
istis duobus casibus loquit̃ Dyn.
quandoq; dictat statutum, ꝙ que
relæ, & iura bannitorum non au-
diantur.& idem secũdum Bart.in
d.l. Vranius. aliquando dicit sta-
tutum,quòd bannitus nõ audia-
tur,vel quòd nõ fiat ei ius. & hoc
casu decisiones parti non proce-
dunt . certum est enim , quòd in
quacunq; parte iudicij dicitur ac
cusator audiri,& ei ius fieri.l. j.ff.
si quis ius di.non obtem.§.j. & i-
deò,cùm reperiatur bãnitus,cùm
uult aliquem actum agere, audiẽ-
tia ei denegari debet, & ita resi-
58 det. ¶ Fis.† Sed utrũ dictus ritus
ꝓcedat,& habeat locũ,si pater de
iniuria facta filio accusaret, &
pendente processu filius fuerit ex
aliquo maleficio bãnitus,& sic an
ubi filius repelleretur, repelli de-
beat ipse pater? ¶ Iudex. Dicas,
quòd si apparet patrem querulas-
se de iniuria facta filio,tunc ubi fi
lius repelleretur,repellitur pater :
si autem ex forma accusationis
appareret, eum accusasse de iniu-
ria facta sibi patri per personã fi-
lij,per l. j.§.usqueadeò.ff. de iiur.
& per not.per Bart.in l.ambitio-
sa.ff.de decretis ab ordine facien
dis.tunc pater non repelleretur,
licèt deberet repelli filius.ex libel
lo enim, qui attenditur,ut l. cùm
quædam puella.ff.de iurisd.omn.
iudi. apparet, quòd de sua , non
filij iniuria satisfactionem quæ-
rit. cuius iniuriæ actio sibi fuit
orta tali tempore, quo agere po-
terat , quia filius bannitus non e-
rat : & sic ei filius auferri non po
test.l.si quis seruum.ff. de iiuriis.
l.contrà iuris. §. si filius.ff.de pa-
ctis. vt latè habetur per Nellum
in loco suprà sæpè citato,in j.par.
59 primi temp. in q.lx.† Potest etiã
bannitus non obstante ritu exci-
pere de prætio non soluto,si con-
ueniatur ad rem uenditam tradẽ-
dam . per doctrinam Salyc. in l.
fin. C. de pericu. & commo. rei
uendi. & ibi Bald. j.colum.versi.

dicunt etiam Doct. contra Bart. in l. bona fides. ff. de actio. emp. sed Barto. non loquitur de bannito. 60 † Et ad hoc, ut ritus iste procedat, & habeat locum, necesse est, quòd à parte opponatur. secundùm Ang. in l. uęditioni. C. de usucapioni. pro empto. 61 † Nec bānitus retētis terminis dicti ritus, potest suo creditori per procuratorem opponere compēsationem, nisi bannitus probaret, se antè bānum etiam extrà iudicium compēsasse. tunc enim cum ipso iure sit sublatum debitum, ut not. in l. si constat. C. de compensa. non dicitur impugnare, sed ostendere agenti ius non compete re: quod ei non est interdictū. aut ergo de nouo compensationē opponit, & non admittitur, quia dicitur petere, vel agere: aut aliàs oppositā allegat, & tūc admittit. quia dicitur exclusiuè, unum tñ aduertas, quòd isto casu dicēs, se aliàs opposuisse in iudicio, haberet necessè probare, quòd illā iudex approbauerit l. quod in diē. §. si rationem. ff. de compen. secūdum Ia. Bu. quod non habent necesse probare, si allegat oppositam extrà iudicium. secundū Bar. in rub. de cōpen. & ita residet do. Nell. in tract. bannito. in j. par. ij. 62 temp. in lxvj. q. † Benè tamen fideiussor banniti potest opponere talem compensationem, secūdum eundem do. Nel. vbi suprà. in 68. q. & de multis pertinentibus ad materiam ritus uide per eūdem i sequen. q. & in ij. par. ij. tempo. 63 in ij. q. † Et aduertas, quòd si aliquis est bannitus, seu foriudicatus, si non comparuerit intrà decem dies, ut est hodiè in regno emanatum bānum, seu proclamā regium, quod ego cōmentaui, datur licentia, ꝙ possit occidi, an si occidatur in x. die, impunè occidatur? dicas, ꝙ non, sed debet esse lapsum totum tempus decem dierum, vt dicit pulchre Ang. de Ar. in lib. male. in verbo, qui iu. uid. ꝙ inqui. nō compa. & in sua. con. per si. commi. tit. præco. ꝙ ipsos 64 h. si. col. ¶ Fis. † Vtrum vniuersitas teneatur, & puniatur de receptatione bannitorum? & videtur, ꝙ sic, vt in specie est decisum in regno per regiam prag. regis Ferdin. incip. licet vt vniuersis. ¶ In. Sed in contrarium allego tibi c. regni inci. ad iniusta remouenda grauamina. quo cauetur, ꝙ vniuersitates terrarum nullatenus teneantur, nec componi possint de receptatione bānitorum, illa quidem ratione, quia ii nonnunquā efficiuntur pœnæ participes, qui culpæ penitus sunt expertes. Nec obstat dicta regia prag. quia licèt sit nouissima. & d. c. sit antiquum, vt sic videatur tollere dictum capitulum: tamen quia capitulum ipsum est derogatorium voluntatis, & pleniùs prouidet, non videtur sublatum per dictam regiam prag. vt per multa dixi suprà in verbo. audiantur excusatores, 65 prope fi. † Item quando reperiuntur duo statuta contraria, illud attenditur, quod æquius est, ut plenè habetur per Alex. in consi. 50. in 4. parte. sed non est dubium, quoniam æquius sit statutum d. c. ad iniusta. cùm sit fundatum super æquitate, vt non puniantur innocentes, arg. l. Arrianus. ff. de actio. & obli. Præterea, & fortius statutum debet interpretari

secundùm ius commune. secundùm Bar. in l. oẽs populi. in vj. q. prin. Bald. in l. maximum vitiũ. iij. col. C. de li. præter. & in l. milites. in ij. col. in uersi. & ex prædictis potest argui. C. de testa. militar. & in l. fi. ij. col. versi. sed hic
66 quæro. C. de succe. edi. † Sed de iure ciuili vniuersitas non tenet de aliquo delicto, nec delinquit, nisi quando leuato vexillo, & pulsata campana, & præcedẽte deliberatione concilij committat delictum, & non aliter. secundũ Bart. in l. aut facta. §. fi. 4. col. uersi. ulterius quæro. ff. de pœ. Gl. ĩ l. aliud. §. refertẽ. ff. de reg. iur. l. se nper. §. ij. ff. quod ui, aut clam. l. metũ. §. animaduertendũ. ff. quod me. cã. Bart. in l. sed & ex dolo. §. sed
67 an municeps. ff. de dol. † Et ex hoc infero, quòd cùm clarum sit ꝙ ubi reperiuntur duo statuta ad inuicem contraria, si possunt per quandam distinctionẽ reduci ad concordiã, reduci debent, & utrũque seruari debet, vt per Bart. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. col. xj. in prin. ꝙ dicta regia prag. & d. c. debent reduci ad concordiam, vt prag. intelligatur, quãdo vniuersitas receptauit bãnitos cõmunicato consilio, & in casibus, in quibus de iure cõmuni potest incidere in pœnam: c. vero prædictum intelligatur in casu, quo nõ apparet de cõmunicato consilio. & si dicatur, quòd hoc modo intelligendo esset de indubitabili, & de eo, ꝙ erat per ius commune statutum, respõdetur, ꝙ satis erat dubium propter aliud capitulum editum per eundẽ regem Robertũ prius in ordine incip. licet contra receptatores: quo prouidebatur, vt vniuersitates tenerẽtur de receptatione. item erat dubiũ ex alio, quia de consuetudine, & ex quodam ab vsu vniuersitates cõponebantur de receptatione, vndè ad tollendum dictum abusum conuenienter fuit compilatum illud c. ad iniusta. & ex prædictis teneo hanc opinionem. ¶ IVDEX. Benè, & diligenter casum quæstionis propositæ tetigisti, & pro nunc sequor hanc opinionem, vt non aliàs puniantur vniuersitates de receptatione, nisi cõmunicato consilio receptassent: vel nisi syndici, & electi receptassent, & potuissent illi de vniuersitate expellere, seu monere conciues, vt expellerent, & non fecerunt: & receptatio non fuit momentanea, vt videtur cõsiderasse d. c. licèt con-
68 tra receptatores. † Et an statutũ concedens abolitionem criminum, & indultũ capientibus bannitũ, vel occidẽtib⁹ (vt est ĩ regno hodie) intelligat etiam remittere ius partis offensæ: dicas, ꝙ sic secũdù in Par. de Pu. in li. syndi. in verbo, cõpositio. ver. quia plures, i fi.

¶ Foriudicentur. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Foriudicatur contumax elapso anno, & non comparens, si est delictum, pro quo ueniat imponenda pœna capitalis.*

2 *Accusator qualiter petat contumacem foriudicari.*

3 *Accusator an debeat ultima die anni accusare contumaciã, ut quis poßit foriudicari.*

FISCVS.

LATISSIME materiam banni in unum congessisti, adeò, vt parũ sit, quod ultra dici possit. nunc aũt publicato banno quid vitrà est per iudi-
1 cẽ faciundum? ¶ IVD. † Emanato, & publicato bãno, siquidẽ fuerit

fuerit quis accusatus pro crimine capitali, pro quo veniat imponenda pœna mortis naturalis, ciuilis, vel abscissionis mēbri, vel carceris perpetui, quia in istis casibus habet locū foriudicatio, vt habet in const. regni. pœnam eorū. & in c. regni. siue quis sit forbannitus. excepto crimine periurij, quia licèt pro eo imponatur pœna abscissionis mēbri, vt in consti. eos qui sciēter. tamē pro eo nō habet locum foriudicatio, vt dicit ritus magnæ curiæ vicariæ incip. item seruat ipsa curia, ꝙ pro periurio. facta citatione cōtrà ipsum accusatum secundū formam traditam in materia citationis, secutaq; nūtij relatione vt dixi, accusatisque contumacijs eo modo, & forma, vt suprà demōstraui, non cōparente excusatore, vel cōparēte elapso termino ad cōparendum dato, vel aliter prouiso super excusationibus, vt dixi in materia cōparitionis excusatoris, & remanente firma cōtumacia, facta annotatione bonorū, vel nō, cùm nō sit de substantia de generali consuetudine Italiæ, publicatoq; bāno per loca publica, vt demonstraui suprà in materia bāni, elapsoq; anno à die publicationis dicti bāni, secundū formam, quam supra tradidi, cùm ab eo die incipiat currere annus, secundùm And. de Iser. & Afflic. in consti. pœnā eorum. in 7. requisito. ac viuente accusatore, ad cuius instātiam fuit processum, cùm aliàs eo mortuo non posset procedi ad sententiam foriudicationis contrà inquisitum. secūdùm And. de Iser. in d. cōsti. pœnam eorum. & ibi Affli. in x. requisito. & hoc, quando esset processum per viam querelę. sed si ex officio esset processum, dato, ꝙ primus iudex esset mortuus, vel mutatus, successor posset procedere ad foriudicationem, vt per And. de Iser. & Afflic. ibidem, quod intellige, vt per eos: tunc comparente accusatore, & petente foriudicari.

2 † Cuius cōparitionis forma erit: Corā vobis magnifico Domino Straticoto Salerni cōparet Tit. querulator infrà scriptorum, & dicit mensibus præteritis per eundem fuisse expositā querelam contrà infrà scriptos de homicidio commisso in personam Tit. sui quondā filij in vestra curia, in qua fuit contrà eosdem processum post captā legitimam informationē de dicto homicidio, & consti. contrà eosdem ad citationem eorundem ad informandum, & ad recipiendum copiam capitulorum, & seruatis seruandis fuerunt reputati contumaces, banniti, & annotati iuxtà formam sacrarum regni const. & quia à die publicationis dicti banni iam elapsus est annus, & hodiè est vltima dies anni, & nullus ipsorum cōparuit, nec aliquis pro parte eorundem legitimam excusationis causam proponendo, sed perseuerauerunt, & perseuerāt in dicta eorum contumacia, contēnendo vos cum reuerentia, & vestram iurisdictionem. quare contrà eosdem accusat dictam contumaciam, & eorum perseuerantiā, & maxima cum instantia instat, & petit per vos, & vestram curiā procedi ad sententiam foriudicationis contrà eosdem, seruatis seruandis, isto, & omni meliori modo, &c.

3 ¶ Fis. † Quoniam dixisti in comparationis forma: quia iā elapsus

elapſus eſt annus,& hodiè eſt vlti
ma dies anni,quæro, an de neceſ-
ſitate debeat accuſator in vltima
die anni comparere,& inſtare pro
foriudicationẽ,ac accuſare contu
maciam ipſius bãniti,vel ſufficiat
quandocũq; inſtare poſt annum ?
¶I v. Reperio And.de Iſer. in re-
pertorio ſuo.in verſi.feudatarius
bannitus ob maleficium,qui vide
tur velle, ꝙ de neceſſitate requira
tur,vt in vltima die anni accuſe-
tur contumacia : & ſic antequam
ex toto integer labatur totus an-
nus.de quo dicto meminit Carre.
in repeti.l.obſeruare curabis. nu.
72.vbi dicit,ꝙ licèt hoc requiſitũ
non ponatur per Afflic.tamen tu
tius eſſet, quòd interueniat: licèt
dicat,quòd nunquàm viderit ſer-
uari.& de hoc etiam ego teſtor,ꝙ
nunquam viderim ſeruari huiuſ-
modi dictum And.de Iſer.& ſi be
nè inſpiciatur,in conſti.pœnã eo-
rum,non dicit id,quod dicitur in
repertorio:hodiè verò ſubdit car
re. aut inſtatur per accuſatorem
vltima die anni,& tum accuſetur
contumacia,& perſeuerantia: aut
antè per aliquot dies , aut poſt ci-
tantur agnati , vt infrà dicam , &
accuſata cõtumacia in vltima diè
anni, proceditur ad ſententiã for
iudicationis , ſecundùm Afflic.in
d.conſt.pœnam eorum.viij.& xj.
requiſitis.& ſentit expectari, ꝙ la
batur integer annus : & eo elapſo
expeditur citatio: & inde nemine
in termino citationis comparen-
te proceditur ad foriudicationẽ .
in vltimo tamen peremptorio hu
ius citationis accuſatur contuma
cia banniti,& inſtatur, quòd for-
iudicetur , & ita ſeruatur: intelli-
gas tamen,ꝙ antè citationem ex-
pediendam inſtetur per accuſato-
rem procedi ad foriudicationẽ:
& hoc ſiue poſt annum , ſiue antè
finitum,ſiue vltima die anni: cita
tio autem expeditur elapſo toto
anno.& hæc eſt practica omnium
4 curiarum de regno.†Forma verò
citationis expedienda, antequàm
foriudicetur , erit hæc : Nos Tit.
Straticotus gubernator Salerni ti
bi iurato , & ſeruienti noſtræ cu-
riæ,& quibuſcunque alijs alguze-
rijs,& ſeruientibus quarumuis cu
riarum,ſcire facimus, ꝙ perquiſi-
tis actis reperimus infrà ſcriptos
fuiſſe accuſatos anno præterito
de homicidio commiſſo in perſò
nam Tit.filij.Tit.accuſatoris ; ſu-
per quo homicidio capta infor-
matione fuerunt reperti culpabi-
les infrà ſcripti,qui fuerunt citati
per nos, & noſtram curiam ad in-
formandũ:& accuſata contrà præ
fatos prima contumacia ſub die
tali.ac expectatis uſque,& per to-
tum vltimum peremptorium , &
minimè ipſis comparentibus, con
trà eoſdẽ fuit accuſata vltima cõ-
tumacia ſub die tali.& fuerunt rè
putati contumaces, & condemna
ti ad pœnam in mandato conten
tam,fueruntq́; etiam citati ad re-
cipiendum copiam capitulorum
dictæ inquiſitionis formatę ſuper
dicto homicidio,& cõtrà eos fuit
accuſata prima contumacia ſub
die tali.demũ expectatis de æqui-
tatè per triduum, & minimè ipſis
comparentibus,nec aliquibus ip-
ſorum nomine iuſtam excuſatio-
nis cauſam proponẽtibus, fuit cõ
trà eoſdem accuſata vltima con-
tumacia ſub die tali.& condemna
ti ad tertiam partem bonorũ mo-
bilium; fuitq; decretũ,cætera bo-

ria fore annotanda iuxtà formam regni constitutionum, & decreto fore supponẽdos banno: demum per eandẽ curiam cõtrà eosdẽ sub die tali processum fuit ad annotationem bonorũ,& sub die tali publicè fuerũt banniti,& præconizati alta, & intelligibili voce more præconis,idq; in locis publicis,& cõsuetis, & à die dicti banni promulgati elapsus est integer annus datus per regni cõstitutiones cõtumacibus pro termino ad cõparendum: & infrà scripti perseuerantes in eorũ duritia,& cõtumacia minimè cõparuerunt; nec aliquis pro eis ad proponendam aliquam legitimã causam excusationis:& quia nouiter sub die tali,cõparuit dictus querulator,& quàm maxime institit contrà eosdem citatos, & contumaces procedi ad sentẽtiam foriudicationis, accusando contrà eos dictam perseueratam cõtumaciam: & quia iustũ petiit: & iusta petentibus non est denegandus assensus, fuit per nos prouisum forè expediendas debitas prouisiones cõtrà agnatos, cognatos, affines,& amicos,ac vicinos,ac ipsos contumaces:quo circà vobis,quibus suprà, mãdamus, quatenus receptis præsentibus ad omnem instantiam, & simplicem requisitionem dicti querulantis, vel curiæ coadiutoris,vos, vel alter vestrum se conferat ad domũ propriæ habitationis infrà scriptorum,ipsosq; nostri parti citet, & requirat, quatenus ad primam iuris compareant coràm nobis,& nostra curia ad dicendum,& allegandum causam,quare ad dictam sententiam foriudicationis contrà eos procedi nequeat: & ad allegandum causas iustæ absentiæ proùt tunc erant: ipsamq; citationem notificet infrà scriptorum affinibus, agnatis, cognatis, amicis,& vicinis,& etiam præconizet in loco uiciniæ alta,& intelligibili voce,more præconis,prędicta omnia notificando, vt nemo possit ignorantiam prætendere: & qui ipsorum voluerint causas iustæ absentiæ, proùt tunc erant,allegare,vel aliter proponere,& opponere, quòd ad sententiam foriudicationis procedi nõ debeat, comparere valeant intrà eundem terminum datum, &c. & referatur,&c.hãc citationem docet Afflic.licèt non ita particulariter,sed succinctè in d.consti.pœnam eorum.in xj.requisito.versi. sed quæro quomodo fiat hæc citatio.

5 † Expedita verò hac citatione,& facta relatione nuntii in pede ipsius ordine successiuo accusetur prima contumacia,& triduò post secunda instante querulante,& accusante contumaciam contrà cõtumaces, & petẽte prouideri super foriudicatione.

6 † Porrò deinceps curia ipsa nemine cõparente pro parte cõtumacis prouideat sub hac forma. & per curiam uisis banno, & contumaciis accusatis contrà prædictos citatos,relatos, & non comparentes: visisq; annotatione bonorum,publicatione banni, & perseuerantia ipsorum in cõtumacia per annum vnum integrum à die publicationis ipsius banni:uisisq; instãtiis factis nobis, & nostræ curiæ per querulantem: visisq; citationibus expeditis contrà dictos contumaces, eorumq; affines, agnatos, cognatos, amicos, & vicinos

nos ad allegãdum causam iustam impedimentorum, prout tūc erãt, & ipsarum nuncij relationibus: visisque cõtumacijs accusatis prima, & vltima, expectato vltimo peremptorio: & quia nemo comparuit, fuit per eãdem curiam prouisum, & decretum, fore procedendum, prout procedi mandatur cõtrà prædictos ad sententiam foriudicationis seruata forma iuris. hoc suum, &c. hoc facto poterit proferri sentẽtia foriudicationis, vel tunc, vel quando iudici uisum fuerit. & ita seruatur ĩ magna curia vicaria, vbi facto dicto decreto non profertur sententia tunc, sed in uigilia natiuitatis Domini nostri Iesu Christi, & ĩ ultima curia aliarum feriarum, quæ fiunt.

7 IN. † Quænã possunt allegari ad impediendam sententiam foriudicationis per affines, & amicos foriudicandi? ¶ IVD. Plura sunt, quæ possunt allegari ad impediẽdam prolationem sententiæ foriudicationis. & primò potest opponi de minori ætate, quæ obstat in tantùm, quòd minor foriudicari non potest, vt est doctri. Bald. in l. clarum. C. de autho. præstan. & sequitur Mars. in l. de minore. in princ. num. 41. ff. de quæstio. & decidit Afflic. in cõstit. minorum iura. in v. no. & habetur per Bald. in l. vnica. C. de confe. uersi iuxtà hoc quæro, an adultus. qui uidetur tenere contrarium in adulto, sed non in pupillo. & habetur per Boër. in decisio. lxiij. ĩ prima parte. & habetur per Nel. de sa. Ge. in tra. banniti. prima q. primi tempo. & habetur per Barto. Cepol. in con. xxxj. vnde cogetur iudex dare terminum ad probãdum de minori ætate. Aliquando facta hac oppositione vidi processum ad sentẽtiam foriudicationis, ita, quòd quandocunque peruenit ille foriudicatus in fortiis curiæ, ꝙ habeatur ratio de minori ętate allegata.

8 † Secundò opponitur impedimentum captiuitatis penès Turcas de quo dixi ad plenum suprà in misericordia excusationũ.

9 † Vnum tamen est notandum tãquàm principale in materia, ꝙ ea impedimenta allegata impediunt foriudicationem, quę fuerunt tẽpore citationis ad informãdum: nõ ea, q̃ ex post facto superuenissent, ut habetur per Affli. in d. cõstit. pœnam eorum. in xj. requisito. & ibi ꝑ And. de Iser. in ij. col. & in consti. edictorum. in ij. col.

10 ¶ INQVI. † Nunquid possit opponi, quòd licitè potuit committi homicidium, quia ille, qui occisus fuit, erat foriudicatus? ¶ IVD. Hæc quæstio habet plures difficultates. prima an sit uerum indistinctè, quòd licèt potest occidi foriudicatus. & quomòdo procedat secũda, an per agnatos, affines, cognatos, & amicos, posset id opponi. & quò ad primam quæstionem dicendum est, quòd homicidium commissum in personam foriudicati, est impunibile, vt habetur in consti. pœnã eorum, & ibi not. per Afflic. in xj. & xij. not. vbi dicitur, quòd tãquam hostis publicus potest foriudicatus occidi, ut habetur per Bar. in l. in amissione. §. qui deficiunt. ff. de capit. dimi. & Mars. in cons. ij. & 57. 86. & 100.

11 † Et intantùm hoc est uerum, quòd potest suspẽdi foriudicatus per priuatum, dũmodò non faciat animo usurpan

di iurisdictionem, vt habetur per
12 Affli. vbi supra. ¶Fis.† Sed nunquid liceat occidere foriudicatũ per pecuniam proditoriè, vel veneno? & videtur dicendum, quòd non. nam legis minister occidendo malefactorem licitè facit, si facit non odiose, nec malo zelo, sed compassione. xxiij.c. Sex differentiæ. hic autem quum non bono zelo, & zelo iustitiæ, sed priuatæ vindictæ præsupponatur occidere, non est legis minister habendus, sed vltor alienæ uindictæ: ergo nõ potest dici excusatus: item, per legem, qua delicta puniũtur, non debet delictis via aperiri. l. ij. C. vndè ui. ne vndè iura nascũtur, inde nascantur iniuriæ. l. meminerint. C. vnde vi. sed intelligendo, quòd præmissa essent permissa p consti. pœnam eorum. aperiretur uia maleficiis, quod est cõtrà iura. l. nullus. C. de iudæ. item aperiretur uia ad trucidandum homines per pecuniam, quod est detestabile crimen. c. j. lib. vj. extrà de de homi. ergo nõ excusatur. item probatur tali ratione, quod fit licitè, si fit gratis, efficitur illicitũ, & videtur esse delictum, si fiat recepta pecunia. l. prima, in fi. ff. de recepta. sic ergo erit in proposito nostro. ¶INQVI. Sed contrariam opinionem tenet Bald. in l. Gracchus. C. de adulter. etiam in consi. fi. in fi. in pri. lib. vbi consuluit, quòd licet etiam veneno occidere. & idẽ tenet Deci. in consi. cccxxvij. & Marf. in l. j. in prin. ff. de fal. ¶IVD. Hanc eandem quæstionem examinat Nel. de san. Gemi. in tra. bãni. in ij. parte. ij. tempo. ĩ xij. q. & finaliter dicit, quòd licet de stricto iuris rigore prima opinio esset verior, tamẽ ipse uiderit seruari secũdam opinionẽ, quòd qualitercunq; foriudicatus occidatur, impunè occidetur. ad quam quæstionem addo Bar. Cepol. in consi. v. & consi. xxxiij. & Ange. post Bart. in l. fi. C. de delator. lib. x. & Alexand. post Bar. in l. respiciendum. §. delinquunt. in princ. ff. de pœn. Mar. in sing. xvj. incip. proditores. & Io. de Arno. in solilo. ij. & Marsi. in consi. cxxj. & Io. de Arno. in dialo. xvj. & solilo. xl. & in sing. lxxj. post Bald. in l. decuriones. in fi. C. de infa. ego autem saluo semper meliori iudicio loquẽdo in terminis dictæ cõstitutionis. pœnam eorum. quicquid dicant Docto. qui in contrarium loquuntur, dico, quòd attenta dicta constit. sumus in claris, cùm, si rectè inspiciatur dicta cõstitu. mãdat occidi foriudicatum per pecuniam, dum promittit dare præmium occidenti. & sic non curat legislator cõmittere assassinium, quia id facit ad vindictam malorũ. vndè sicut legislator mãdat per pecuniam occidi foriuditum, ita pari modo licet minist. legis, qui erit quilibet, qui occidit, vel occidi facit foriudicatũ, cùm verè hoc faciat velut minister legis. & sic quocunque modo id faciat, siue p pecuniã, siue ueneno, siue pditoriè, licitè facit. tãto magis, cùm cõstitutio dicat impunè occidi. quod enim impunè fit, maleficiũ non est. secũdùm Bal. in l. decuriones. in fi. C. de infa. quod põderauit Io. de Arno. in d. sing. lxxj. incip. meminimus. & si benè inspiciatur Affli. in d. consti. pœnã eorum. in iij. col. in prima quæstio. videtur tenere hãc opinionẽ, cùm

eum facit oppositionem contrà constitu. quia uidetur per eã permitti homicidiũ cum assassinio, & tamen posteà tenet cum cõstit. & ita tenendum puto. ¶ Fiscvs.

13 † Sed an liceat occidere foriudicatum existẽtem in fortiis curię? ¶ Ivdex. Dicas, quòd non, vt ꝑ Bart. & Angel. in l.iij.§.transfugas.ff.de siccar.& ita concluditur per Iser. in constitu. pœnam eorum.& ibi Afflict. xij. nota. in ij. q. & in constitut. pacis cultum. xx.& vlti. col. & ideò aliàs bene consului interrogatus, si quidam cepit foriudicatum,vt curiæ præsentaret, & tenens ipsum in mani bus, vt duceret,socius eiusdẽ capi entis de retro eũ interfecit,an teneatur?& dixi, quòd sic ꝑ præsenta.quæ notes.sed contrariũ,& melius posteà dixi in prag. de foriu.

14 occide.vide,quæ ibi dixi.† Et an liceat occidere fratrem foriudicatum,vel virũ foriudicatum,vel patrẽ,uide per Nel. de san.Gemi. in trac.banniito.in iij.par.ij. tempo. in q. liiij. & Ioã.de Arno.in sollo.66.& in caute.v.& in epito.62. & Carre. ĩ prac.cri.fol.94.n.197.

15 † Et quid de occidẽte foriudicatum,qui erat rebannitus,nõ tamẽ adhuc erat cancellatus? ibi ꝑ Carre.nu.cciiij.& plurimi sunt modi in quibus limitat non ꝓcedere dictam cõsti.in dicto casu. vide per eundem Carre.& quid de occidẽte foriudicatum toleratum à superiore, qui cõmuni existimatione nõ habebat pro foriudicato. ibi.

16 nu.ccxvij. & ccxviij. † Redeũdo modò ad propositum nostrum, an agnati, cognati,affines, amici vel procurator possint allegare istud, quòd homicidium commissum fuit in foriudicatũ, & sic, quòd impunè potuit cõmitti. Io. de Arno.in commenta. clviij.dicit,ꝙ sic Nel.de san.Gemi.in tra. sæpius alle. in ij.par.ij. tẽpo.ĩ 14. q. latiùs tangit quæstionem:& finaliter dicit,quòd aut foriudicatio est notoria, & per quemlibet potest opponi:aut nõ est notoria, puta, quia non concordant qualitates, siue demonstrationes mortui in processu nominati cum demõsttationibus foriudicationis: & sic esset necesse ꝓbari de indẽnitate:& tunc opponi nõ potest. demum subdit se uidisse seruari, quòd producta foriudicatione iudex ex se debet informare de ueritate, & idemnitate foriudicati occisi,& si reperit demonstrationes foriudicationis multùm uarias, debet repellere quencunque opponentem excepto principali. vide Maria. Soci. in ca. veniens extrà. de accusatio. nu. liij. cum sequen.vide Marsi.in pra.cri.in §. constante. num. 30. vbi dicit, ꝙ quilibet de popolo põt hoc alle-

17 gare. ¶ Inqvisitvs.† Nũquid possit opponi, esse præscriptum, querelæ; & actioni? ¶ Ivd. Duo sunt uidenda in hoc passu: vnum per quantum tempus, & quomòdo præscribãtur querelæ homicidij,& quid in alijs delictis: secundùm, an hæc oppositio possit fieri per quemlibet. circa primum sciendum est,quòd accusatio criminalis regulariter tollitur spatio xx. annorum, vt est casus notabilis in l. querel.C.de fal.quem Bald.& Ange. ibi dicunt singularem, & habetur per Iason. in §. pœnales.instit.de actio. colum.v. & Alexan. in l. in honorariis, in posti.

posti. ad Bartolum.ff.de actio, & obligatio. & per illam l. querela: Glos. in l. in cognitione. in Glo. magna, circà fin. ff. ad Sylle. in specie dixit, quòd de homicidio non potest quis accusari post uiginti annos, quia regula illius l. est generalis in omni crimine publico, vt sonant verba tex. quam Gloss. allegat Angel. in d. l. querela. in fin. & sic per eam determinat Panormi. in c. cùm haberent. iij. no. extrà. de eo qui duxit in matri. quam po. per adul. & sic, vt vides, regulariter in omni delicto præscribitur per xx. an-
18 nos. † Limitatur primò, ut non procedat in crimine suppositi partus: quia nũquàm præscribitur, ut firmat Fran. Bal. in tra. de præ. in iiij. parte iiij. partis principalis. in
19 ij. q. † Secundò fallit in crimine adulterii, stupri, & lenocinii. qa præscribitur quinquẽnio tãtùm. l. mariti. §. hoc quinquẽniũ ff. de adulter. & l. adulter. C. eo. tit. nisi adulteriũ esset incestui mixtũ, vel è contrà. tunc enim non præscribitur quinquẽnio. l. uim passam. §. præscriptione. eo. titu. nam crimẽ incestus est perpetuum, & nõ præscribitur, nisi per xx. annos, secundùm Ange. in d. §. præscriptione. & sic licèt adulterium duret per quinquennium, tamẽ mixtum cum incestu durat xx. annos: quia quãdo delicta sunt inuicem permixta, illud, quod est magis perpetuum, reducit ad sui perpetuitatem minus perpetuum, vt dicunt Bald. & Sali. in l. adulter. ff. de adulter. col. pri. uer. ex Glo. tamẽ uot. & hoc probatur etiam per tex. in d. l. mariti. §. fin. ff. de adulter. vbi adulterium per uim commissum non tollitur quinquẽnio ob rationem unionis: licèt cõtrariũ uelit Ioã. Berber. in suo iuris viatorio. in titu. de adulte. in iiij. col. circà medium. & plenè habetur per Boër. in decisio. 26.
20 in j. par. num. 12. † Tertio. fallit ut non procedat in foro spirituali ad pœnitentiam peragendam, & sic in foro conscientiæ: quia ibi nullum tempus est præfinitum, & nunquam præscribitur in delictis, ut est Glossa singu. in c. admonere. xxxiij. q. ij. quam refert Panor. in c. fi. colum. iij. & ibi Feli. col. ij. de præ. & Panor. in c. cùm haberet. iij. not. extrà, de eo, qui diu in matri, & plenè p. Fran. Bal. in tract. de præscrip. in
21 iiij. parte. ij. quæ. nu. 4. † Quartò fallit in actione iniuriarũ prætoria, quia finit finito anno. l. si non cõuitii. C. de iniur. quia tũc actio criminalis, quę non oritur ex eodẽ delicto, iuxtà §. in sũma i[illegible]. in iur. pariter finitur anno. & idem procedit ĩ aliis delictis, ex quibus regulariter oritur duplex actio, ciuilis, & criminalis. l. fin. ff. de priua. delict. & l. fi. ff. de fur. ista fuit singul. doctrina Iaco. But. quã sequitur Ang. in d. l. querela ĩ prin. & Sali. in fi. qui latius declarat faciẽs notabilẽ cõclusionẽ, qđ de crimine non potest criminaliter quæri vltrà tempus, intrà qđ potest de eo ciuiliter agi. & sic extincta ciuili, erit extincta & criminalis: cũ crimina sint odiosa. & ideò eorum metu regulariter minori tempore coarctantur, quàm
22 ciuiles actiones, quæ durãt triginta annos: & in iis sunt viginti. d. l. querela. ubi ergo extingui tur ciuilis minori tempore, tantò

ma-

magis debet exigui criminalis. ex quo infert Salic. post Ioc. But. ꝙ cum actio de dolo ciuilis hodiè coarctetur biennio continuo l. fi. C. de dol. non poterit agi de dolo criminaliter puniendo pœna stellionatus vltra biennium; & pariter in actione iniuriarum prætoria: sed quando actio iniuriarum est ciuilis, vt in tribus casibus positis in l. lex Cornelia. ff. de iniuri. tunc quia hæc ciuilis durat xxx. annis in illis casibus secũdùm neram opinionem, ut uolunt Glos. & doct. in d. l. si non conuiti j. eius criminalis durabit xx. annis. & sequitur Fran. Bald. vbi suprà.

22 † Quintò fallit, ut non procedat quo ad excipiendũ in crimine falsi, quia potest perpetuò excipi de falso, licèt accusatio sit temporalis, etiam post uigesimum annum. ita tenet Glos. in d. l. querela. per regulam, quæ habet, quòd temporalia ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum. l. purè, in fi. ff. de excep. doli. & l. licèt. cum Gl. C. de exceptio. quam copiosè examinat Fel. post Panor. in c. si autem. col. iiij. cum sequen. usque ad fin. ver. temporalia ad agendum. de rescrip. latè tractans, an perempto iure agendi, sit peremptum ius excipiendi.

23 † Sextò fallit. vt procedat dicta regula, quando opponitur per accusatum, vt tunc obstet exceptio præscriptionis: aliàs si non opponatur, tenet iudicium. secundum Bartol. in l. j. §. accusationem. ff. ad Turpilia. & in l. absenté. vlti. col. ff. de pœn.

24 † Septimò fallit, vt non procedat de iure canonico in criminibus impedientibus executionem ordinis, vel beneficij retentionem: etiam post peractam pœnitentiam, quia in eis non currit præscriptio, vt ꝑ Abba. & Feli. in ca. licèt causam. col. xviij. uersi. tertium remediũ, de pro. & per Aufrer. in decisio. Cappe. Tolosa. quæstione 188. de quibus criminibus habetur in c. inquisitionis. de accusa. ĩ alijs uerò tollitur directa accusatio spatio xx. annorũ. & sequitur Boëer. in dicta decisio. xxvj. ĩ prima parte. alias verò limitationes ad dictam regulam vide per Fran. Bal. in loco suprà allegato.

25 † Idem tamen procedit quoad ius inquirẽdi. nam ei præscribitur per xx. annos, secundum Angel. in l. si vacãtia. in fin. C. de bo. vacan. lib. x. vbi refert se audiuisse Bart. in sclis allegantem per hoc tex. cum Gloss. in l. filiusfamilias. §. veterani. ff. de pro. & Io. Imo. in l. diuus. ff. de re iudi. sequitur Petrus de Anca. in consi. 190. uolens, ꝙ sublato iure querulandi, sit etiam sublatum ius inquirendi, secundùm Alex. in l. ita demum. col. ulti. ver. & ideò facit hæc Gloss. & idem Ias. ibi col. ij. ver. xiij. limita. C. de procurato. & Boër. in d. decisio. xxvj. & an terminus ad accusandum, vel inquirendum currat à die scientię, vel delicti commissi, vide Marsi. in pract. criminа. in §. constante. nume. 85. vbi tenet, quòd à die cõmissi delicti.

26 † Quo verò ad secundã quæstionem, an hęc exceptio possit opponi ꝑ cognatos, & agnatos, & videtur dici posse, ꝙ sic. arg. eorũ, quę nota. per Glos. in l. qui cũ maior. §. libertus. & §. sequen. ff. de bon. liber. ubi habetur, quòd potest opponi per procuratorẽ, quòd querela est calumniosa, prætereа dicunt

cunt Iaco.de Bel.& Frã.de Tigrinis,de Pisis, ut dicit Bart.in l. accusatore. §. ad crimen. ff. de pu. iu.& Bar. de Sali.in l. reus. C. de accusa. quòd in criminalibus nõ admittitur ꝓcurator ad opponẽdum exceptionem peremptoriã, nisi esset notoria, quia tũc iudex ex suo officio debet supersedere ĩ ꝓcessu, & reiicere accusatorem, ne reus, & ipse fatigentur super inani processu.per Gl.sing.ĩ l.qui cũ natu maior.§.si libertus. ff. de bo.liber.sic ergo ĩ isto casu, quia de exceptiõe ista apparet ex actis: & sic ẽ notoria. est tñ cogitandũ super hoc,quia non pono pro cõ
27 stanti. † Potest etiam opponi de nullitate citationum, & contumaciarum:quæ nullitas est tanti momẽti,ꝙ reddat processum nullum cõtrà contumacem : taliter,quòd nõ potest subsequi seutẽtia foriudicationis.& hoc est,quando nõ sunt seruata ea, q̃ supradicta sunt in materia citationis, relationis nuncii,cõtumaciæ,& bãni, ut habetur per Afflic.in cõstit.pœnam eorũ.in iii.iiii.v.vi. &.vii.requisi-
28 tis.†Possunt etiam allegari ĩpedimẽta captiuitatis, carcerationis, infirmitatis, & absentiæ, ꝓùt tũc
29 erãt,ut suprà dixi.†Sin autem aliquid allegatum non fuerit, quod impediat prolationem sententiæ foriudicationis, tunc iudex proferat sub hac forma dicendã sententiam : Nos, Stratioticus gubernator ciuitatis Salerni, &c. receptis literis nostræ commissionis, quarum tenor est, &c. nobiscum assessore T. pro tribunali sedente,&c.viso præsenti processu in nostra curia agitato in contumaciam infrà scriptorum querulatorum,& inquisitorum de homicidio commisso in personã T. quum in eo referantur citatio, relatio Titij, contumaciæ, annotatio bonorum , publicatio banni particulariter,prout in forma bãni dictum fuit: referanturq; lapsus anni, in quo perstiterunt in contumacia, instantia querulantis, pro foriudicatione citatiões expeditæ, contumaciæ accusatæ per decretum interpositum : demum omnibus relatis subdatur: uisis uidendis, &c. consideratisq; cõsiderãdis, Christi,beatæq; Mariæ uirginis nominibus piè inuocatis,de quorum uultu recta prodeunt iudicia, & oculi iudicantium respiciunt ueritatem,considerãtes dictos T.& T. olim ꝑ nos nostramq; curiam citatos per annum integrum expectatos fuisse, minimeq; comparuisse,adeò,ꝙ se contumaces nequeant negare : in tantùm,ꝙ meritò sunt, & esse debẽt extrà omnem aditum iudicij constituti.eisq; limina iudicij ꝑcludi debent,ipsos foriudicamus: ita, quòd eis nulla appellationis, seu supplicationis remedia superesse cognoscant,& quo ad omnia ferè pro mortuis habeãtur,& hostes publici reputentur : ita,ut ab omnibus offendantur impunè, eorumq; offensores præmia consequantur,secundum terminos cõstit.regni.pœnam eorum.bonaq; eorum omnia fisco nostro publicamus,applicamusq; irremissibiliter: seruata tamen distinctione regiæ constitutionis.foriudicatorũ bona.taliter in ijs scriptis decernentes isto, & omni alio meliori
30 modo. ¶Fis.† Quid si moriatur pater foriudicati intestatus, superstitibus

perstitibus aliis fratribus, foriudicatus ne etiam succedet, quia primogenitus sit, an ipsius loco fiscus? ¶ IVDEX. Afflic. in constit. ob filiorum culpas. in iii. nota. dicit, quòd succedet secundò geni-
31 tus excluso fisco. † Sed si moriatur pater foriudicati superstite ipso foriudicato, & sorore in capillo, tunc succedet ei fiscus cũ onere dotandi sororem: & si soror sit maritata, & dotata, tũc in totum succedit fiscus, ea in totum exclusa, ut per eundem Afflict. in d. constitu. ob filiorum culpas. in v.
32 not. † Et si pater foriudicati mortuus sit, tempore quo filius foriudicatus erat mortuus, superstite solum filia maritata, quæ renuntiauit bonis paternis, succedunt eo casu alij agnati proximiores ĩ gradu, ut per eundem Afflict. ubi suprà. in v. nota. uersi. quid si uiuo
33 patre. † Adde, quòd mulier non potest foriudicari, sicùt non potest minor. secundùm Paul. de Cast. in l. vbi exigitur. in fi. princ. ff. de eden. pro quo faciunt optimè dicta per Ang. & Bald. & Alexa. in l. ij. col. j. ff. si quis in ius uoca. non ier. & per Marsi. in practi-
34 ca cri. §. postquàm. nu. 60. † Debet etiam uidere iudex, si tempore primæ citationis ad informandũ aliquis comparuit, & proposuit excusationem: quia si erat admittẽda, & non fuit admissa, non potest procedi ad sententiam foriudicationis: aliàs erit nulla, ut per Afflict. in constit. pœnam eorũ. in nono requisito.

¶ Captis foriudicatis recognoscantur. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Foriudicatus cùm captus fuerit, debet fieri recognitio ipsius*
2 *Foriudicato debet dari terminus ad dicẽdum causam, quare sententia foriudicationis exequi non debeat.*
3 *Nullitas aduersus sententiam foriudicationis allegari potest.*
4 *Nullitas quæ possit allegari aduersus sententiam foriudicationis. & nu. 5.*
6 *Sententia foriudicationis exequitur sine alia pronuntiatione.*
7 *Sententiæ foriudicationis an præscribantur per xxx. annos.*
8 *Sententia foriudicationis an post decem annos possit allegari nulla.*

FISCVS.

VT nihil remaneat inta-
1 ctum, quæro, † quòd si contingat capi foriudicatos, quid debet iudex facere? ¶ IVD. Si euenerit, quòd foriudicati capiantur, tunc iudices cõfestim ipsos examinent interrogãdo, vbi, & quomòdo in forcias curiæ peruenerint: quòd nomẽ habeant, quòd cognomen: & de qua casata, ciuitate, terra, castello, vel casali sint: quãto tẽpore fuerint absentes ab eorũ domibus:

domibus: qua de cauſa,& vbi fuerint: quo tempore ſe abſentauerint: ſi in caſata,& cognomine ipſorum ſint & alij,qui vocẽtur nominibus, quibus ipſi vocantur: ſi habeant patrem, vel matrem: & quomòdo vocentur, vel vocabantur: ſi non habent, ſi habeant bona ſtabilia, & domos in ciuitate, & cum quibus confinentur:ſi fuerint inquietati de homicidio in perſonam Tit. commiſſo: ſi fuerint citati,banditi, & vltimo loco foriudicati: & aliter, vt natura cauſæ expopoſcerit,& reorum cõfeſſiones, vel negationes fuerint: & ideo interrogandi ſunt ſuper omnibus iſtis circunſtãtijs,& qualitatibus, vt videatur, ſi concordent cum qualitatibus exiſtentibus in proceſſu:& ſic fiat recognitio:& hoc,quando non ſtatim cõfiterentur ſe eſſe illoſmet,de quibus in ſententia foriudicationis: demum in faciem ipſorum examinentur aliqui teſtes ſuper ipſorum recognitione, ipſos interrogando de omnibus circunſtantijs, & demonſtrationibus, de quibus in proceſſu, & ſententia: ut ſic uere appareat eſſe eoſdemmet, de quibus in ipſa ſententia. & hanc practicam docet Bartol.in l.diuus. colu.ij. verſic. & ſic diuus pius. ff. de cuſto. reo. & in l. prima. ff. de requir. re. & approbat, & eam ſequitur Ioan. Mill. in ſua praxi cri. fol.lxij. nu.21. in Gl.publicandos docet. Ang.de Aret.pleniùs, quàm alibi, in li.malefi.in verbo,Caium Sempronii. in princ. & ita ſeruatur in

2 regno † Facta autem recognitione,& cõſtito curiæ eſſe illoſmet, de quibus in ſentẽtia, tunc iudex ſtatuat eis breuem terminũ ad dicendum cauſam,quare contrà eos exequi non debeat ſententia foriudicationis: eiſque prouideat de aduocato, & procuratore: & petentibus copiam ſententiæ foriudicationis, banni, & contumaciarum, iubeat eis conſignari. & ita ſeruandum eſt, quicquid dicant Ange. in l.interſtipulantem. §.j.ff. de uerbo. obliga. & Io. de Arno.in epito. 87.& in commen. 42.poſt Feli. in c. ad abolendam. in fi. de hære. quos refert Carre. in repeti.l. obſeruare curabis. C. quo appe.num.64. & quicquid dicat Afflic.in conſti.pœnã eorũ.in xvij.no. qõnes cõcludunt, ꝙ cõſtito,quòd eſt illemet, qui fuit foriudicatus,confeſtim mittitur ad furcas.hoc autem intelligitur, ut procedat dato dicto breui termino,& ita ſeruatur,& ſeruari uidi.

3 † Et eſt ratio, quia licèt à ſententia foriudicationis non poſſit appellari,& non poſſit doceri de innocentia, tamẽ poteſt dici de nullitate ſẽtẽtiæ,ut habetur per Afflic.in conſti.pœnam eorum.in v. q.princ. in fi.& ſequen.cum ergo habeat foriudicatus defenſionem aduerſus ſentẽtiam,audiri debet: & eſt allegãda nullitas per ipſum principalem, non autem per procuratorem, ut ibi per Afflict.licèt poſſet practicari, quod non detur terminus prædictus, niſi petatur, & niſi allegetur tale quid, in quo conueniat termini datio: tamẽ tutius eſt, quòd detur. ¶ INQVI.

4 † Quot ergo modis põt dici ſñia foriudicationis nulla?¶IVD.Dic, ꝙ pluribꝰ modis:aliquando.n.reſpectu perſonæ, in quam eſt lata: ut, quia clericus, quia tũc erit nul

la : vel quando fertur per errorẽ. de quibus ad longum per Gram. in consil. j. post regias decisio-
5 nes. † Aliquando est nulla, quotiescunque citationes, relationes nuntii, contumaciæ, & alia, quæ p ordinem suis in locis posuimus, non ita interuenerunt, ut dixi. & per Afflict. in d. consti. pœnam eorum.ĩ omnibus suis requisitis,
6 & per Gram. ubi suprà. † Si uerò nullitates allegatæ non subsistũt, tunc iudex poterit dictam senten .tiam executioni demandare : secundum præallegatos Docto. & ita practicandum puto, sine eo, quòd alia sententia condemnatoria feratur, nisi quòd mittitur ad furcas, vel inciditur caput à spatulis uigore sententiæ foriudicationis, vt dicit Affl. in d. const. pœnã
7 eorum. in 17. no. ¶ INQV. † Pone, ꝙ quis stetit foriudicatus per spatium xxx. anno. quibus elapsis captus est, an sentẽtia foriudicationis cõtrà eum executioni demandetur? & uidetur dicẽdum, ꝙ non, quia sicùt cuicunq; actioni ẽt ex sentẽtia præscribitur spatio xxx. anno. l. oẽs. & l. sicùt. C. de præsc. xxx. anno. ita ĩ proposito nostro. ¶ IVDEX. Sed cõtrarium decidit Bal. ĩ l. data opera. C. qui accu. nõ possunt. & sequit̃ Nel. de san. Gemi. in tra. bãnito. in ij. par. ii. tẽp.
8 in q. 64. ¶ FIS. † Sed pone, ꝙ lata ẽ sententia foriudicationis contrà aliquem, & ab ea iam sunt elapsi duodecim anni, & demum captus est ille foriudicatus, & opponit de nullitate sententiæ, an audietur? & uidetur dicendum, quòd non, quia sententia ipsa transiuit in rem iudicatam. iam enim sunt anni xii. cum ab ea non fuit aliter reclamatum, seu aliter de nullitate dictum : maximè, quando ex tenore, & uerbis sententiæ liquet omnia soléniter de more iudicii processisse : & citationes, & probationes, & contumacias, & bannum, ac cætera incumbentia, ob quod uerbis ipsius sententiæ cuncta narrantibus standum est : pro quo facit, quia licèt petens executionem sententiæ debeat ultra sententiam producere acta, tamen si transactum est biennium post sententiam, nõ tenetur acta producere, secundum Bald. ĩ l. j. uer. extrà quæro ne lic. ter. pro. ¶ IVDEX. Hæc quæstio requireret altiorem indaginem, sed quia reperio eam decisam in sacro regio consi. Neapo. vt refert Gram. ĩ decisi. xxiiii. incipit Andreas de Maxi. & tãdem deciditur, quòd si ex verbis sentẽtiæ apparet omnia solenniter processisse, & sunt elapsi saltem x. anni, non potest amplius de nullitate dici, quia sat est, quòd constet de corpore foriudicati.

SECVNDA PARS secundæ partis.

¶ Verùm si citati comparent, & purgant contumaciam, audiantur. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Citatus comparẽs recta curia vsq; ad primũ sonũ, nõ dicitur cõtumax, et in sequente curia debet psonaliter instare, quòd procedatur. nu. 2.*

3 *Fideiussor*

3 Fideiussor citatus ad præsentandum principalem, si comparet in ultimo peremptorio si ne principali recta curia est contumax.

4 Fideiussor contumax, an repræsentando reum purget moram.

5 Contumax si comparet intrà duos menses, & purgat contumaciam, an debeat sub fideiussoribus liberari.

6 Contumacia contracta p præsidē prouinciæ an purgetur, si contumax comparuerit in magna curia uicaria.

7 Contumax an dicatur, qui accessit ad superiorem, et non cōparuit coram citāte ex probabili causa.

8 Contumax an purgans contumaciam, si nō habet fideiussores, statim incarcerabitur.

9 Contumax in criminibus, pro quibus aliàs deberet sub fideiussoribus liberari, non liberabitur propter contumaciam.

10 Contumax an possit allegare declinatoriam fori.

11 Contumacia purgata an faciat indicium sufficiens ad torturam.

12 Contumax si purgauit contumaciam, & dedit fideiussores de stando iuri, & iterum citatus ad cōtestandum litem, si non compareat, quid faciet iudex.

13 Fideiussor cōdemnatus ad pœnā, quia non præsentauit principalem, an si post aliquot dies præsentet, euitet pœnam.

FISCVS.

VIDEO iam primam partem secundæ partis principalis cōpletam, i qua plenè edoctus sum qualiter procedatur contrà contuma-
1 ces, & non comparentes † uerùm quia aliqn̄ inquisiti cōparēt post cōtractam contumaciam, & eam purgant offerentes se stare iuri: aliqn̄ etiam antè cōtumaciam cōtractam, sed in ultimo peremptorio. idcircò si placet de iis disseramus, ut aliàs recolo te spopōdisse.

¶IVD. Aequissimam rē postulas, & iusta petentibus non est denegādus assensus: maximè, quia cornu bos capitur, uoce ligatur homo. idcircò scire debes, ꝙ sunt q̄dam, qui cōparent contracta cōtumacia recta curia: & tunc etiam si comparent usque ad primum sonum, non erunt contumaces, sed scribitur eorum comparitio: uide licet, ꝙ talis comparuit dicto die contumaciæ, adhuc curia ipsa ꝓ tribunali sedēte. & licèt reuera curia nō sedebat, qn̄ comparuit, scribitur tn̄ ita: & non remanet contumax, ut dictat ritus magnæ curiæ uica. incip. item seruat ipsa curia, ꝙ si aliquis bānitur. & debet personaliter comparere, & nō per
2 procuratorem. † Et si eo sero non fuerit detētus, & carcerat⁹, debet in sequēti curia ꝓsonaliter cōparere, & instare, vel ꝙ liberetur, vel

quòd procedatur in causa: aliàs remanebit contumax, ut dictat ritus magnæ curiæ uica. incip.item quòd plerunque contigit. & nihilominus in omnem euentum debet præstare fideiussores de stãdo iuri, ut in dicto ritu: & hoc intrà tres dies, ut ĩ alio ritu incip. item ꝙ illi, qui sunt banniti.
3 † Hoc aũt non procedit in fideiussore citato, ut præsentet principalem, quia licet compareat eodem die, quo remãsit contumax, non purgat cõtumaciam, nisi dicto die præsentauerit principalem, ut dictat ritus magnæ curiæ uicariæ, incip. item quòd si condemnatus est fideiussor. & in ritu incip. item seruat ipsa curia, ꝙ si aliquis.
4 † Et intantùm hoc procedit, quòd si fideiussor uoluerit moram purgare intrà septem dies iuxtà æquitatẽ traditam per l. & si post tres. ff. si quis cautio. & c. legẽ ueterem. nõ potest, ut dictat ritus magnæ curiæ uicariæ, incip. item nõ possunt moram. sed aduertẽdum est, ꝙ in cõtrarium fuit decisum in sacro reg. con. si benè aduertatur, nulla facta mentione de ritu prædicto, ut refert Grã. in decisio. xcv. ĩcip. in causa magnifici. & recolo, dũ tunc temporis essem in ciuitate Neapolis, fuisse patronum causæ magnificum Federicum Lõgum: ubi tandẽ dicitur, quòd fideiussor repræsentando reum cõgruo loco, & tempore, purgat moram. quod nota. ¶ INQVISITVS.
1 † Sed an si quis comparuerit eodem die, vel intra duos menses, secundùm terminos constitutio. regni, clementiæ, debeat carcerari, vel admitti cum fideiussoria cautione extrà carceres? ¶ IVD. Dicit Afflic. in prædi. const. in ij. no. ver. sed quid si personaliter. ꝙ si constat de crimine, non liberabitur, sed defendet se in carceribus, iuxtà terminos cõst. regni, humanitate. & hoc quãdo sumus in casu, quo etiam si à principio cõparuisset, deberet facere defensiones in carceribus: sed si essemus in casu, quo si à principio comparuisset, deberet sub fideiussoribus liberari, tunc comparens intrà duos menses etiam liberabitur fideiussoribus: sed si post duos menses comparuisset, tunc perdit priuilegium, si constat refertum esse expensis: & si non constat, propter spontaneam comparitionem admittitur extrà carceres: sed si post duos menses capitur defendet se in carceribus, etiam si esset casus, in quo à principio nõ debebat carcerari, si spõtè compareret. & hoc propter suam contumaciam, vt optimè declarat Afflict. in constitutio. clementiæ. in ij. nota. versi. sed quando post duos menses. adde hic Pet. de Mo. for. & Bart. de Capu. in constitutio. humanitate. quòd illa constitutio. quatenus voluit bannitum non liberari fideiussoribus, procedit, quando contumacia non est purgata: sed si est purgata contumacia, nõ habet locum, si modò natura criminis non repugnet. ¶ FIS. † Quid si aliquis reputatur contumax per iustitiarium, an comparendo in magna curia vicaria purget contumaciam? ¶ IVD. Hanc quæstionem posuit Afflict. in d. const. clemen. in. iiij. no. & decidit, ꝙ non, etiam si magna curia, vel alius superior admisisset ad purgandum suam contumaciam: nisi esset rex,

qui dispensasset contrà consti.cle
mentiæ.cum clausula, ꝙ non ob-
stante. & nota, quia sæpè euenit
7 in facto. ¶ In. † Quòd si citatur
quis, qui ob aliquam iustam cau-
sam partialitatis cõtrariç, aut ini
micitiæ,aut fauoris iudicis in par
tem contrariam discessit, & acces
sit ad superiorem iudicis citantis,
qui posteà remisit eum ad iusti-
tiam, an hic dicatur contumax?
¶Iv.Dicas, ꝙ si constat, quòd ex
probabili causa recessit post cita-
tionem, & accessit ad superiorẽ,
non erit contumax: & illa fuga
nullum præiudicium sibi infert,
vt dicit idem Afflic.in d. constit.
clementiæ. in. iiii.not.versi.quid
8 dicendum de citato. † Et est no-
tandum, quòd qñ quis purgauit
contumaciam in casu, quo debet
admitti ad fideiussoriam cautio-
nem extrà carceres, si non habet
fideiussores, etiam si nihil cõstet
de delicto, carcerabitur: & ante-
quã admittatur ad faciendas eius
defensiones, debet reficere expen
sas & damna, ac interesse querulã
ti.secundùm consti.regni.clemen
tiæ. quæ habet concomitantiam
cum iure communi, vt refert ibi
Afflic.in ix.no. & non requiritur
alia citatio super cõdẽnationem
expẽsarum,& ibi item istæ expen
sæ taxãtur per iudicem delato iu-
ramento ipsi querulanti, vt ibi in
9 x.no.¶Fis.†Quòd si aliquis con-
tumax in minoribus criminibus,
pro quibus foriudicari nõ potest,
stetit in contumacia per annum,
an propter tãtam contumaciã de
beat se defendere in vinculis,non
obstante,quòd velit dare fideius-
sores,& reficere expensas?¶ Ivd.
Dicas,quòd sic,vt statuit rex Ca-
ro.secundus,in c.siue quis. & Af-
flic.firmat in d.const.clementiæ.
10 in 12.& vltima q.¶Fis.†An pur
gata contumacia possit allegari
declinatoria fori?¶Ivd. Dixi su-
11 prà in verbo,bannum.¶Fis.†An
purgata cõtumacia remaneat in-
dicium sufficiens ad torturam?
¶Iv.Marsi.in l.i.ff.de quæstio.nu.
3.videtur dicere,quòd sic.sed ple
nè dixi in tertia parte tertiæ par-
tis principalis,& aliquid tetigi in
12 materia bãni suprà.¶Fis.†Quòd
si aliquis purgata contumacia, &
datis fideiussoribus de stando iu-
ri,& solutis expensis,ac dãnis ad-
uersæ parti,intrà statutum sibi ter
minum ad respondendũ capitulis
non compareat, accusatore tum
multum instãte quomòdo proce-
detur?¶Ivd. Glos.in consti. cle-
mentiæ.dicit, quòd iudex iterũ ci
tabit eum:& si non comparet, cõ
demnabitur ad tertiam partẽ suo
rum bonorum mobilium,& iterũ
bannietur, & annotabuntur sua
bona. & ita dicit seruari ĩ magna
curia vicaria.& hanc practicã se-
quitur Affli.ibi in fi. & aliam dat
ipse.quòd citẽtur fideiussores ad
præsentãdum: & si non præsentẽt
exigetur pœna, & procedet iudex
ad exactionem pœnæ sine libello,
& sine ordine iudiciario, quia est
contractus factus in iudicio.¶Fi-
13 sc. † Quòd si fuerint citati fide-
iussores ad præsentãdum princi-
palem, & quia non comparuerũt,
fuerunt reputati contumaces, &
condẽnati ad pœnam fideiussio-
nis:& post aliquot dies fideiusso-
res præsentarint principalem, vel
principalis ex se sponte se præsen
tet,& sit carceratus: an teneantur
ad pœnam?¶Ivd.Dicas,quòd ex-

pectabitur finis causæ, vt si principalis veniat absoluendus, non teneantur ad pœnam: si autem venerit cōdēnandus, teneanť ad pœnam, vt fuit decisum in sacro regio con. ut refert Gramma. in deci. xcv. incip. in causa magnifici.

¶ Et si comparent antè contumaciā, examinentur. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Compartitio spontanea est maximum indicium innocentiæ.*

3 *Comparens reus debet statim examinari.*

3 *Torqueri potest reus nolens respondere inquisitioni, & condemnari ad pœnam pecuniariam.*

4 *Reus pluribus, & reiteratis vicibus debet examinari.*

5 *Notarius actorum de mandato iudicis debet scribere omnes actus, et motus, quos facit reus in examine.*

6 *Minor se maiorem asserens an sibi præiudicet.*

7 *Conuersatio cum participantibus in delicto facit indicium.*

8 *Reus debet interrogari super quolibet indicio.*

9 *Clericus nolens respondere in examine, cogendus est.*

10 *Reus est interrogandus, nunquid testes examinati contra eum sint amici, an inimici.*

11 *Reus est interrogandus de omnibus illis, quæ viderit iudex posse tergiuersari.*

12 *Principalis excusatur à pœna varietatis, & periurij.*

13 *Principalis reus est antè omnia examinandus.*

14 *Conuersatio mala est malæ operationis indicium.*

INQVISITVS.

QVÒD si aliquis citatus antè contumaciam in vltimo perēptorio cōparet, quomòdo debet procedi? ¶ IVD. † Si quis citatus non
1 expectata contumacia, sed in vltimo peremptorio cōparet spontè, spōtanea illa cōparitio est maximum indicium illius innocentiæ secundū Bart. Cepo. in consi. 31. incip. sup homicidio. 4. col. versi. decima, & vlti. & plenè p Marsi. in praxi cri. §. diligenter. nu. 204. & voluit Gram. in consi. lxi. nu. 4.
2 & in consi. xxix. nu. 32. † Atq; tūc antè omnia solet procedi ad examinationem ipsius, vt docet Io. Mill. in sua praxi crimi. fol. 64. in Glos. interrogādorum. nu. 1. interrogando ipsum, quomòdo, qualiter, & ex qua causa reperiatur captus vel in curia (si videlicet fortasse inquiritur de homicidio cō misso in personam Tit. de mense Maii sub die 26. de anno 1546.) tunc interrogabitur, si cognoscebat Titium: vbi, & quomòdo: si erat ei amicus, an inimicus: qua amicitia erat astrictus, aut inimicitia: ex qua causa: si aliquo tempore cū eo fuerit in rixa: si ab eo fuerit offensus: vbi, & quomòdo: si cum eo solebat loqui, cū ei obuiam

uiam fortè veniret: quibus præsentibus, & à quanto tempore: ubi sit nunc dictus Titius: quid feratur de eo: quis ei talia retulerit: quib⁹ præsentibus: de mense Aprilis an. 1545. vbi fuerit: & si fuerit absens aliquo tempore à ciuitate: & per quot dies: & vbi fuerit, & cũ quibus comoratus fuerit: cũ quibus dormiuerit: quis eum viderit in illo loco: cum quibus conuersatus fuerit: si aliquo die dicti mensis, quo dicit se fuisse absentẽ, reuersus fuerit in ciuitatem, vel semper steterit absens: & deinde descendãt ad mensem Maii, quo fuit crimen cõmissum, & similia interrogatoria faciat, & alia, prout matura facti expoposcerit: demum descendat ad uerũ annum, & menses cõmissi criminis, & faciat similia interrogatoria, quia sic ĩtercipiet eum, quia in primis interrogatoriis in anno, & mensibus nõ commissi criminis ponet, omnes eius defensiones, credens esse illũ annum, & mensem: in anno, & mense cõmissi criminis succinctè pertransibit: ipsoq; examinato confestim videat examinare illos, quos nominabit, vt sic valeat intercipere eum in mendacio, & varietate: & examinet alios, qui fortè dicãt, se eũ vidisse in ciuitate eo die & mense, quo asserit se fuisse absentem. Et si in ĩformatione fuerint aliqui testes, qui dicant se ipsum non agnoscere per nomen, & cognomẽ, sed ad visum tantùm, tũc constituto eo in medio aliquorũ demonstretur testibus, eos interrogando, si inter illos est ille, de quo in depositionibus eorũdem. de qua affrontatione habetur plenè per Io. Mill. in sua praxi crimi. fol. 83. in glos. commissus. nu. 5. in litera b.

3 † Et si fortè reus ipse noluerit in aliquo ĩterrogatorio ei facto respondere, tunc factis ei trinis monitionibus sub pœna ipsum multabit, & condẽnabit ad pœnam in mãdatis contentã, iuxtà tex. l. de ætate. §. qui tacuit. & §. sequen. ff. de interroga. actio. & ibi Bart. hæc enim contumacia in non rndendo punitur, vt ibi. & habetur per Cassa. in consu. Burgu. in titu. lamẽde de simple rescorisse. §. vij. fol. 74. in rubr. j. num. 11. pluribus enim modis potest reus arctari ad respõdendum: vno modo multa indicta, vt ff. de ven. inspi. l. j. §. quid ergo, si interrogata. alio modo captis pignoribus. argu. ff. de re iud. l. debitoribus. & idem fieri potest, si obscurè respõdet. vt l. de ætate. §. si cum esset. & §. nihil interest. ff. de interrog. act. & habetur per Glos. in l. certũ. ff. de confe. nec enim videtur respõdere, qui ad interrogata formaliter non respondet, vt d. l. de ætate. §. quod autem. & l. j. §. si quis simpliciter. ff. de verb. obliga. Ideò qui præsens est, & iussus est respondere, & recusat absque rationabili causa, contumax est, vt plenè per Ioan. Mill. in sua practica crimi. fol. 69. in Glo. noluit respõdere. nu. 4. Imò plus dico tibi, ꝙ non respondens potest torqueri, vt certum respondeat, de quo plenè dixi in tertia parte tertiæ partis, vbi videas.

4 † Examinetq; iudex, dictum reum pluribus, & diuersis vicibus: & semper faciat eius respõsiones in acta redigi per notarium: uideatq;, si loquitur pauidè, & trepidè: & hoc faciat scribere, cùm notarius debeat scribe

re

re de mandato iudicis. id secundũ Bart. in l. de minore. §. tormen. ff. de quæstio. videatq́;, quem motũ faciat labiis, & tota persona. nam si iudex ex dictis rei viderit aliquam variationem, trepidationẽ, & vultus pallorem, (quod relinquitur eius arbitrio) omnia scribi
5 faciat.† Et teneẽ notarius id scribere sub hac forma: Iudex mandauit mihi, ꝙ scriberẽ, ꝙ dictus mutauit colorem in facie: loquitur pauendo, vel tremendo: variando, vel vacillando, & ita mihi visum fuit. de quo per Parisiũ in c. quoniam contrà. extrà, de probatio. num. 159. & ibi Abbas. & Bal. in l. præsbyteri. C. de epis. & clericis. ex iis enim sumitur indicium, ut optimè docet Fran. Bru. in tracta. de indic. & tor. in nona, & vltima parte. vbi seriatim omnia docet. & habetur per Marsi. in sua pract. cri. §. diligenter nu. 74. & nu. 98. & in §. quoniam. nu. 4. & nu. 27. & habetur per Io. Mill. in sua practi. cri. fol. 65. nu. xj. & ita etiã docet Angel. de Are. in lib. malef. in verbo, fama publica. antepenul.
6 col. ix. quæstio.† Bonum est etiã, vt interrogetur inquisitus de ætate sua: & ad hoc respondere tenetur. vt l. de ætate. in prin. ff. de interroga. actio. & est maxi. momenti istud interrogatorium: quia si minor se maiore dixerit, sibi præiudicat, nisi restituatur: quod potest, vt est Glos. in. d. l. de ætate. in prin. in uerbo, respondere. & l. certum. §, penul. ff. de confes. nisi dolo fecerit, quia tunc non restituitur. vt ff. de minori. l. si ex causa. §. nunc videndum. & sequitur Io. Mill. in sua practi. crimi. fol. 65. in
7 Glos. vti asserebat. nu. 17. ¶ Debet etiam interrogari inquisitus, si habuerit conuersationem cum illis, qui fortè fuerũt participes in delicto. nam rõne conuersationis cũ iis, qui maleficium cõmiserunt, iudex potest suspicari de maleficio, vt l. dominus horreorum. ff. loca.
8 & ibi per Bart.† Debet etiam interrogari sigillatim super quolibet indicio, vt l. vnius. §. cognitum. ff. de quæstio. & Bald. in l. custodias. ff. de pub. iu. quia si reperitur in mẽdacio, erit maxima præsumptio contrà eum, vt d. l. unius. §. testes. & c. literas. extrà, de præ-
9 sumptio.† Si verò examinari contigerit aliquem, qui prætendit se clericum, & ob id uoluerit respondere, iudex potest eum cogere ad respondendum, etiam si esset sacerdos: quia fieri potest, ꝙ priuetur iure clericatus: maximè, quia oneratus, & suspicatus est enormitatibus se immiscuisse: item, quia iuuentus est in non decenti habitu. & ꝙ teneatur respondere, fuit decisum Parisiis sub die xv. Aprilis. 1529. vt refert, & sequitur Io. Mill. in sua practi. crimi. fol. 73. in Glos. fori præscriptio. nu. 9. quod
10 est notandum. † Interrogabitur etiam, nunquid testes examinati cõtrà eum, sint ei amici, an inimici: num reputet pro bonis, an pro malis, & inquis: non autem dicat iudex esse examinatos contra eũ: sed in genere interroget: imò bonum est, quòd ei nominet testes, qui non sunt examinati contrà eum: & deinde nominet testes examinatos in causa, vt sic nõ valeat præuidere, qui sint examinati contrà eum. & hæc interrogatio est maximi momenti, quia deprehendet iudex quæ obiici possint contrà

trà dictos testes:& demum potest se summariè informare, an verum sit id, quod obiicitur, vt sic posteà reus non possit falso modo obiicere contrà testes deponentes contrà eum.† Finaliter circumspectus
11 iudex studeat interrogare inquisitum de omnibus illis, in quibus viderit posse tergiuersari eum, & eludere curiam inquirentem, vt ex iis valeat rescindere omnes cauillationes, calumnias, falsas negatiuas, & quælibet alia obstacula: quia sic extorquebit ab eo, quas defensiones poterit facere:& quę veræ sint, & quæ falsæ:& remouet materiam fabricandi falsum, & decipiendi curiam. caueat autem, vt si viderit verè inquisito competere, aliquas defensiones veridicas, & non falsas, vt per multiplicia interrogatoria ab eo ipsas nō remoueat, quia hæc faciens, reus
12 erit gehennæ.† Et est notandum, quòd principalis examinatus excusatur à pœna varietatis, & periurij. tamen si iudex præceperit ei, quòd habeat respondere, & dicere veritatem sub pœna aliqua, & respondit, & demum conuincitur de mendacio, tenetur ad pœnam secundùm Bald. notabiliter loquentem in l. ius alimentorum. ff. vbi pu. edu. de. sed pondera benè Bald. in vltima solutione contrarii de l. interlocutio. quia iudi
13 cio meo videtur se limitare.† Est etiam amantissime lector notandum, quòd omninò de necessitate debeat reus examinari, antequàm formentur, & dentur capitula: aliàs non valeret inquisitio, si primò dentur capitula, & sic formetur inquisitio, & demum examinetur reus. vt in c. qualiter. el. ij. versic. debet igitur. de accusat. & refert, & sequitur Ange. de Aret. in lib. malefi. in verbo, hæc est quædam inquisitio. in 8. col. in versic.
14 requiritur etiam.† Item bonū est, vt interrogetur vbi, & in quibus locis solitus sit cōuersari reus inquisitus, quia mala conuersatio, est malæ operationis indicium. l. si plures. §. quamuis. ff. de admini. tu. Item inspiciat cōstantiam, vel vocis trepidationem, vel membrorum pallorem: & omnia in acta redigi faciat. quia ex iis sumerè potest iudicium. vt l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstio.

¶ Examinati liberentur sub fideiussoribus. Rubri.

SVMMARIVM.

1 *Carcerari non debent offerentes dare fideiussoriam cautionem si sumus in delictis, in quibus veniat imponenda pœna infrà relegationem.*

2 *Confessus non debet sub fideiussoribus relaxari, etiā quando venit imponenda pœna pecuniaria.*

3 *Carcerabitur quis pro pœna pecuniaria stipulata apud alia curia.*

4 *Fideiussoribus quàdo, et in quibus casibus carceratus nō liberetur.* & 5.6.7.8.9.10.11.12.13.14.15.16.17.18.19.

20 *Fideissoribus liberatus, si reperiantur illi fideiussores nō idonei, potest iterum capi, vt alios prastet idoneos fideiussores.*

In

INQVISITVS.

1 ET † quia post examinationẽ, & comparitionem reorum solet multipliciter instari pro ipsorum liberatione sub fideiussoribus, & super hoc fiũt fulminatæ petitiones, instantiæ, ꝓtestationes, & appellationes: & ut plurimum minus benè iudices ĩ hoc prouidẽt, considerantes satis iuri, & iustitię esse satisfactum per carceratione reorum: idcircò rogo te, ut aliqua summatim de ijs nobis dicas.

¶ IVDEX. Placet mihi postulatio tua, & ideò scias, quòd quædam sunt delicta infra relegationem, pro quibus non habet locum tortura iuxtà dispositionem cap. regni, incip. tormenta. & in istis indistinctè nunquam peruenitur ad carceratione oblata fideiussoria cautione, ut dictat text. in c. ab illo inchoandum. & ita intelligit, & firmat Afflict. in constitu. humanitate. in v. not. uersic. item quæro an si pro delicto. colum. & hoc procedit etiam si constaret: & est statutum in capit. item statuimus, ut nullus iusticiarius, nullique, &c. quòd incidentes in pœnam pecuniariam, seu bannum, dantes fideiussores carcerentur.

2 † Quod quidem dico limitãdum, vt nõ procedat, si inquisitus esset confessus. quia eo casu, etiam si veniret imponẽda pœna pecuniaria, non esset relaxandus quis sub fideiussoribus. secundùm Bald. in l. nullus. C. de exhiben. re. & habetur per Marsi. ĩ l. vnius. §. cogniturum. in ij. col. ff. de quæstionib.

3 † Itẽ nõ procedit in pœnis pecuniariis stipulatis penès acta curię, quia in eis absque ordine iudiciario fit executio de persona, vt habetur ĩ ritu magnę curię vicariæ. incipien. item seruat ipsa curia, quòd quandocunque.

4 † Quædam sunt delicta ultrà relegationem, pro quibus habet locũ tortura, vt in d. ca. tormenta. & tunc de iure communi, donec cõficitur ꝓcessus, accusatus de causa capitali debet stare carceratus. vt l. diuus Pius. ff. de custo. reo. & l. j. C. eo. tit. & declarat Sali. in l. ij. C. de exhib. re. post Bald. ibi. & Alex. in l. si seruum. ff. si ex no. ca. aga. superuenit nouiter in præsenti regno benignitas cõstitutionis, humanitate. qua cautũ est, quòd inquisiti de criminibus imponentibus pœnam ultrà relegationem, parati dare fideiussoriam cautione n, non carcerentur, nisi in decẽ casibus ibi positis: & hæc est generalis regula, quòd exceptis dictis decem casibus indifferenter offerens dare fideiussores, etiam si sit crimen capitale, liberatur: & ꝙ extrà casus comprehẽsos in dicta regni cõstitu. nemo potest carcerari offerens dare fideiussores. & est c. regni incip. item caueant instiriarii, ne aliquos. vbi iudicibus cõtrà facientibus imponitur pœna medietatis gagiorum vnius anni, & alia pœna arbitrio regis: nec officiales aliquos de persona capere possunt absque consilio iudicum, vel de mãdato regio, si sunt parati dare fideiussores: & iudices malè cõsulentes tenentur, ut ibi.

5 † Primò fallit hęc generalis regula, ut non procedat quoticscunque de delicto constaret per confessionem illius, qui petit se liberari sub fideiussoribus. quia eo ca

su

su non liberatur, vt in d. constit. humanitate. quā fallentiam intel ligit domi. Pet. de Mo. for. magn⁹ practicus ī d. cōsti. procedere, ubi confitens perseuerat in confessio ne: secùs si eam reuocat: & admit titur ad probandum contrarium, quia eo casu offerens fideiussores deberet liberari. Affli. autem nul lam mentionem facit de hoc di cto, & simpliciter sequitur fallen tiam prędictam. ego credo esse di stinguendū, quòd aut quis cōfes sionem reuocat, & vult probare de errore, & ideò petit terminū. & si interim, donec de errore pro bet, petierit sub fideiussoribus li berari, isto casu dicerem nō libe rari: aut q̄s fuit admissus ad ꝓbā dum contrariū, & probauit erro rem, isto casu admittetur ad fide iussoriā cautionē. & ita loquitur domi. Pe. de Mo. for. vbi suprà, si
6 rectè pōderet. † Et prædicta limi tatio habet locum in confessione extraiudiciali, & in facta coràm actuario, non coràm iudice, & nō in formā iudicii, vt firmat And. de Iser. ibi. & refert & sequit̄ Af flict. in v. not. uersi. sed quid si es set confessus. & sic non habet lo cum oblatio fideiussorum, vt libe retur in dictis casibus, etiā si dictę confessiones reuocentur in iudi cio. & ex hoc cōfirmatur id quod proximè dixi. & procedit hoc di ctum, etiamsi testes deposuerint non citata parte super dicta extra iudiciali confessione: licèt con trarium dixerit Afflict. vbi suprà. & hoc per c. ab illo inchoandum.
7 de quo pleniùs infra dicam. † Se cundo fallit in captis in fragrāti crimine, vt habetur in d. constit. humanitate: nā non liberātur sub fideiussorib⁹. & qui dicātur capti in fragrāti crimine, uide per Iser. & Affli. ibi. & dicā suo loco & tē
8 pore. † Tertiò fallit, ubicunq; de lictum esset notorium, aut publi cum: & persona inquisita esset in famata, & leuis uitæ, ut habetur in d. consti. humanitate. & ibi per Iser. & Afflic. dicitur autē crimē publicum secundum eos, quando coràm populo, uel maiori parte populi factum fuit: & testes exa minati deponūt de crimine facto quòd patratū fuit coram populo, vel multis astantibus. itē dicitur crimen publicum, vbicunque sit factum in iudicio, ut vbi latè per eos declaratur, & dicam infrà. sub dit tamen Afflict. vnum notabile, quòd si verè probatur fama publi ca de delicto. idest cum omnibus circunstantiis debitis, & à iure re quisitis, quòd neutiquàm admitti tur oblatio fideiussorum de publi co, & notorio delicto: subdit etiā Afflict. in 8. no. quòd licèt delictū sit notorium, si tamen per inqui situm allegatur legitima excep tio, vel excusatio, nō debet cau sam defensionis in uinculis dice re. quod quidem quomòdo pro
9 cedat, infrà dicemus. † Quartò fallit, si sit crimen læsæ maiesta tis: quia in eo debet inquisitus in vinculis se defendere. & hoc pro cedit, etiamsi nihil penitus cōsta ret: sed tātummòdo esset supicio de crimine, ut probatur in d. con stitu. humanitate. & ibi Affli. in x. nota. & hoc secūdùm Bart. de Ca pua, ibidem procederet ī crimine læsæ maiestatis: uidelicet in offen sione regis, uel suorum collatera lium: non autē in aliis casibus, in quibus etiam committitur crimē

læsa

18 † Vnum tñ non puto admittendum, q in casu, quo secundùm p̄dictas determinationes aliquis esset liberandus sub fideiussoribus, & nō carcerād[9], si aliàs aufugisset de carcere, nō debeat liberari. secūdùm Glo.no.in verbo, vīculis. & Lud.Ro.in l.lege.ff.ad Sylle.& Ang.Are.in li. male. in verbo, fama public.in materia carceratio-
19 nis, prima col. † Itē ī crimīe falsi nō esset quis liberandus sub fideiussoribus, etiā si pro eo ex forma statuti ueniret īponēda pœna pecuniaria, ut habet̄ p Nel.in tract. banni.in iij, par.ij. temp.12 .q. & per Marsi.in prac.cri.in §.attingā. nu.8.licèt loquatur per uerbum,
20 fortè. † Et est aduertēdum, quòd si iudex aliquem sub fideiussoribus liberauit, si posteà uidentur fideiussores non idonei, potest iudex iterum capi facere illum reū relaxatum: & cogere eum, quòd alios præstet fideiussores. quibus pr̨ſtitis illi primi fideiussores sūt liberati, secundum Bald.in l.j.pri. col.ff.siquis in ius uoca. nō ierit. & refert & seq. Marsi.in d. pract. cri.§.attingam. nu.10.

¶ Vel carcerentur. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Carcer non datur ad pœnam.*
2 *Carceratio est prohibita in durißimo loco.*
3 *Carcerati non debent ferreis manicis oßibus inhærentibus grauari: sed ita debent custodiri ut non fugiant, non ut perimantur. & nu.4.*
5 *Nobilis non ita debet duriori carceri mancipari, sicùt plebeius.*
6 *Carcerari nō ita debēt senes, sicùt iuuenes.*
7 *Item non ita de proximo liberandi; sicùt alij.*
8 *Carcer qualis esse debeat.*
9 *Fœminæ non sunt carcerandæ in loco masculorum.*
10 *Carcer est triplex.*
11 *Carceratus an dicatur, siquis stat in palatio cum custodibus.*
12 *Iudex tenetur uisitare carceratos. Et quid debeat facere, & nu.14. & 15.*
13 *Accusator an teneatur subministrare expensas carcerato.*
16 *Carcerati īfirmi debēt curari. & quid si petant se liberari.*
17 *Carcerari an debeat quis pro delicto antiquo.*
18 *Pœna vbi venit minoranda, debet esse pecuniaria.*
19 *Contractus initus per carceratum, an valeat, necne.*
20 *Vassalli an teneantnr ad custodiam carceratorum.*
21 *Capiens homines propria authoritate, an puniatur de vsurpata iurisdictione & nu. 22.*
23 *Carceratus omni die dicitur grauari, & semper poterit appellare.*
24 *Carcerati sunt sub protectione curiæ.*
25 *Carceratam mulierem cognoscens*

scens carnaliter qua pœna puniatur.

26 *Carceratus an in carceribus possit recommendari an instātiam alterius curiæ.*

FISCVS.

1 ECCE † iam uidimus, quando & qualiter inquisitus debeat sub fideiussoribus liberari: quia verò aliqui sunt casus, in quibus dixisti debere īquisitum carcerari, dices, si uisum erit, iam nobis aliqua in materia carceris ¶ IVDEX. Carcerationis materia est satis manifesta, & pauca ueniunt dicenda: sòlùm ergo quædam ad instruendum iudices dicam. ac primò sciendum est, quòd carcer nō datur ad pœnam, sed ad custodiā de iure ciuili. l. aut damnum. §. solent. ff. de poen. & l. incredibile. C. eo. tit. nisi ī casu l. j. §. fi. ff. de aleato.

2 † Et ideò prohibita est carceratio in durissimo carcere, in quo uero similiter intra paucos dies carceratus mori posset: imò prælati hoc facientes, reputantur homicidæ, & irregulares. secundum Car. in clemen. j. vij. q. de pœ. & remissio. ubi damnat ingabiationem clericorum.

3 † Nec mittere debent iudices reis inquisitis, & captis ferreas manicas inhærētes ossibus: sed prolixiores cathenas, si modò criminis qualitas etiam cathenarum acerbitatem postulauerit: & vt cruciatio desit: & permaneat sub fida custodia: nec uerò sedis intimæ tenebras pati debebunt inclusi: sed vsurpata luce uegetari, id est, subleuari: & vbi nox geminauerit custodiam, in uestibulis carcerum esse ipsis, & in salubribus locis permittatur: ac reuertente iterum die ad primum solis ortum illico ad publicum lumen reducantur, ne pœnis carcerum perimantur, quod innocentibus satis miserū noxiis non satis seuerū esse dignoscit, ut l. j. C. de custo. reo.

4 † Debet tamē quis carcerari in eo loco, unde exire nequeat. l. succurritur. ff. ex qui. cau. maio. & Bal. in l. fin. C. de cap. uer. collige, quis. & Angel. in l. qui in carcerem. ff. quod me. cau. & debet haberi respectus ad causam, & qualitatem personæ. nam pro graui delicto īquisitus debet cautiùs detineri. secundum Doc. in l. minimè. C. de appella.

5 † Et nobilis non ita debet duriori carceri mācipari, sicùt plebeius. secundum Ange. in l. si à bonæ fidei. ff. de rei uendi. & sequitur Afflic. in cōstitut. castellani. in 4. not. in 4. q.

6 † Item non ita carcerandi sunt senes, sicùt & iuuenes. secundùm Glo. in l. si vt certo. §. custodiam. ff. commo. & sequitur Afflic. vbi suprà. in ij. q. in fi. & firmat. Hip. de Marsi. in praxi cri. §. attingā nu. 14. cum sequen.

7 † Item non ita de proximo liberādi, sicùt alii, qui non ita de proximo. secūdùm Bar. in l. si pecuniam. §. sed si acceperit. ff. de condi. ob cau. & sequitur Afflic. ibi in 4. no. 2. q.

8 † Carcer autem custodię non debet esse subterraneus, sed liberum lumen debet habere: nec debet esse cum cathenis vel ferreis manicis: sed taliter debet esse, vt nō sit carceratis pœnale, ut dixi suprà, & pulchrè exorditur Pet. Philip. Cor. in consil. cccxxv. in iiij. parte, num. 4. nec debent carcerati ligari:

gari: quia nō pertinet id ad simplicē custodiam, sed potius ad pœnā. quare si carcerati custodiri valēt sine ligamine, ligari nō debent, vt plenè per Par. de Put. in li. syndica. in verbo. carcer. versi. an si plures. col. iiij. & si criminis atrocitas est talis, ꝙ requirat ligamē, & cathenarum acerbitatem, debēt esse cathenæ ꝓlixiores, ut suprà dixi: & totum hoc iudicis arbitrio cōmittitur, qui consideret criminis, carceris communis, & personarū qualitatem: secundùm Io. Fab. in d. l. j. C. de custo. reo. nā si viderit locum carceris communis esse benè munitum, fortem, & custoditū, ut īde de facili carcerati neqāt euadere, non debet permittere, ꝙ habeant ligamina, cōpedes ferreos, vel ligneos: aut cathenarū, & manicarum ferrearum acerbitatem, ut plenè congerit Boër. in deci. ccxvj. nu. 3. cum sequē. in j. parte. & ibi plenè habetur qualiter, & quomòdo debeant esse custodes carcerum, & quando teneātur de negligentia. & habetur per Bar. de Cap. ī l. ij. C. de exhi. re. & in singu. 141. inci. ponuntur ergo.

9 ¶† Item fœminæ non sunt carcerādæ in carceribus masculorum, secūdùm Gl. in c. quāuis. de pœn. li. vj. & sequitur Afflict. in consti. baiuli locorū. in iiii. no. uer. quarta. opinio est. & plenè per Grām. ī deci. xxxiij. vbi habet, ubi debeāt

10 fœminæ carcerari. † Est. n. carcer quo ad materiam nostrā triplex: primus carcer est termin⁹ pœnæ: & īponitur à iure canonico, & de iure regni in pluribus casibus. primo, si medicus medicatur absque approbatione & licentia, per annū carceratur, ut in consti. siquis amodo. & sequen. const. secundo si quis dederit amatoria pocula, si mors non sequatur, per annū carceratur, ut in constitu. amatoria pocula. Item proijciens lapidem ex alto, aut ramum, aut se ipsum præcipitans, si incautè, & in loco habitabili contingat facere, & hominem occiderit, pœna carceris annalis punitur. ut in constit. pœnam præcedētem. Item si aliquis iudex iniustè torserit aliquem, si ex tortura minimè fuerit mortu⁹, pœna carceris biēnalis plectitur: in c. si iustè quis. sunt & alij, quibus de iure regni carcer datur ad pœnam, quos pronunc omitto. Secundus carcer est, qñ quis retinetur pro criminis inuestigatione. vt l. ij. de exhi. re. Tertius est carcer, qñ quis est iam condēnatus, & detinetur in carcere, vt soluat condemnationem, uel donec de eo fiat executio, ut cōgerit Ange. de Are. in li. male. in uerbo, fama publica. in materia carceratiōis. & uide Cassan. in cōsue. Burgu. in tit. des iustices rubri. prima. fo. 20

11 nu. 99. † Et ibi dicit Ang. ꝙ si quis stat in palatio cum custodib⁹, nō dicitur carceratus. allegat tex. cū Glo. & ibi Bar. in l. fi. C. de cur. &

12 sta. li. xij. † Et aduertat iudex, ꝙ tenetur uisitare carceratos, & curare ꝙ habeāt necessaria eis. ut C. de episc. audie. l. iij. & in hoc est prouisum per regni consti. humanitate. quòd si inquisitus est adeò pauper, quòd non potest sibi ministrare expensas, curia tenetur ei

13 subministrare. † Et an accusator teneatur subministrare, uide Boër. in decisio. cccxxv. in ij. par. vbi etiā habetur, an teneatur subministrare sumptus, & expensas

in litem accusato per eum, si est adeò pauper, quòd se defendere nequit, & dicit, quòd sic. & quòd ita in pluribus causis fuit iudicatum.
14 † Debet etiam iudex, dũ visitat carceratos, uidere, an aliquis sit carceratus sine cã, vel sine delicto ad nullius petitionem, ut eum ex mero officio excarcerari faciat. ut no. Bar. ĩ l. siquis uxori. §. si fugitiuum. ff. de fur. & Pau. de Ca. con. xliiij. in prima inpsl. & sequitur Ange. de Are. in lib. male. in verbo, fama publica. ĩ materia carceratiõis. sed benè aduertat iudex, qualiter mandet quẽ captum relaxari, ne posteà teneatur parti, vel fisco, vt ibi monet, & docet Ang. & Par. de Put. in lib. syndi. in verbo, captura. ver. licèt dicatur.
15 † Et de hac visitatione carceratorum benè fuit prouisum per sac. Cęs. ma. Caro. v. Imper. in pragm. incip. mãdamus insuper. qua cautum est, quòd singulis hebdomadis vnus ex regentibus cancellariam regni, cum uno ex consiliarijs sacri consilij in castro Capuano visitet magnam curiã uicariã, & causas carceratorũ audiat, & earum celeri expeditioni uacet, ne diutius in carcere macerētur: sed noxij dēt pœnas legib9 debitas, ĩnoxij indebitas nõ luãt. & ita hodiè seruatur. Et quid debeat facere iudex, quando aliquis carceratus est infirmus, & petit ob hoc se liberari, vide Par. de Pu. in li. syndi. in verbo, tortura. versi. officialis posuit ad chordã. col. iij.
16 † Debent etiam carcerati infirmi curari: nec permitti debet, vt stent absq; regimine, ut sic moriantur: quia iudicibus imputaretur & iõ benè statuit Impera. noster Caro. v. in prag. inici. pro cura pauperũ, ꝙ de publico salarientur duo medici, unus Physicus, alter chirurgicus, qui habeant vacare circà curam carceratorum: & etiã deputetur aliquis, qui habeat vacare circà curationem eorum: & si aliquis est carceratus, & cõmodè in carcere non potest curari, & infirmitas est grauis, habita fide medici de hoc, debet sub fideiussorib. liberari de redeundo habita recõualescentia.
17 † Considerare etiam debent iudices circà qualitatem, modum, & formã carcerationis: & etiam circà ipsum carcerem, an dari debeat: & an delictum sit antiquum, an nõ. per l. si diutino. ff. de pœn. quia si & ꝑ leges diminuitur pœna, quãtò magis diminuendus est carcer, vel totaliter tollendus, vt iudici uidebitur? carcer. n. dependet à pœna. l. diuus Pius. ff. de custo. reo. hinc est, quòd in regno, vbi venit imponēda pœna vltrã relegationem, habet locũ carcer. ut in cap. tormenta. & latè ꝑ Afflic. in const. humanitate. & sic est sequela, quia non potest esse maior suo principali. l. iustissimè. §. j. ff. de ædi. edi. §. fideiussor. in fin. insti. de fideiuss. l. si in emptione. cum Gl. versi. accessio. ff. de cõtra. empt. sed immediatè sequitur naturam sui principalis. l. fi. & ibi Bar. C. per quas per. no. acqui. & cle. ij. & ibi Car. de præbēd. Fran. Aret. in l. ex duobus. §. etiam. col. iij. circà princ. versi. Bald. tamen. ff. loca.
18 † Et ex hoc infero, ꝙ etiã si pro delicto ueniret imponenda pœna mortis, & ex diutino tempore esset minorãda, quòd ubi minoratur ex dispositione iuris, vel aliter, debet esse pecuniaria, vel alia,

alia, quæ corpus non affligat, ut la tè Gramma. consi. xxxvj. crimi. in fi. & sic ĩ proprijs terminis ex diu turnitate temporis cõsuluit Grã- ma. in cõsi. xxxix. cri. in fi. & cum redigatur ad pœnam pecuniariã, non debeat quis pro eo carcera- ri: & quòd ubi delictum est anti- quum, non habeat locum carcera tio. est de hoc ritus in regno Sici liæ, ut refert Capyt. in decisi. 154. incip. in causa domini comitis. & ita aliàs obtinui in facto Salerni. sed nunc aduertas, quòd prædictę considerationes procedunt, & ha bent locum, quo ad factũ princi- pale: non aũt circa inuestigatio- nem criminis, & detentionẽ perso næ: quia in ijs cõsideratur natura delicti, nõ dispositio iuris alterãs, seu diminuens pœnam. hinc uide mus multos casus, in quibus pœ- na uenit minorãda ex dispositio- ne iuris: & tamen habet locum tortura. benè tamen fateor, quòd mitiùs est carcerandus delinquẽs ex delicto antiquo, quàm ex deli- cto de recenti. & totum commit- titur iudicis arbitrio. ¶ Inqvi-
19 sitvs. † Vtrùm contractus ini- tus per carceratum ualeat, necne? ¶ Ivdex. Aut est carceratus in priuato carcere, & clarũ est, quòd non valet. vt consuluit Bald. in consil. ccxlvij. in ij. lib. & Fran. Aret. consil. xiiij. col. xij. si uerò est carceratus in iudicio, & tunc aut fit contractus in utilitatẽ car cerantis, & non ualet. secundum Bal. in l. vnica. C. de confes. in vij. col. & de vtroq; dicto est decisio Afflict. in decisio. cxlix. sed dubiũ stat, an valeat, si contrahit in utili tatem alterius, quàm eius, qui eũ carcerari fecit. & de hòc est deci- sio Affli. in deci. ccxlvj. vbi dicit, quòd ualet. vide pro hoc Marsi. ĩ praxi cri. §. attingam. num. 22. vbi pleniùs. & quid de cautela, qua v- tuntur notarij facientes exire car ceratum extrà carceres, ut sic con trahant, vide ibidem nu. 24. & se-
20 quentibus. ¶ Fisc. † Vtrum pos- sint subditi astringi per officiales ad custodiam carceratorũ. ¶ Ivd. Dicas, quòd non, ut habetur in ca pitulis regis Caroli secundi, & firmat Afflict. in constit. castella- ni. in j. nota. in ver. nec cõpellãt.
21 ¶ Fis. † Quod si aliquis priuatus propria authoritate capit, arre- stat, vel detinet homines: an is pu niatur de usurpata iurisdictione? ¶ Ivd. † Dicas, quòd non: sed ha- bet locum pœna statuta per c. re- gis Caroli primi, quod incipit. cõ
22 trà effrenatas. ¶ Fisc. † Sed quid si quis unum hominem tãtum ce perit, arrestauerit, vel detinuerit, an sit pœna corporalis? ¶ Ivdex. Afflict. in constitut. duram & di- ram. in iiij. not. dicit, quòd Nea- po. in d. c. contrà effrenatas. di- cebat, quòd erat pœna legis Iuliç de ui. pu. si cum armis: & si sine armis, de ui priuata. vt l. v. in prin. ff. ad l. Iul. de ui. pu. & quòd pote rit etiam puniri de priuato carce- re. & dicit esse text. in c. terrerij. & in c. quòd nulli. vbi expresè di citur, quòd si priuatus hominem ceperit authoritate propria, ubi nõ est magistratus, & tenuerit ul- trà per duos dies, incidit in pœnã priuati carceris: & sic hodiè in re gno quis non incidit in pœnam priuati carceris, retinendo quem carceratum per duos dies, vt etiã firmat ipsemet Afflict. in constit.
23 pœnã eorum in xviij. no. † Scié-

dum tamen est, quòd carceratus omni die dicitur grauari: & ideò tanquàm à nouo grauamine potest omni die appellare.secũdum Spec.in ti. de appell.§.restat.ver, & quid dices.Bal.in l.ij.in ij.col. in fi.versi.ij.quæro.C.de epi. audien.& in l.j.C.sen.rescin.nõ po. plenè per Mar.in praxi cri.§.attin
24 gam.nu.19. †Itẽ sciendum est, ꝙ carcerati dicuntur esse sub protectione curiæ,adeò,quòd occidi non possunt stante statuto, quòd banniti possint occidi, secundum Bart. in l.in laqueum.ff.de acqui. re.do.& probat ĩ l.fi. C.de custo. reo. & firmat Marsi. in l.j, nu.5.
25 ff.de sicar.†Et adeò est verum, ꝙ carcerati sunt in protectione curiæ,quòd si aliqua meretrix publica reperiatur carcerata, cognoscens eam carnaliter punitur, ac si cognouisset mulierẽ honestã. secundum Par. de Pu.in lib. syndic.in verbo, adulterium, & per Mar.in sing.150.inci.accessus ad meretrices. & in d.l.j.nu.8.in fin.
26 ¶Fis. † Quòd si aliquis carceratus reperiatur in carceribus magnifici Straticoti Salerni ꝓ uno delicto, & magna curia vicaria, seu regia prouincialis audientia rescribat,ꝙ eundem habeat inquisitum super nonnullis alijs delictis: & idcircò præcipiendo mandet, ꝙ tutè ipsum detineat: quid faciet Straticotus vt non incidat in pœnã? ¶Iud. Nõ est dubitãdũ, quin aliꝰ officialis possit recõmãdare in carceribus carceratũ per aliũ iudicẽ pro aliis delictis.vt voluit Ang.in lib.malefi. ĩ verbo.fama publica. in 12.col.de quo plenè per Marsi.ĩ praxi cri.§.attingã. nu.33.debet tamen primus iudex procedere in causa vsque ad sentẽtiæ prolationẽ: & demum proceditur ad instantiã alterius iudicis pro delicto recommẽdato. & hoc, qñ recommẽdatio fit ad pro cessum.sed si primus iudex condẽnauerat carceratũ ad pœnã mortis naturalis, nõ impeditur executio propter illã recõmendationẽ. si verò condemnauerat ad minorem pœnam, & facta est recõmendatio propter delictum,in quo cadit maior pœna,tunc facta condemnatione in prima, tradetur alteri iudici,ut tenet Bar.in l. ij. §. fin.ff.de custo.reo.& hoc verum intelligas, vbi primus iudex non habet potestatem in carceratum cognoscendi de illo delicto, de quo per magnam curiam uicariã, vel alium iudicem facta sit recõmendatio; vel ratione priuilegiorum non deberet causa ad ipsum remitti,

¶ Audiantur exceptiones proponendæ per eos. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Iudex tenetur declarare, an procedat ad querelam, an verò ex officio: & edi debet copia querelæ.*

2 *Accusator tenetur declarare, si intendit facere partem in iudicio.*

3 *Accusator an teneatur se inscribere ad pœnam talionis.*

4 *Filiusfamilias si accusat, tenetur se obligare de consensu patris.*

Clericus

INQVISITVS.

1 ET † quia carcerato reo solẽt opponi nõnullæ exceptiones per eum ad impediendum litis ingressum, & processum ad vlteriora: & ne possit procedi super querela, vel inquisitione, idcircò, si placet, de eis aliqua dicamus. ¶IVD. Votis vtiq; tuis satisfaciam. Arrige aures, & attende ijs omnibus, quæ tibi dicam. sciẽdum est, ꝙ antè omnia solẽt inquisiti petere, ꝙ declaretur, si proceditur ad querelã, vel ex officio. quod quidẽ declarare

clarare debet iudex:& facta decla
ratione, ꝙ ad querelam procedi-
tur,solet peti copia querelæ,vt su
per ea disputetur,& edi debet.per
2 l. edita.C.de edē.cum fini.†Qua
edita solet peti, ꝙ mandetur que-
rulanti,ꝙ declaret,si intendit fa-
cere partem in iudicio. ad quod
tenetur iudex,quia per solā quere
lam,instigationem,& solicitatio-
nem non intelligitur querulantē
facere partē in iudicio: sed opor-
tet declarari.vt dicit Mara.in suo
Spec.aureo,in vj.& vlti.par. prin
cipa.nu.12.quod est notandum.
3 † Facta autem declaratione per
querulantē,ꝙ intendit facere par
tem in iudicio,solet similiter in-
stari, ꝙ accusator non aliter ad-
mittatur,nisi se inscribat ad pœnā
talionis,& det fideiussorem de li-
te prosequenda:vt tenetur facere
de iure communi.quod si non fa-
ciat, monendus erit, & ex contu-
macia extrà ordinem puniendus:
& condemnabitur aduersario in
expensis:vt est tex.in l.qui crimē.
C.qui accu.non pos.& ad hoc, vt
sciatur,quando requiratur inscri-
ptio,dicit Bal.ibi, ꝙ de maleficiis
cognoscitur quatuor modis,vide
licèt,per accusationem, & tūc est
necessaria inscriptio. quod fallit
in crimine adulterii. vt l.quāuis.
C.de adul. secundùm Salice. ibi.
Item fallit in crimine abigeatus.
l.j.C.de abi.proceditur etiam per
viam inquisitionis: & tunc nō est
necessaria inscriptio,quia non ad
paria debet iudicari iudex:& ma-
lefactor: aliquādo proceditur per
viam denunciationis,& tunc etiā
non est necessaria inscriptio.l. di
uus Hadrianus.ff.de custo.reo.ali
quando per viam exceptionis co

gnoscitur de crimine,& etiā non
est necessaria inscriptio.d.l.diuꝰ.
& ita dicit Bald.post Glos.sed ibi
Sali.in vltimo casu, quando pro-
ceditur per viam exceptionis la-
tiùs exorditur, dicens quòd aut
excipiēs stat in meris finibus ex-
ceptionis, & tunc non debet fieri
inscriptio.per Glossam ibi, ratio-
nibus.de quibus per Salic.aut ex-
cipiens non stat in meris finibus
exceptionis,quia non tantùm ex-
cepit, sed etiam puniri petit: &
tunc se inscribere debet, quia ex
eo capite,quo puniri petit, agit,
& accusat:aut proceditur per viā
contradictionis, non enim est cō
tradictio propriè exceptio,sed est
alicuius actus impeditio: puta, si
opponatur alicui crimen, vt ex-
cludatur à promotione alicuius
beneficij,honoris,& dignitatis:&
tunc distinguitur, aut antè con-
firmationem, & inscriptio nō est
necessaria: aut post confirmatio-
nem,ne electus in episcopum con
firmetur, seu consecretur: vel ne
literæ confirmationis transeant:
vel ne alius actus necessarius fiat:
& tunc est necessarium, quòd se
inscribat ad pœnam extraordina-
riam,nam similitudo supplicii nō
potest habere locum. & est ratio,
quia non tantùm ab obtinendo,
sed ab obtento repellitur. & ita
dicit Salic. vbi suprà. & cum hac
opinione transit etiam Ange. &
ibi subdit, quòd licèt obiicienti
crimen ad meram repulsam non
incumbat se inscribere: tamen po
test contrà eum agi actione iniu-
riarum, si obiecit crimen contrà
parentem, vel patronum: secùs si
contrà alium, dūmòdo non pro-
bauerit per potentiam aduersa-

rii, ꝙ deceptus fuit à testibus, & tunc apparet, quòd nõ animo iniuriandi obiecit:& ideò iniuriarũ non tenetur. similiter punitur excipiẽs ad meram repulsam in causa electionis prælati: & dicunt etiam omnes Docto. quòd d.l. qui crimen. licèt videatur velle inscriptionem necessariam in publico crimine: tamẽ idem esse in crimine priuato. & dicit etiam Bal. in d.l. ꝙ aut accusator in totum desistit sine punitione: & tunc punitur pœna Turpili. l. j. C. ad Turpili. aut accusator tantùm distulit, ꝙ instantia est perempta lapsu biennij: & tunc punitur quarta parte bonorum, & efficitur infamis. vt C. vt intra certum tem. l. j. aut accusator est contumax intrà tempus instantiæ differendo processum: vt quia cum possit procedere, tamen contumaciter non vult procedere: & tũc punitur arbitrio iudicis per qualitatem delicti, & contumaciæ: & ita loquitur suprà ca. lex. sed an admissio inscriptionis vitiet processum? dicunt Docto. quòd non. & an, si non est data fideiussio de lite prosequenda, vitietur processus? dicunt etiam ibi Doct. quòd non. forma enim inscriptionis erit, quòd iurabit accusator non animo calumniandi querelam se proposuisse: item iurabit, se subiturum eadem pœnã, si non probat, quam reus pateretur, si probaret: & præstabit fideiussorem de lite prosequenda, vt pulchrè tangit Angel. de Are. in lib. malefi. in verbo, nec non ad querelã. j. col. sed Ang. in d.l. qui crimen. dicit, quòd inscriptio prędicta non est in vsu hodiè. & Spe. in tit. de accusa. §. vlti. versi. item quòd non rectè. dicit, quòd hodiè de consti. multarum regionũ non fiunt inscriptiones: & ista consti. valet. & dicit etiam Gandi. in tit. quis possit accusare. quòd hodie recesserũt ab aula istæ inscriptiones. sed tu regnicola aduertas, ꝙ de iure regni est introductum, ꝙ accusatores se obligẽt ad certam pœnam pecuniariã de probando, vt dicit ritus magnæ curiæ vicariæ incip. item, ꝙ curia ipsa. & in alio ritu inci. item curia ipsa cognoscit. & est sublata inscriptio ad pœnam talionis, vt firmat Affl. in consti. pœnam calumniæ. & aduertas etiam, ꝙ tẽpore meo nunquàm vidi seruari dictos ritus de obligatione accusatorum.

4 † Sed, si est filiusfamilias ille, qui denunciat seu accusat, tenetur se obligare: cui quidem obligationi, est necesse, ꝙ pater consentiat. verùm si habuerit bona castrensia, vel quasi castrensia, tenetur se similiter obligare: & obligationi consentiat pater: uel est necesse, ꝙ aliquis principali nomine se se obliget, & non per modũ fideiussoris, vt dictat ritus magnæ curiæ vicariæ incip. item seruat ipsa curia, quòd quando. & seruatur.

5 † Et simili modo, si est clericus ille qui accusat seu denuntiat, tenetur aliquos præstare, qui principali nomine se obligent de non se concordando absque curiæ licentia, & de probando: & clericus nõ se obligat, sed illi solùm principaliter se obligant si clericus est miserabilis persona, vel ecclesiastica, vt dictat ritus magnæ curiæ vicariæ inci. item seruat ipsa curia,

6 quòd quãdo clericus. † Et si querulator est aduena, & nõ possidet in

in loco iudicii, tenetur præstare fideiussores de soluendis expensis, quia tenetur ad expensas absoluto accusato secundùm Bar. in l. cùm satis. j. col. versi. ꝙ modera-
7 tor. C. de agri. & cen. lib. xj. †Fis. Sed pone, ꝙ in casibus, in quibus accusator tenetur se obligare, vel præstare fideiussoriam cautionē de soluendis expensis, id facere non potest: nunquid vlteriùs procedetur contrà accusatum, an absoluetur ab instātia iudicii? ¶I v. Dicas, quòd si est casus, in quo ex officio potest procedi, procedetur ad vlteriora ex officio, quia videtur pars desistere: qua desistēte curia procedit. vt est c. regni incip. Robertus Dei gratia, &c.
8 Ad consultationem. ¶In qui. † Sed vtrum isto casu ad petitionē inquisiti possit, & teneatur iudex imponere perpetuum silentiū accusatori, an non? ¶ I v. Dicas, ꝙ sic, quia qui non instat quotidiē accusationi, non dicitur accusasse: secundùm Bart. in l. eum. §. j. ff. de iure patro. item est aduertendum, ꝙ de iure municipali huius regni est satis prouisum in hoc, per constitu. incip. accusatorem. qua statutum est, quòd si accusator lite contestata in accusatione criminali non comparet in termino præfixo à iudice sibi ad aliquē actum faciendum in lite, ob eius contumaciā punitur in tertia parte bonorum mobilium: & si iterū citetur ad prosequendam accusationem, & fuerit cōtumax, punietur pœna centū augustalium. idē erit, si renunciat expreßè post litem contestatam accusationi institutæ: in qua consti. not. ibi Afflic. in iij. not. quòd si iudex condemnauit accusatorem ad tertiā partem bonorum mobilium, quia post litem contestatam fuerit cōtumax, & iterum fuerit citatus, vt intrà certum terminum compareret persequuturus accusationem, & non comparuit, licèt supersit instantia, vlteriùs non auditur super accusatione, & sic imponetur silentium: & nihilominus condēnabitur ad pœnam centum augustalium. fallit in minoribus, & mulieribus accusantibus. est etiam alia consti. incip. accusatorum temeritas. qua statutum est, quòd si accusator est contumax antè litē contestatam. dicitur desistere ab accusatione, & punitur in vj. par. bonorū mobilium, vt optimè ibi not. Affli. in iij. nota. & nihilominus in expensis condemnatur aduersario: & nihilominus potest imponi silentium ad petitionem accusati, secundum Bald. in l. peremptorias. pe. col. in princ. versi. quæro, vtrum reus. C. sen. rescin. non po. debet tamē præcedere duplex monitio, vt in authen. de hære. & fal. §. si quis autem. cum Gl. in ver. admonitus. & ibi Ange. j. col. & de eccle. tit. §. si quis autē. & an non obstante, quòd sit impositum silētium, aliquo casu audiatur, vide Boër. in decisio. 255. ij. parte, vide etiam Ange. de Are. in lib. malefi. in verbo, nec non ad
9 querelā. in xv. col. vbi plenè. † Solet etiam similiter opponi, quòd querela deficit in substantialibus positis per l. libellorum. ff. de accusa. quæ substantialia debēt interuenire: aliàs querela esset nul-
10 la. † Et intantùm est verum hoc, quòd si sit accusatio de crimine ciuiliter, debet continere in se annum,

num, locum, & mensem. secundū Bar. in l. prætor edixit. in prin. ff. de iniur. & in l. item exigit. ff. de do. & Ange. de Are. in §. ex maleficiis. insti. de actio. Alexan. in l. edicta. col. v. x. annot. & Bertran. con. ccxvii. nu. v. in li. j. & quid si vnus est percussus in vno loco, & ī alio mortuus, quis locus cōfinabitur? dic, quòd locus percussionis, vt l. ait lex. ff. ad l. Aquil. & habetur plenè per Ang. de Are. in lib. malefi. in verbo, in platea communi. ij col. & nota, quod vbi cōstat de iniuriis dictis per confessionem iniuriantis, non requiritur appositio loci, & temporis. secundū Bertran. in consi. ccxj. in pri. lib.

11 † Itē intantùm est verum, quòd accusatio nedum debet esse certa respectu loci, sed etiam respectu territorii, vbi est locus. secundùm Bart. in l. de minore. §. plurium quoque. & ibi Marsi. vij. col. versicu. dicit tamen. ff. de quæstio.

12 † Tu verò regnicola scias, quòd hodiè parum seu nihil curetur de istis substantialibus. l. libellorum. sed si constet de facto, ipsis non obstantibus, ac non obstantibus quibusuis nullitatibus, ineptitudinibus, procedatur ad vlteriora: vt cauetur per ritum magnæ curiæ vicariæ incipien. Isabella Dei gratia. & dicitur litera de supplen. defecti. post literā, detestantes. quod quidem notandum est.

13 † Item similiter potest instari & peti, ꝙ legitimetur persona querulantis, vt est text. in l. nō ignorat. C. qui accusa. non possunt. vbi habetur, ꝙ si aliqua mulier accusat aliquem de homicidio commisso in nepotem, debet probare se esse amitā. & tenet Bal. in l. vxor j. col. in medio. C. qui accusare non po. & plenè habetur per Felin. in c. j. de accusa. & debet opponi & peti hoc antè litem contestatam.

14 † Item successiuè potest opponi exceptio illegitimatis personæ querulātis, vt ibi dicit Felin. & debet opponi, vt dixi, antè litem cōtestatam: nisi superuenisset post litem contest. & antè litē contesta. non erat in rerum natura, secundùm Bart. in l. inde Neratius. ff. de fideiusso. & est tex. in l. is, qui reus. ff. de publi. iudi. & habetur per Felin. in d. c. j.

15 † Et primò potest opponi, quòd est mulier, quæ accusat, quę repellitur ab accusando, vt l. de crimne. C. qui accusa. non possunt. & hoc propter sexus fragilitatem. hoc tamen non procedit, si suam, suorumq; iniuriam persequitur. l. j. ff. de accu. & l. ij. & l. uxor. & l. senatusconsulto C. qui accusare non possunt. & ibi per Doct. Item fallit in crimine simoniæ, quia in eo admittitur, licèt non respiciat proprium interesse, vel suorum. item fallit in crimine hæresis, & læsæ maiestatis. item in crimine dilapidationis prælati, videlicet, sui superioris. item accusat de falso testamento. l. senatusconsulto. & vide Aymo. Craue. in consilio. ccxxx. in ij. par.

16 † Et in tātùm est hoc verum, quòd quando mulier accusat prosequendo suā, vel suorum iniuriam, præfertur omnibus accusare volētibus, qui non prosecuntur suam, vel suorum iniuriam: vt est casus in d. l. vxor. versicu. nisi ad te. & ibi Salic. si autem in accusatione de iniuria suorum concurrunt mulier, & masculus: tunc etiā si masculus sit in vlteriori gradu, præfertur

fertur tamen mulieri.l.ij.ff. de libe. cautio.masculus enim admittitur ad accusandum de iure communi: fœmina verò de iure speciali.l.eius militis.§.militia missus.ff.de testa.mili.secundùm Salice.& Bal.in d.l.vxor.si verò nec fœmina, nec masculus prosequitur suorum iniuriam: casu quo mulier admittitur, si masculus est habilis, ille præfertur mulieri: si verò sit inhabilis, erit locus gratificationi. l. iiij. §. sed & si mulier. ff. de liberis homi. exhibendis.secundùm Salice.in d.l.vxor. & sequitur Ang. de Are. in libro malefici.in verbo,nec nõ ad querelam.in v. colu.& sequitur Gan. di.in libro malefi.in titu. qui accusa. possunt vel non.

17 † Item intantùm hoc procedit,quòd mulier accusare potest de morte filij spurij: & filia sacerdotis de morte patris, secundùm Ang.in l.j.ff. de accusatio.& sequitur Bar. ibidem.sed Bal.in l.j.C. qui accusare non possunt. in primo casu distinguit, quòd aut de filiis naturalibus, & potest indistinctè: aut de aliis filiis,quos dignos naturali ratione non censet lex: & tunc si sunt nati ex certo complexu, potest accusare mulier, quia naturalis dolor illos impellit: aut ex incerto complexu, vt vulgo concepti: & tunc aut per respectum ad maternam lineam, & admittitur: aut per respectum ad lineam paternam, & non admittitur. vide Feli. in c.nonnulli.de rescript. Ang.Areti.in libro.malefi. in verbo, nec non ad querelam part. in ij.col.

18 †Item vxor potest accusare de morte sui viri, vt est Gloss. in constitutio.incipi. summo periculo. quam sequitur ibi Afflict. in nono notabili. quia si potest de morte sui consobrini accusare, vt d.l.vxor.& l. sororem. C.de iis quibus. vt in dig. & in l. ij.ff. de accusatio. multò fortiùs de morte mariti. & hoc propter suum interesse: non propter interesse mariti,quia vxor non agit de iniuria facta marito. l. quòd si viro. ff. de iniuriis. nisi concernat etiam suam iniuriam, vt not. in §.patitur.insti.de iniu.& idem procedit in sponsa, vt dicit Are. in d. §. patitur. in Gloss. in verbo, per vxorem.in fin. & Afflict. vbi suprà. vide Boër. decisio.

19 ccxxxiij.secunda parte.†Item mater potest accusare de morte filii: vt d. l. vxor. & l. senatusconsulto.C.qui accusa.non possunt.& l. de crimine.eo.titu.& probatur in constitu.regni.summo periculo.

20 & ibi.no.gl. † Verùm si concurrunt pater & mater, præfertur pater ratione patriæ potestatis,& ratione ordinis literæ, vt est text.in d. constitut. summo periculo. & ibi not. Affli.in nono not. & no.

21 Sali.in d.l.vxor.† Sed si pater remisit,mater potest accusare secũdùm Sali.in d.l.vxor. & sequitur Afflict.in d.consti.summo periculo.in nono no.& ita vidi iudicari.

22 †Et soror potest accusare de morte fratris occisi,etiamsi frater remisisset,& fecisset pacem cum interfectore. secundum Afflict. in const.iustitiarii nõ per calendas.

23 in fin. col. † Nam fœminis competit ius vindictæ iudicialiter accusando: & ab eis debet etiam haberi pax. vt pulchrè concludit per plura Boëri. in decisio.ccxxj. in. j.parte.nume.2, cum pluribus sequen.

sequen. pro quibus uide Tiraque.
in tractatu, de legi. connu. in pri-
ma lege. nu. 58. Guliel. Bene in re-
pe. c. Raynutius. in verbo, duas ha
bẽs filias. nu. 130. fol. xxviiij. & an
sororib⁹ interfecti obstet senten-
tia absolutoria lata ꝓ reo citatis
omnibus præter ipsas sorores, ui-
24 de Bal. con. 430. ĩ quinto li. † Itẽ
commater potest accusare occiso
res sui cõpatris. secundùm Boër ĩ
25 decisi. ccxxxiij. † Itẽ secũdò prin
cipaliter potest opponi, ꝙ alieno
nomine accusat: quod nõ est lici-
tũ. l. ij. C. qui accu. non pos. & pro
curator, tutor, curator, & actor,
administratorio nomine accusare
nõ possunt, vt dicit etiã ibi Salic.
quãdo ergo volũt accusare, debẽt
accusare nomine ꝓprio: ad vtili-
tatẽ tamẽ dominorum suorum. vt
dicũt Doc. & Bar. in l. ij. §. primo.
ff. de accus. sed hãc cautelã impu-
gnat Ang. de Aret. in lib. malefi.
in verbo, nec non ad querelam. in
v. col. versi. tertio. Gandi. in suo
opere malefici. in titu. qui accu-
sa. pos. vel non. secunda colum.
versic. item accusare prohibẽtur,
approbat dictam cautelam. dicit
tamen Iacob. Bot. in addi. ad d. lo
cum, quòd ad euitandum opinio
nes potest cogi talis accusator, ut
declaret, si accusat alieno nomi-
ne, an proprio. & hoc per l. si duo.
ff. de solu. & l. qui. in princi. ff. de
26 tutel. † Prædicta tamen non ha-
bent locũ in fisco, illustribus per-
sonis, mulieribus honestis, & mi-
noribus: nam omnes istæ perso-
næ possunt per procuratorem, tu-
tores, & curatores accusare, vt
habetur per Afflict. in cõstitutio.
beneficium. in secunda Gloss. &
in constitutio. generalia iura.

27 † Item potest opponi, quòd ta-
citè vel expresse renunciauit accu
sator accusationi. l. accusationẽ.
C. qui accusa. non pos. & est ratio
propter uarietatem euitandam.
secũdùm Augu. de Ari. in addi. ad
Ange. de Aret. in lib. malefi. in
verbo, nec non ad querelam. in
vj. col. in versic. quarto. dicit,
quòd hoc procedit post querelã
institutam: non ante: quia tunc,
si querela non fuit proposita, põ-
test proponi. per tex. & ibi Bart.
in l. iij. §. si iis. ff. de sepul. uio. &
ibi Ber. de Landria. allegat Barba.
28 consilio 62. † Hoc autem verum
est in tacita renũciatione, ut quò
ad suum cõmodum accusationẽ
prosequi non possit: sed tanquàm
vnus de populo benè potest. sed
secùs est in expressa renuntiatio-
ne, quia nec tãquàm vnus de po-
pulo potest, ut inquit Bald. in l.
accusationem. j. col. C. qui ac-
cu. non pos. & sequitur Afflict. in
constitu. accusatorem. in fin. col.
29 † Et est notandum, quòd si ac-
cusator post litem cõtestatam nõ
compareat ĩ termino sibi præfixo,
videt tacitè desistere, & tacitè re-
nũtiare accusationi institutæ: ut
est text. & ibi not. Afflict. in v.
uo. in constitutio. accusatorem.
30 † Item est notandum, quòd ille,
qui tacitè desistit, si allegat iustã
causam quare fuerit contumax,
poterit prosequi accusationem,
& illam probare. vt in l. si accu-
satoribus. C. de accusa. & in l.
etsi siue. ff. de minori. sed ille, qui
expresse renuntiat accusationi,
nõ poterit vlteriùs prosequi accu
sationem iam institutam. quia ad
ius expresse renunciatum non da-
tur egressus. l. si fili⁹. ff. de minor.
l. quæ-

l. quærit de ea. §. si uēditor. ff. de ædi. edi. & firmat Affli. ubi suprà. 31 † Et est sciendum, quòd de iure constitut. regni in criminibus ingerentibus pœnam sanguinis, nullo modo licet desistere, & transigere, neque pacisci gratis in quacunque parte litis: & transactio, vel pactum factum nō ualet, si curia ipsam, uel ipsum non acceptat vt habetur in constitutio. post citationem. iuncta cōstit. priusquā citatæ partes, & procedit hoc indistinctè antè comparitionē partium, & post comparitionem: tam antè litem cōtestatam, quàm pòst, & iudex non obstante transactione potest prosequi ex eodem processu: & non est necesse incipere processum de nouo, ex quo trāsactio non ualuit: & sic in regno est correcta dispositio legis, transigere. C. de transa. in eo, ꝙ permittit transactionem ī pœnis sanguinis, & si fit transactio aliquo dato accusatori, ut à lite discedat, si quidem fiat antequàm citatus accusatus compareat, punitur accusator ad duplum eius, quod recepit: quā pœnā fisco persoluit: si uerò fiat post comparitionem accusati, & antè litem contestatam, punitur accusator ad decē augustales fisco applicandos: si uerò fiat post litis contestationem, tūc puniuntur ambo, scilicet, accusatus, & accusator ad duodecim augustales ꝓ quolibet: & nihilominus iudex potest causam prosequi, ut probatur in dicta constituti. ibi, causa nihilominus suo ordine. sed secundum formam ritus, si partes se concordant sine licentia curiæ, puniuntur ad x. tarenos tantùm. vt est ritus in nu. 228. incip. item quòd si partes. benè tamen potest aliquid accipi ꝑ accusatorē ab accusato pro æstimatione damnorum, & expensarum, ut tamen nō incidat in pœnas præfatas. ut probatur in §. j. illius constitutio. non tamen intelligas, ut tunc ualeat transactio in præiudicium fisci. quia nunquam ualet, sed solùm euitatur pœna. si uerò sumus in criminibus non ingerentibus pœnam sanguinis, nō est permissa transactio, nisi in crimine falsi. & sic concordat cum iure communi. sed ī iniuriis leuibus permittitur transactio, & pactum, antequā partes compareant coràm iudice post citationem: sed post comparitionem non permittitur, ut colligitur ibi à contrario sensu, & benè declarat Mara. in sua pract. in vj. & vltima parte, numero. 63. per totum. ¶ INQVISITVS. 32 † Quid si de delicto est transactum cum parte, an alius possit accusare? ¶ IVD. Dicas, quòd ubicunque fit transactio, & etiam si in casibus permissis, non excluditur ab accusando, nisi ille qui trāsegit: alius autem tertius non excluditur, sed admittitur ad accusandum. & si ita transactio nō ualuit, potest ipse idem transigens ꝓsequi. secundum Feli. in c. de iis, de accu. col. j. vers. ij. limita. & ibi Abb. & alii Docto: potest etiam fiscus inquirere, non obstāte transactione, in casibus, in quibus transactio fieri non potuit in præiudicium fisci: uerùm licèt non obstāte transactione, ut dixi, tertius ad mittatur ad querulandū: non tamen potest persequi eundem processum, super quo transactum est: nec etiam iudex ex officio, sed o-

portet

portet de nouo formare aliũ processum, & hoc in casibus, in quibus est permissa transactio: in casibus uerò non permissis potest accusator & iudex persequi eundẽ processum. secundum Bart. in l. transigere. C. de tran. col. j. in fi. & col ij. in iiij. oppo. & sequitur Alexã. ibi in iiij. col. & magis cõmuniter scribentes. & plenè per Maran. vbi supra. nu. 48. Sed si est transactum cum curia, & parte in casibus permissis, vlteriùs non potest molestari, vt per Pau. Grillã. in tra. de rela. carce. ĩ vj. quest. vt quia facta sit cõpositio. quia tunc fit abolitio processus, vt per Par. de Put. in lib. syndi. in verbo, compositio. & Pau. Grilla. vbi supra. quæ compositio fieri debet lite pẽdente, non lata sententia: quia tũc non posset fieri absque authoritate principis: item debet fieri compositio ex causa rationabili: ut quia non est solitus similia, vel alia delicta patrare: sed est honesta persona. item debet fieri, quando non plenè constet: alias crimine liquidato deberet ferri sentẽtia: nisi de iure posset minorari pœna. vt habetur per Pau. Grilla. vbi suprà. in ti. de compo. in prin. sed in regno extat ritus magnæ curiæ uicariæ icip. itẽ quòd nullus. quo cauet, ꝙ non valet cõpositio, nec fieri debet, nisi crimine uerificato. item debet fieri compositio parte concordata, ut sunt plures ritus inci. itẽ seruat ipsa curia nullũ. item ꝙ dictus locũ tenẽs. itẽ ꝙ ubi procedit. itẽ cõpositio nõ potest fieri ĩ criminibus enormibus: & maxime ubi officiales non possũt cõmutare pęnas, ut est ĩ regno ꝑ prag. incip. & quia facilitas. vbi tamen uenit imponẽda pœna corporis afflictiua: & nõ aliter. ¶Fis.

33 † Quid in crimine vsurarum, si accusator desistit ab accusatione antę sententiam, an iudex possit procedere? In. Videtur dicẽdum, quòd non, quia in crimine, in quo uenit imponenda pœna publicationis omnium bonorum (ut est crimen vsurarum) permissa est transactio. secundum Mod. Per. in l. transigere. C. de transa. & ibi Lã ce. Decisi. col. pen. & Alex. consil. ix. in ij. colu. in ij. uolu. sed dicit Bar. in d. l. transigere. col. ij. quòd vbi permissa est transactio, parte desistente, iudex cognoscere non potest. ergo, &c. ¶Ivd. In contrarium est doctrina And. de Iser. in consti. usurariorum. quem sequitur Afflict. ibi in Gloss. in verbo, deferẽdi. vbi dicit, ꝙ parte desistente, iudex procedit. argu. l. iij. C. de abolitio. & de hoc est ritus magnæ curiæ uicariæ incip. si moritur. sub rubrica. ꝙ accu. de curia potest procedere. ¶ Fiscvs.

34 † Vtrum perempta instantia possit quis accusari? Ivd. Dicit Sali. in l. iij. aliàs, quòd de crimine. in ij. col. 4. oppo. de accusa. quòd aut periit instantia culpa iudicis, & potest iterum accusari: aut periit culpa partis, & iterum non potest accusari. & ita in indiuiduo decidit Capi. in decisiõ. 206. incipien. in causa.

35 † Item potest opponi, quòd sunt de personis, quæ prohibentur accusare. de quibus per Ange. de Are. in lib. male. in uerbo, necnõ ad querelam. & per Gandi. in opere suo, in titu. qui accusa. poss. uel non.

36 † Et generaliter potest opponi, quòd non prosequitur suam, vel

suorum

suorum iniuriã: & quòd in regno est sublata popularis accusatio, ut dictat ritus magnæ curiæ vicariæ incip. Item quòd nullus laicus.
37 † Est tamen sciendum, quòd omnes illæ personę, quæ prohibētur accusare (de quibus per Angel. vbi suprà) si prosecuntur suam, vel suorum iniuriam, possunt accusare: & non aliter repelluntur. l. ii tamen omnes. ff. de accu. in pri. si sunt iudicii, & discretionis
38 capaces. ¶ Fis. † Vtrum filiusfamilias possit accusare absque consensu patris? ¶ Inqui. Videtur, quòd non. secũdùm Specu. in tit. de accu. in prin. versic. sed quid si accusator sit filius. ¶ Fis. Contrariam opinionẽ tenẽt. Dy. Bar. & Ange. & Imo. in l. fi. §. j. ff. de verbo. obliga. & Bar. in l. inter liberas. §. j. & i l. filiũfamilias. ff. de adulter. ꝙ non requiritur patris cõsẽsus. & ita firmat. Ang. de Are. in lib. malefi. in verbo, necnon ad querelã. col. 24. versi. quæro, quãdo. ¶ Iudex. Hanc vltimam opinionem ego tenerem, si nõ esset ritus magnæ curiæ uicarię incipiens: item seruat ipsa curia, quòd quando. qui vult, quòd filiusfamilias non admittitur ad denuntiandum, vel accasandum absque obligatione, cui interueniat consensus patris. & sic cogitate. ¶ Fi
39 scus. † An laicus possit accusare clericũ primæ tonsuræ? ¶ Iud. Dicas, quòd non. ut decidit Anto. Corset. in sing. in verbo, accusatio. & vide do. Alexan. in consi. viij. inci. super hac cõsultatione. in ij. col. j. lib. quod quidẽ credo nõ procedere, si prosequitur suã,
40 suorumque iniuriam. † Item potest principaliter opponi, ꝙ ipsę primò accusauit accusatorem suũ quo casu pẽdente accusatione nõ potest accusari: in quo dubio diuersimodè reperitur statutum de iure communi, & de iure regni. nã pri. dicit Angel. in lib. malefi. in verbo, necnon ad querelam. nu. 16. distinguens, quòd aut nomen rei receptũ est inter reos, aut nõ: aut usque ad conclusionẽ in causa, aut post conclusionem in causa: aut vsque ad sententiam, aut post sententiam. primo casu post nomen rei receptum inter reos: & tunc aut vult inscriptionem ac cusationis facere ad finem, ne sibi currat terminus, & vt post sentẽtiam possit accusator prosequi accusationem, auditur. ut l. neganda. C. qui accu. nõ po. siue accuset suum accusatorem, siue aliũ dummodò nõ faciat in fraudem, vt tardet executionẽ sentẽtiæ ferẽdæ. aut vult accusare ad finẽ, vt procedatur super ea: & tunc aut suam, aut suorum iniuriam prosequitur, auditur contrà quemlibet, siue de maiori, siue de pari, siue de minori. ut d. l. neganda. si autem suam, vel suorum iniuriam nõ ꝓsequatur: & tunc aut uult accusare de maiori crimine, potest quẽlibet siue accusatorem, siue extraneum accusare. d. l. neganda. sed in hoc est aduertẽdum, quòd iste, qui reaccusat, aut reaccusat de maiori: quod quidem si est uerum, & probetur, extinguetur ex toto crimen obiectum contrà ipsum nunc reaccusantẽ: & tunc nõ solùm nõ auditur, sed imponitur ex toto silentium ipsi primò accusanti super sua accusatione, donec secunda accusatio discutiatur. & ex euẽtu causæ procedatur

postea

posteà,vel non. iste est casus. l.j. C.qui accu.non po.aut delictum, de quo fit reaccusatio, potest esse tale,quòd ipsum poterit esse,& etiam poterit esse crimen primo loco intentatum ; & tunc audiet, ut super secundo pariter proceda tur, sicùt proceditur in crimine, quod sibi ascribitur. iste est casus d. l.neganda.si autem vult accusa re de pari,vel minori ; idque post nomē suum receptum inter reos, nullo modo auditur. vt l. is, qui reus.ff.de pub. iud. siue extraneū accuset, siue suum accusatorem, fallit in uxore obijciente de leno cinio.secūdo casu principali nulli dubium est, quòd nisi à lege ꝓhibeatur, permittitur ei reaccusa re suum accusatorem, & quemlibet aliū, siue de maiori,siue de minori,siue de pari:siue suā,suorūq; iniuriam prosequatur,siue non:et ad finem, ut super sua accusatiōe procedatur.& isto casu,si accusat suum accusatorem,discutitur sup utraq;:si autem accusat extraneū, tunc quandolibet potest procede re,ut solertior erit.veruntamē citatus pro uno iudicio.nō cogitur cōparere pro alio tertio casu prīcipali post conclusum in causa, & antè sententiam,& quarto casu principali post sententiā : & tunc aut fertur absolutoria, & clarum est, ꝙ accusatus accusare pōt de quolibet crimine : aut fuit condemnatoria,& tunc aut fuit condemnatus de crimine priuato tātū, & per consequēs nō fuit effectus infamis, & potest quemlibet de quouis crimine accusare:aut fuit condemnatus de publico iudicio, & sic est infamis: & tunc aut vult accusare extraneum de nouo, & nullo modo audit de aliquo crimine,nisi pro crimine læsæ maiestatis : aut vult accusare suum ac cusatorem, & tunc aut per senten tiam debet perdere vitam natura lem,& non potest : aut libertatē, & ciuitatem tantū,& potest. hæc sunt verba Ange.vbi suprà.sed in regno sunt iura municipalia. quę obseruātur in regno,vt in ritu incip.item seruat ipsa curia. & in ritu incip.item siquis, vel siqua accusatus. quibus cauetur.ꝙ accusator non potest nec ipse, neq; mater,neque pater, filij, fratres, nec singuli familiares,nisi eodem die, & ex nouo delicto accusari. & similiter est cap. incip. legislatoris. vbi cauetur,quòd nullatenus accusator potest per accusatum reaccusari,siue de maiori, siue de minori crimine ; siue prosequatur suam suorumque iniuriam, siue non : sed si querela fieret,prę statur fideiussoria cautio de stando iuri determinata prima quere la. uerùm potest accusari de nouo delicto.uerum si ambæ querelæ procedunt ex eodem fonte, proceditur super vtraque. vt refert fuisse decisum in sacro regio consilio Gramma.in decisio.liij.

41 ¶ Fiscus. † Quid si est facta querela à personis prohibitis ? an si non opponatur,sit nullum, quicquid fiat ? ¶ Iud. Dicas, quòd non : sed debet opponi, secūdum Bar.in l.j.ff.ad Turpi.in §.accusationem. & ibi Alexand. & habetur per Alexand. in l. elegāter. §.siquis post.ff. de condi. indeb.

42 † Vnū tñ sciendum est in hac materia,quod est principalius, & sicùt fundamentum in domo,ꝙ negligentibus illis, quorum magis interest,

intereſt, accuſare, admittũtur illi, quorum minus intereſt. ut eſt Gl. not. in l. ſenatuſconſult. C. qui ac cu. non po. & ibi not. Sali. tamẽ illos, quorum magis intereſt, pœnitere poteſt uſque ad cõteſtatio nem litis excluſiuè, & admittuntur ad accuſandũ. ut eſt text. not. in l. iij. §. item ſi is, cuius intereſt. ff. de ſepul. uio. vbi optimè probatur. & not. Salic. ubi ſuprà. & Alber. de Roſa. dicit in d. §. item is, cuius intereſt. quòd antè conteſtationem litis non dicitur perfectè ius quæſitum alteri accuſanti: ita, quòd priores per pœnitentiam non admittãtur. & de iis om nibus eſt text. not. in l. ſepulchri. ff. de ſepul. uiolat. ubi dicit priùs eſſe admittendos illos, quorũ magis intereſt: & illis ceſſantibus admitti, quorum minus intereſt. qui ſi poſteà velint accuſare, & reperiatur in accuſatione proceſſum vſque ad condemnationẽ, vel ſaltem uſque ad cõteſtationem litis incluſiue, ſecundum Gloſ. in d. l. ſepulchri. non debent admitti aliquo modo ad acccuſandũ. & quãuis ſint primò citandi illi, qui ad accuſandum priùs debent admitti, quàm alius admittatur: tamen dicit Boër. in deciſi. ccxx. in prima parte nume. 8. quòd de ſtylo curiarum quilibet proximior admittitur, vſquequò alius magis ꝓximus apparuerit inſtigans. quæ omnia notes ĩ actu practico: quia habui in facto Salerni, tempore quo ibi erã iudex, ſub die vj. Nouembris. an. 1547. & ſeruaui, ut

43 ſuprà. † Et nota, quòd Boër. in d. deciſi. ccxx. latè diſcutit, an pater præferatur in accuſando de morte filii fratribus, & nepotibus ex ipſo filio præmortuo. & plura dicit, tandem verò concludit, ꝙ pater præfertur, niſi pater colluderet, & componeret cum occiſore. verùm ſi fratres, & nepotes ex filio voluerint intereſſe accuſationi, & ſimul concurrerint, tunc admittentur omnes ſimul de æquitate pro ipſorum intereſſe. & ibi habetur, an patre remittente admittantur fratres: adde etiam, quòd quilibet tertius poteſt cõparere, & inſtare, ſi ſua intereſt. ſecundũ Aymo. Craue. in conſil. ccxxx. in

44 ſecunda parte. † Et an, & quãdo pater poſſit remittere iniuriam factam filio, vide Boër. in d. deciſi. ccxx. in prima parte. vbi ponit regulam cum pluribus fallentiis. & Iaco. de Bello viſ. ĩ ſua praxi cri. in verbo, quòd dictus reus. in tit. de iniur. in 7. col. vbi plenè. & adde, quòd ſi eſt facta iniuria filio ꝑ coniunctam perſonam, nõ poteſt pater eam remittere: licèt aliàs poſſet. vt habetur per Ludo. de Roma, in ſingu. xcij. incip. tu habes. quod & refert & ſequit̃ Marſil. in l. diuus Adrianus. ff. ad l. Pom. de par. nu. 2. ¶ Fis. † Quod

45 ſi filius alicuius effect⁹ fuerit monachus, & fuerit occiſus, qui præferetur in accuſando, paterne ipſius, an abbas, ſeu prior monaſterij? ¶ Ivd. Dicas, quòd uterque admittitur, pater, & abbas, quilibet pro ſuo intereſſe. & remiſſio vnius nõ obeſt alteri, quominus agere poſſit, vt habetur per Boër. in deciſi. xxij. in prima parte per totum. An uerò religioſus iniuriatus remittens iniuriam, poſſit demum agere contrà iniuriãtem nomine monaſterii, uide Iaco. de Bello viſ. in praxi cri. in titu. dè

iniur.in uerbo, quòd dictus reus malitiosè.ix.col.vbi tenet, quòd
46 sic. ¶Inqvisitvs.† An sufficiat habere pacem à maiori parte? ¶Ivdex. Dicas, quòd sic.vt uoluit Bart. quem secuntur Docto. in l.iiij.§.Cato.ff.de verbo.obliga. & sequitur Boër. in decisio. ccxxj.prima fa.nume.3. ¶Fisc.
47 †Nunquid socius possit accusare de morte socij in mercatura, uel in aliquo artificio? ¶Ivd. Dicas, quòd sic. vt dicit Masuer. in sua praxi cri.in ti.de expensis, inte.& damnis.fol.107.col.ij.versi. item propter homicidium.refert ac sequit Nico.Boë.in decis.ccxxxiij,
48 in secũda parte.†Item solet istari, quòd accusator falsitatis declaret, in qua specie prætendatur falsum,& in quo loco,& in qua parte.in quo Capy.in deci.79.arguit pro & contrà.tandē verò videtur sentire,quòd non teneatur. ¶Inq.
49 †Nunquid ad exigentiam accusati,uel inquisiti teneatur iudex inquirens, vel accusator declarare diem commissi criminis? & uidetur dicendum, quòd sic, per doctri. Bart.in l.ij.§.siquis Ephesi. ff. de eo,quod cer. loco. & in l. is, qui reus.versi.sed quæro cùm in accusatione.ff.de publ.iudi.vbi dicit, quòd æquùm est, quòd declaret: ne auferatur reo defensio: & ut libellus sit talis,per quem reus plenè instruatur, an velit cedere, an verò contendere.vt l.j.ff. de edē. & facit pro hoc l.pen.ff.de interro.actio. ¶Fiscvs. Sed contrariam opinionē tenuit Imo.in d.l. is,qui reus.motus,quia in l. libellorum dicitur,quòd nō debet cogi accusator apponere diem. Nec obstat.l.penu.ff.de interro.actio. quia illa debet itelligi in casibus, in quibus a iure non reperitur facta permissio in specie specificata.quia clausula generalis non refertur ad specificata.vt l. doli clausula.ff.de verb.oblig. ¶Ivdex. Ego puto opinionem Bar.esse veriorem: & sic, quòd debet declarari. & hoc per id, quod ipsemet dicit in d.l.libellorum.vers.circa tēpus. in fi. quia accusator propter hoc non grauatur. quia licèt cogatur apponere diem, non tamen probare:& si non probat,nō per hoc reus absoluetur.& ita firmat Ange.de Are.in lib.malefi.in verbo,de anno præsenti. & hanc opinionem dicit Augu. de Arim. in addi.ibi. & Bald.in l.j. C.de re iudic. & Roma. in l. Pomponius. §.rei perduellionis. ff. de acqui. hære. intelligendo tamen opinionem Imo.in d.l.is,qui reus. procedere, quòd non possit iudex cogere querulantem ad instantiā partis,vt declaret diē: sed ex officio benè pōt.& ita itelligat opi. Bar. potest tn̄ pars iplorare officiū iudicis.vt declaretur dies. sed dicit Ang.vbi suprà, ꝙ ita demū cogitur apponere diem, si reus exprimat in iudicio diem, in qua vult facere defensiones. secundū Sali.
50 in l.pe.C.de accus. ¶Fis.†Nunquid accusans aliquem de volūtate Titij ibidē præsentis, videatur accusare de mandato Titij? ¶Ivd. Dicas, ꝙ nō.secūdùm Bar. & Dy. in l.post dotem.iiij.col.uers.ecce accuso Titium.ff.sol.matri.& per Flori.in l.sed & siquis. §. si duos.
51 ff.de vsufru. †An concubinarius possit accusare eum, qui carnaliter cognouit eius concubinam? dicas, quòd non: nisi sit eius patronus.

tronus.secũdùm Bar. in l.si vxor. in prin.ff.de adulte.& ibi p Alex.
52 † Et est aduertẽdum, ꝙ accusatio contrà syndicum: quòd nõ denun tiauit maleficiũ commissum ĩter Titium & Seium, non tenet, non specificato loco commissi delicti, secundùm Bal.in l.j.C.de ijs,qui. ut indi.& in l.actor.C.de probat. & Bal.in addi. Spec.in ti.de libe.
53 conce.ver.accuso. ¶Fis. † Intrà quantũ tẽpus debet fieri accusatio memoriæ nominis in casib. in quibus permittitur? Iud. Dicas ꝙ intra quinquennium à die mortis.l.ij.C.de apolta.& Ludo. ĩ sin gul.ĩ uerbo, accusatio. clxj.de cri
54 mine. ¶Fisc. † Vtrum accusatus ab vno, possit ab alio accusari? ¶Iud. Distinguendi sunt tres casus.aut enim prima accusatio pẽdet, & non potest alius accusare: quia obstat exceptio impeditiua processus, scilicet ego sum ab altero accusatus. secundùm Bar. in l. senatus.ff.de accusatio. & hoc potest euenire, quotiescũq; offensus (verbi gratia) accusaret, & alij cõsanguinei prosequendo iniuriam suorum porrigerent etiam querelas. certè istæ querelæ consanguineorum non debent admitti durãte querela offensi: sed benè poterunt assistere in iudicio pro eorum interesse super querela offensi, vt ille iniurians puniatur sufficienti pœna. nam per istam iniuriam unum tantùm dicitur delictũ, & solùm semel fuit offensa respublica: undè qñ vnus accusat, agit, ut satisfiat reipublicæ per legitimam & sufficientem pœnam. l.licitatio.§.quod illicitè.ff.de publi.vndè eo ipso, quòd aliquis est accusatus semel criminaliter, non tenditur ad aliud per hãc vnicam accusationem, nisi ut satisfiat reipublicæ: cuius interest, ut delicta puniãtur. l.ita vulneratus. ff. ad l. Aqui.& sicut, si ista satisfactio esset effectualiter facta per impositionem pœnæ, non posset alius accusare: pari modo, quando satisfactio est in fieri, quòd pẽdeat ꝓcessus. & hac consideratione utitur Rober.Venu.in sua ciuili practi.in vj.& ultima par. nu.54. aut fuit lata sentẽtia condemnatoria ad pœnam sufficiẽtem: & minimè potest ab alio accusari. quia semel sufficienter punitus, non debet iterum puniri, vt dixi: aut fuit absolutus sciente nouo accusatore: & minimè potest accusari. per ea, quæ habentur in l.si cui. § ijsdem.& ibi Bar.ff.de accusa.remanent: ergo duo casus tantũ, in qui bus alius accusare potest, scilicet quando non esset sufficienter punitus: item, quando esset absolutꝰ ignorante nouo accusatore, qui suam vel suorum iniuriam prosequitur.& ita clariùs declarat Robert.Venu.in loco suprà allegato. & Ang.de Are.in li.malefi.in ver bo, necnon ad querelam.colu.24.
55 ¶Fis. † Quid si principaliter offensus remitteret offensori? an sui consanguinei possint accusare? ¶Iudex. Dicas, quòd non obstante remissione unius, potest alter consanguineus prosequendo iniuriam suorum accusare criminaliter: ex quo iniuria facta uni de agnatione, censetur facta alteri, & omnibus de agnatione. l.lex Cornel.& ibi Bart.ff.de iniur.nõ autem potest consanguineus accusare ciuiliter pro iniuria facta suo consanguineo, sed criminali-

ter tantum: vndè si formaret libellũ secundum cõstit. varietates pœnarum. æstimando iniuriam, libellus non ꝓcederet: vt ad longũ congerit Rober. Venu. vbi suprà.
56 nu. 51. ¶Fis. †Cui competat accusatio de pace rupta, quãdo ambo se offenderũt, nec cõstat, quis primò offenderit? ¶Iud. Dicas, quòd nulli competit in dicto casu, secundum Bar. in l. cum pater. §. libertis. in fi. ff. de leg. ij. ¶Fis.
57 † An accusatio criminalis detur pro leuissima culpa? Iud. Dicas, ꝙ non: sed benè datur pro damno dato iniuriosè alicui dolo, vel culpa etiam leui. secundum Bald. in c. iniuria. ij. col. vers. quæro, an sit damnum. de pa. iura. fir. quia pro leuissima non cõpetit actio criminalis, secundum Cy. in l. siquis nõ dicam rapere. C. de epis. & cler. &
58 Bald. in d. c. iniuria. ¶Inq. †An, & quando accusator dicatur in euidenti calumnia? ¶Iud. Dicas, quòd olim eo ipso, quòd non probabat, erat in calumnia præsumpta, nisi probaret contrarium: scilicèt quòd non est in aliqua calumnia, vt quia probat esse famam publicam, vel aliter. secundũ Bar. in l. athletas. §. calumniator. vers. puto autem. ff. de infa. & Feli. in c. fortis de calumniato. & secundum Bart. in l. ij. vers. ultimo not. C. si ser. aut liber. lib. x. & Ang. in l. cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acquiren. hære. hodiè autem ĩ regno per constit. pœnam calumniæ. de pœn. cal. con. calũ. istud est correctum. sed tunc quis punitur de calumniæ, qñ probatur, ꝙ fuit accusator in euidenti calũnia: & hoc probato debet iudex omninò ipsum condemnare ad pœnam calumniæ, quæ est similitudo supplicij: aliàs ipse iudex pũnitur pœna infamiæ, & duarum librarum auri. vt in c. regis Roberti incip. accusatorũ temeritas. & ꝓbatur in d. consti. pœnam calumniæ. punitur autem hodiè accusator non probans ad pœnam, ad quam se obligauit de probando. vt habetur latiùs per Afflict. in d. consti. pœnam calumniæ. 3. & 4.
59 no. † Vndè in regno dicitur aliquis in euidenti calumnia, quãdo ex actis apparet, ꝙ est in calumnia euidenti: vel apparet ex legitimis præsumptionib. ut l. licet. de leg. j. item dicitur accusator in euidẽti calumnia, si accusatus probat, quòd accusator dixit: dabo ei ma gnam brigam. Item dicitur accusator esse in euidenti calumnia, si præter id, quòd non probauit suã accusationẽ, concurrat probatio, quòd accusator conuersatur cum accusato: vel si concurrat prohibitio accusationis à iure. item dicitur in euidẽti calumnia in casu posito per consti. incip. pessimã. vt colligit hæc omnia Afflict. in consti. pœnam calumniæ. primo
60 no. versicu. iuxtà hoc quæro. †Vnum tñ nõ admitto, quòd si accusator diu stetit ad accusãdũ, ei accusatio posteà reddit suspecta, & præsumitur esse in dolo. vt cõsuluit Bal. in cõs. 37. j. lib. incip. quidam tabellio. in fi. intãtum, ꝙ Mars. in sua praxi. §. diligẽter. nu. 201. adducit hãc doctrinã ꝓ indicio faciente in fauorem reorum: licèt incorruptè alleget Bal. ĩ iii.
61 li. & est in v. li. †Et nota, ꝙ accusans de insultu debet dicere, ꝙ stãtẽ sub protectione Dei, & regis securum Tit. eum Tit. eo tẽpore, & loco

loco aggressus est.ut not.icōst.si delium nostrorum. & ibi p Affli. in ij.nota. & ideò debent apponi hæc verba: quòd ex tali insultu non solum est offensus ipse insultatus, sed etiam Deus, & rex: sub quorum protectione erat ipse offensus. nam rex studet dare securitatē ī regno suo, vt plenè cōgerit Affl.in loco s̄ allegato. ¶ INQV.

62 † Vtrū inquisitus possit petere, ꝙ īterrogetur accusator super eo, ꝙ excludit delictum? ¶ IVD. Dicas, ꝙ sic, vt firmat Albe.de Ros.in l.vbicunque.ff. de interro. act. in fin. & ita dicit uidisse practicari, & obtineri.& ideò potest peti, quòd interrogetur accusator, an voluntate sua accusatus de furto rem accepit, & an testes producti sunt ei

63 inimici vel similia. † Vnum tamē non omitto. Vos scitis, quòd in regno mulieres cōiugatæ, & vniuersitates possunt accusare p procuratores cū speciali mādato, vt cauetur in cōst.generalia iura. ideò sciatis, quòd in mādato de querulando, quod fit p mulieres, & vniuersitates, debent apponi oēs illæ solēnitates & requisita, quę debēt apponi in accusatione. aliàs mandatum non esset efficax, ut in indiuiduo consuluit Roma.in con.lx. incip.mādatum mihi ostensum. & refert & sequit Bern. de Lādr. in addi.ad Ang.de Are.ī li. male. in verbo, hæc est quædam inquisitio.in addi.incip.locus & temp⁹. quod est summè notandum, quia

64 pauci aduertunt. † Vlterius aduertas, quòd exceptio, quòd non pōt accusari, est dilatoria: & debet opponi antè litem contestatā: & nomen rei receptum inter reos: aliàs si non opponatur, processus remanebit validus. vt l.si maritus.§. pscriptiones.ff.de adulte. & ita dicit Bar.in l.hos accusare.in prin.

65 ff.de accusa. † Et si fortè proceditur ad denuntiationem aliquorū ad id deputatorum: ut puta, istorum nuntiorum, seu baiulorū curiæ, potest opponi, quòd denūtiatores ipsi non iurauerant in principio eorum officiorum: quo casu non debet admitti eorum denuntiatio, iuxtà doctr. Ang.in l.si uacantia.C.de bonis uacan.& Ang. de Are.in li.malefi.in verbo, necnon ad denuntiationem.ij.col.in fi.& ibi uide, quæ alia possint opponi aduersus istos denūtiatores.

66 † Et est notandū, quòd si aliquis fuit vulneratus à Titio, & contrà eum ipse vulneratus fecit querelā de simplicib⁹ vulneribus, & ob id fuit formata inquisitio cōtrà Titium, & ipse fuit captus & carceratus, & fuerunt ei datæ defensiones, & processum fuit ad alios actus: demum si vulneratus moriatur ex illis vulneribus, non potest procedi ex illo iudicio intentato, sed debet absolui obseruatione primi iudicij de simplicibus uulneribus, reseruato tamen iure procedendi de morte secuta ad uindictam & pœnam corporalē imponendam: & sic ex integro debet formari inquisitio de morte, vt docet Ang.Are.in li.male.in verbo, in platea communi. in fin. sed cogita, si procedit ī regno, vbi accusatore desistente procedit cum coadiutore curiæ. per capitulum regni incip.Robertus &c. spectat ad præsides.& sic nō sequitur abolitio per mortem querulantis.

¶ Dentur capitula quòd suffocauit vxorem. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitio debet continere easdem solennitates, quas accusatio.*

2 *Inquisitio non potest alteri cõmitti.*

3 *Pœna corporalis nunquã imponitur, nisi vbi interuenerit dolus. nu.4.5.6.*

7 *Maritus calce percutiens vxorem pœna mortis puniatur, si illa moriatur ex illa percussione. & nu.62.*

8 *Tortura non habet locum, nisi vbi delictum scelere fuerit cõmissum.*

9 *Vxor reperta suffocata ĩ lecto viri, an præsumatur à uiro interfecta. & nu. 15. 26.*

10 *Mortuus repertus in domo, p̃sumitur occisus ab ijs, qui ibi erant.*

11 *Mortuus repertus propè domũ alicuius, præsumitur cõtrà dominum domus.*

12 *Repertus in loco delicti habet indicium contrà se.*

13 *Delictum de nocte cõmissum probatur per coniecturas.*

14 *Argumentum à communiter accidentibus facit indicium. et num.15.*

16 *Suffocatio quomòdo probetur. & nu.17.*

18 *Mors quomòdo multipliciter eueniat.*

19 *Mors subitanea quomòdo possit causari.*

20 *Condemnari quòd quis non possit nisi sit conuictus, aut cõfessus.*

21 *Probationes in criminalibus debẽt esse luce meridiana clariores.*

22 *Indicia debent esse certa, & clara in genere suo.*

23 *Probationes debent esse verosimiles.*

24 *Condemnari nõ potest quis ex indicijs indubitatis.*

25 *Indicia relinquuntur arbitrio iudicis, et quomòdo.*

26 *Fama an, et quando faciat indicium ad torturã. et nu. 27. 28.35.36. 37.*

29 *Fama bona ĩ genere probata, tollit indicium famæ publicæ. & nu.30.*

31 *Fama publica, quòd quis non cõmisit delictũ, quid operetur. & nu.32.33.34.*

38 *Sepultura mortuorum quomò do fiat, & an, si non sit secundùm cõsuetudinem, inducatur suspicio. & nu.39.*

39 *Clandestinitas inducit suspicionem.*

40 *Maritus non lugẽs mortẽ vxoris, habet indicium contrà se. & nu.41.42.46.48.*

Maritus

FISCVS.

SOLET oppositis exceptionibus peremptorijs, & dilatoriis, & prouiso ipsis non obstantibus fore-

fore procedendũ ad vlteriora, ꝓcedi ad editionem capitulorũ: idcircò hunc ordinẽ seruemus. ego quidem formabo capitula, intentionéq; meam contrà inquisitos iuribus & authoritatibus coadiuuabo: econtrariò verò tu inquisite studeas, quæ tibi contraria videbuntur, euacuare: tu autẽ iudex opiniones iuri consonas approbes, & non iuri consonas reiicias.

¶Iv. Incipe tu fisce: tu deinde sequere Inquisite: ego autem conabor pro viribꝰ meis Deum, & iustitiam præ oculis habendo, per tramites iuris lites vestras dirimere. ¶Fis. Præmittam proœmium, quod solet in principio capitulorum poni: in quo, quo animo delicta, quæ prætenduntur, per te Inquisitum cõmissa sint, enarratur.

¶CAPITVLA specialis inquisitionis faciendæ ex officio curię, magnifici Straticoti ciuitatis Salerni contrà & aduersus Tit. de nonnullis criminibus & delictis ꝑ eundem cõmissis, & signanter, ꝙ suffocauit vxorem: itẽ, quòd fuit leno eiusdem vxoris: item ꝙ commisit falsitatem: itẽ, ꝙ à pluribus repertus fuit in fragrãti crimine: item, ꝙ est notorius delinquens: itẽ, quod cõmisit crimen læsæ maiestatis: item, quòd sororem venenauit: & de alijs, vt in informationibus, & actis dictæ curiæ latiùs continetur instante regio procuratore fiscali, & petente per dictã curiam cõtrà eũdem debitè, & diligenter inquiri debere: & repertum culpabilem condigna pœna puniri, prout iura, sacræq; regni consti. & capitula volunt & mandant: & in casu semiplenæ probationis prędictum Tit. cogi & compelli iuris & facti remediis oportunis ad eruendam ab eo de prædictis veritatem, super quibus omnibus, &c. quæ omnia, &c. & protestatur, &c. non se astringẽs, &c. & infrà particulariter describe-
1 tur, &c. † Sciendum tñ est, quòd illæ solẽnitates, quę requiruntur in accusatione, requirũtur etiam in inquisitione. vt plenè per Affli. in
2 consti. ij. qui. in 13. nota. † Et aduertendum est, quòd officiales debẽt per seipsos inquisitiones formare, nec alteri possunt eas faciẽdas cõmittere. vt habet in c. regni incip. itẽ iustitiarij inquisitiones.

¶In primis inquirendũ est, quòd de anno. 1550. regnãtibus, &c. dominante, &c. sub pręsidatu, &c. de mense, &c. in loco, &c. dictus Tit. suis iuribus nõ contentus, sed animo diabolico instigatus, & spiritu nequã ductus, temere, dolosè, scienter, & appensatè, non aduertens, quàm graue scelus sit vxorem suffocare, Lucretiam suam vxorem sub protectione Dei, & Cæsareæ maiesta. constitutam, & secum in eodem cubili dormientem, suffocauit: taliter, quod mortua propè ipsum reperta fuit de mane, de qua morte fuit, & est publica vox, & fama inter homines, & per homines dictæ ciuitatis: qđ inquirendũ est, &c. quod fuit, &c.
3 incipiendo in pœnam, &c. † Cum ministerio ponuntur illa verba in capitulo: temerè, dolosè, &c. quia quoties imponenda est pœna corporalis ex delicto, nunquam imponitur, nisi dolus interuenerit, secundum Bar. in l. j. §. j. ff. si quis te. li. esse iu. fuer. versi. iuxtà hoc quæro. & habetur per Affli. in cõ
4 sti. terminũ vitæ. ¶Occidẽs. n. casu,

ſu,non punit pœna mortis,vt latè
per Marſi.in con.lxxvij.nu.6.pri.
lib.& cõſi. xcj. nu.15. in 2.lib. &
cõſi.cxxviij.nu.22.& cõ.cxxxvij.
nu.4.in eo.vol.& Pet.de Anc. cõ
ſil.cclxxxiij.& habetur per Affli.
5 in conſt.terminũ vitæ.† Et intan-
tum eſt verũ iſtud, vt ꝙ ſi quis ali
quem occiderit in ludo pugnorũ,
vel alio ludo permiſſo,non punia
tur pœna mortis, vt latè cõſuluit
deci.in cõſi.ix.& cõ.lxvij.nu. 53.
6 pri.lib.† Item intantũ hoc proce-
dit, vt ꝙ ſi rixãtibus Anto. & Be-
radino,eis ſe interpoſuerit ad ſe-
dandũ rixam vxor B.eáq; percuſ-
ſerit A. propè renes , ac ob id illa
abortũ fecerit, non puniatur pœ-
na mortis,vt latè habetur per Si-
guo.de Home.in cõſi.j.incip.ſta-
7 tuto ciuitatis.† Itẽ intantum eſt
verũ iſtud,vt debeat apparere , ꝙ
ſcienter & doloſè.ꝙ ſi maritus ꝑ-
cuſſerit calce,nõ præſumitur do-
lus & volũtas occidendi . & ſic ſi
moriatur ex illa percuſſione, non
debet pœna mortis puniri,vt ple-
nè habet per Sign.de Hom.in cõ.
lxiij.Titius calce percuſſit.& Frã.
Are.cõſi.cxlvij.viſa conſult. in 2.
& 3.dubio,verſi.venio nũc ad ſe-
cũdum.col.pe.& antepe.& Ange.
cõſi.xxvij.inci. quidam victor de
8 caſtro.† Item intantũ eſt verũ,vt,
niſi appareat delictũ ſceleratè &
appenſatè cõmiſſum, non habeat
locũ tortura,vt eſt tex. vnicus &
ſing.in l.j.§.item illud.ff. ad Syl-
le.& vide ad prædi.Boër. in deci.
9 clxiij.j.par.† Nunc verò ad deli-
ctum principale cõdeſcendẽdo di
co,ꝙ ex hoc ſolo,ꝙ repta ſit vxor
in lecto mortua propè maritum ,
præſumitur occiſa ab eo.intantũ,
ꝙ põt condẽnari,vel ſaltẽ torque-
ri.& hoc ex pluribꝰ:& primò,arg.
tex.in l.fi.C. ad l.Cor. de ſicar. &
ibi nota.per Bal. vbi habetur , ꝙ
qñ crimen nõ põt probari per re-
gularem modum ꝓbandi, proce-
dit probatio quodãmòdo irregu-
laris.& ibi dicit Bal. illã lege eſſe
notandã cõtra necãtem ſuum ma
ritum.& ibi etiam no. Sali.ꝙ de-
lictum præſumitur factũ per exi-
ſtentes in domo.ſi domi ſit factũ
delictum. ſecũdò probatur ꝑ tex.
l.ſi quis in grau.§.ſi maritus.ff.ad
Sylle.& ibi per Lud. Ro. & in l.j.
§.ſi vir, aut vxor , eo.ti.quia ſi in
domo nulli ſerui ſunt, maritus ꝑ
10 illũ text.feciſſe videtur.† Tertiò,
quia nos habemus,ꝙ ſi reperiatur
mortuus in domo aliquis homo ,
reſultat indiciũ contrà exiſtentes
in domo, vt præſumatur interfe-
ctus ab illis, qui in ea erant , & ex
eo poterũt torqueri: licèt nõ con
demnari,quia poſſet eſſe,ꝙ eò ali
quis eum ſic mortuum portaſſet ,
vel ibi interfeciſſet: quod nõ põt
dici in caſu noſtro,ſecundũ Dyn.
per illum tex.in l.j.§.ſi quis in vil
la.ff.ad Sylle.& ibi Ro.& Moder.
arg.tex.l.j.§.fi.ff.de extr. & in l.j.
in fi.ff.de ijs qui deie. per quæ iu-
ra idem voluit Par. de Pu. in lib.
ſyndi.circa finem.in verbo, man-
dauit.col.v.verſi.ſi reperitur cor-
pus.& Ang.in lib.male.in verbo ,
fama publica.nu.53. in caſu verò
noſtro non põt præſumi, ꝙ alius,
quàm vir interfecerit vxorẽ : nec
ꝙ alius illuc eam mortuam detu
lerit, poſtquã mortua reperta eſt
in lecto.ergo nedum reſultat indi
cium cõtrà eum ad torquendum ,
ſed etiam ad condemnandum .
¶ Quartò,quia ex hoc ſolo, quòd
quis mortuus reperiatur ꝓpè do-
mum

mum alicuius, resultat præsumptio cōtrà dominum domus: secūdum Bart. in l. ædiles. ff. de via pu. Roma. in l. j. §. si quis in villa. in prin. ff. ad Syll. de quo plenè per Marc. Anto. Blan. in repeti. l. fi. ff. de. q. nu. 298. & ibi habetur, qūo intelligatur. quātò fortiùs debet resultare sufficiens probatio contra virū, in cuius lecto eius vxor
12 est reperta suffocata? † Quintò, quia repertus in loco delicti, & vbi quis iacet occisus, habet indiciū contrà se taliter, q̄ poterit torqueri. secundùm Ang. in li. male. in verbo, fama publica. 4. col. versic. quæro an unū indicium. allegat Bar. in l. fur manifestus. ff. de fur. & est indicium propinquum. vt per Bar. in l. fi. ff. de q. & ibi per Mar. Anto. Blan. nu. 295. cùm ergo maritus sit repertus, & reperiatur in eodem lecto, vbi eius vxor mortua iacebat, sequitur, q̄ resultat indiciū propinquum, quòd ipse fecerit: taliter, quòd sine dubio pōt torqueri: imò fortè condemnari.
13 † Sextò, quia sumus in delicto de nocte cōmisso, & difficilis probationis. quo casu admittitur probatio per cōiecturas. l. filium eum definimus. ff. de ijs, qui sunt sui, vel alie. iur. & l. si vicinis. C. de nup. l. consensu. §. super plagis. C. de repu. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milita. c. veniens. ij. in fi. de testi. in talibus enim lex est contenta probationibus, quæ haberi possunt, quamuis plenè non sint, secundùm Feder. de Sen. in consil. cxix. incip. nulli dubium. vbi pro hoc allegat Inno. & Hostien. in c. super eo. quod me. cau. & idem voluit Bar. in l. si quis ex argentariis. §. pe. ff. de eden. & tales probationes factæ per coniecturas in talibus casibus, dicūtur manifestæ probationes. l. licet. ff. de leg. j. l. si quis locuples. ff. de manu. test. & not. Bart. in l. si quando C. vnde vi. ea enim quæ de nocte fiunt, probabiliter ignorantur. vt no. gl. in l. si cum exceptione. §. in actione. versi. ignorantiā. ff. quod me. cau. quā ad hoc allegat Bal. in c. porrò. in ti. quę fuit prima cau. bene. amitte. & plenè per Alex. in consi. xxiiij. aliàs. 166. in 2. lib. &
14 per Soc. in con. liiij. in. 3. lib. † Septimò, quia à cōiter accidentibus vxores solēt per viros interfici variis de causis: ergo contrà ipsos viros resultat indicium, vt per Bal. in l. fi. in fi. ff. de hæredi. insti. & plenè per Mar. Ant. Blan. in repe. l. fi. ff. de quæstio. nu. 257. & 258.
15 † Octauò, hoc confirmatur ex notabili consi. Hip. de Marsil. in nu. 5. in pri. lib. vbi in propriis terminis consuluit; quòd si reperta est vxor mortua in lecto mariti, & nō constat eam mortuam morte violenta, (quia fortè fuit sepulta antequam hoc perueniret in notitiā iudicis) sed cōstat de fama publica, eam esse mortuam morte violenta ab eius viro, quòd ob hoc solùm potest vir ille torqueri: & sic in indiuiduo casus iste deciditur per eum: tantò magis, quando reperta sunt signa suffocationis in vxore reperta mortua hoc procedit, vt in seq. ca. patet. ¶ Item inquirendum est, qualiter reperta mortua Lucretia vxor dicti Tit. de mane fuit visa, & recognita à pluribus & diuersis personis: & qualiter in gutture ipsius fuerunt reperta & recognita plura signa suffocationis, & mortis violentæ:

&

& ita verosimiliter,& cõi iudicio
expertorum videbatur.ꝙ inquirẽ
16 dum est, &c.quod fuit, &c.† Per
hoc capitulũ propriè probat deli
ctum in genere fore commissum,
probãdo fuisse visa & recognita
signa suffocationis in gutture,vel
aliis partibus suæ personæ: & an-
tè omnia hoc debet cõstare, vt i-
quisitio procedat, & hoc ꝓcedit,
si hoc apparere potest: aliàs suffi-
cit probare famã publicam esse,
ꝙ mortua fuit,& ꝙ violenter per
suffocationẽ,vt dicit Hip.de Mar
17 si.in dicto cõ.v.† Hæc enim signa
in gutture probant suffocationẽ:
sicut dicimus de tortura, quæ ꝓ
batur per stigmata & ligaturas,
quę in brachiis apparẽt post tor-
turã.arg.l. stigmata.de fabri. lib.
xj.& firmat Par.de Put.in lib.syn
di.in verbo,tortura versi. quia sæ
pè.ibi:& adde,quia poterit.¶ IN.
Prædictis nõ obstantibus contra-
riam partẽ de iure veriorem esse
existimo,ꝙ prędicta sola de per se
nedum nõ sunt sufficientia ad cõ
demnandum, sed minimè ad tor-
18 quendũ.& hoc ex pluribus. † Et
primò quia licèt mors regulariter
duobus modis naturaliter contin
gat: primò propter infirmitatem,
quæ multipliciter hoĩem grauat,
vt ait Psalmista in persona huma
ni generis,Psal.37. Nõ est sanitas
in carne mea. propriè verò infir-
mitas dicitur carnis, qua elemen-
tis,& humoribus turbatis caro ip
sa afficitur, inficitur & tandẽ dis-
soluitur.adeò autem reperitur ca
ro humana infirma,vt vix reperia
tur,qui nõ ab vtero matris aliquã
infirmitatem secũ adduxerit,quæ
eum frequẽter molestet, & tandẽ
perimat,vt indies videmus.secun
do modo mors contingit homini
ex senectute. nam dicit Apo. ad
Heb.viij. omne ꝙ antiquatur, &
senescit,propè interitum est: hæc
autem senectus plena est miseriis,
quæ annũciant domum corporis
cito ruituram.vnde Boët.lib.j.de
conso.inquit:venit properata ma
lis inopinata senectus: de quibus
plenè Eccle. c. fi. & sæpè ex senio
sensus deficit.propter quod dici-
tur Psal.lxx.Ne proiicias me in tẽ
pore senectutis;cùm defecerit vir
tus mea,ne derelinquas me. & ple
nè enarrat Guliel.Benedi.in repe
ti.c.Rainutius.in verbo, mortuo
testatore.el.prim.nu.9.fol.94.ta-
liter,ꝙ prima facie horum duorũ
altero nõ interueniente præsuma
tur,ꝙ sit mortua vxor morte vio-
lenta:& sic resultet indicium con
trà virũ,apud quem reperit mor-
tua: tamen etiam alio modo põt
contingere mors naturaliter: ex
improuiso casu,& subitaneo. iux
tà illud Eccle.c.9.Nescit homo fi
nem suũ:sed sicùt capiũtur pisces
hamo, & aues laqueo cõprehen-
duntur: sic capiuntur hoĩes in tẽ-
pore malo, scilicet impræmedita-
tè,& præter intẽtionem. variis au
tẽ modis & causis venit mors su-
bitanea,& ex improuiso homini-
bus æqualiter,infirmis,senibus,iu
uenibus, & nõ infirmis, vt multis
exẽplis probat Guliel. Bene. in c.
Rain.extrà.de test.in verbo,mor-
tuo test.el.pri.nu.9.cum pluribus
sequẽtibus:mors enim subitanea
variis ex causis solet euenire: ali-
quãdo propter nimiam lætitiam:
aliquando propter nimium dolo
rem, & cordis tristitiam: & aliis
de causis,vt recitat Valer.lib.9.in
19 titu.de mor.non vul.† Item mors
subitanea

ſubitanea poteſt euenire ex nimio cibo, & nimis abundanti cœna, ſecundùm Galenum in libr. pri. accuſat. mor. aut vt alii vertunt, de differen. morbo. & idem Galen. in initio primi libri ſcribit, temperantiam ſiue ſymmetriam calidi, & frigidi, ſicci & humidi naturalem eſſe ſanitatem: præſertim ſimilium partium, quam Ariſtoteles in iij. quæſtio. encyclica primæ ſectionis definit, ſecundam valetudinem mediocritatem quandã eſſe. quocircà tradit Plato in Timæo, corpus noſtrum iis quatuor qualitatibus conſtare, ſicco, humido, frigido, calido: vt quod ſit compactum ex terra, aqua, aëre, & igne: ex quibus cùm vnum plus æquo aut excedit. aut deficit, flacceſcit corpus, & in ægritudinem labitur: & ita mediocritate ac temperamento de corporibus ſublato, mutationes variæ, morbi, corruptiones propè infinitæ irroborant, atque inualeſcunt. Cuius Platonicæ ſententiæ teſtimonium citat Galen. in lib. de ele. ſed & Alcmeon quoque ſcribit, ſanitatem iſonomia contineri: hoc eſt, æquabilitate potentiarum quarundam, videlicet: humidi, calidi: ſicci, frigidi: amari, dulcis: & id genus aliorum. & ſi monarchia in iis aliqua ſe oſtentarit, confeſtim oriri morbos: deinde quoque mortem conſequi, vt retulit Plutar. in libro poſtremo de placitis Philoſophorum c. quoque poſtremo. præterea Ariſtoteles in primo omnium problemate inquit: quare magnæ exuperantiæ peſtilentes ſunt? quoniam aut exceſſum, aut defectum faciunt: qua quidem re morbum cõſiſtere certum eſt. videmus enim eum, qui ſuprà modum bibit, aut comedit, crapula & ebrietate perire: contrà, qui nihil bibit, & comedit, aut minimũ edit, marceſcere, & in phthiſim, hoc eſt tabem, incidere. eodẽ modo, qui non dormit, aut qui minimum, neceſſe eſt morbo perire. & alias infinitas authoritates medicinæ ad hoc vide per And. Tiraquel. an tract. de nobilita. capitu. 31. nume. 367. cum pluribus ſequentibus. & nu. 405. & hoc maximè procedit, ſi fortè probaretur, quòd dicta eius vxor de ſero comedit uarios & diuerſos cibos. quia ait Plin. lib. xj. cap. 53. quòd cibus vtiliſſimus ſimplex eſt: aceruatio ſaporum peſtifera: & condimenta pernicioſiora. & Galenus in commentario Hippocratis de victus ratione in morbis acutis, tradit aliorum authoritate ciborum varietatem, præſertim verò vbi varijs conſtant facultatibus eſſe nocentiſſimam: vtpote quæ ingeſta ipſa probè concoqui prohibeat. & in lib. de iuuamentis membrorum capitu. 4. ſcribit, res compoſitas ex multis rebus velocioris eſſe corruptionis, quàm ex paucis compoſitas. & alias infinitas authoritates de hoc vide per Andr. Tiraquel. in tracta. de nobilita. capitu. 31. nume. 452. fol. 191. & ſic ex iis cõcluditur, quòd cùm vxor potuerit ab improuiſo alia morte, quàm violenta, etiam naturali mori, etiamſi reperiatur mortua apud maritum, nõ ſit concludẽs probatio, vt poſſit maritus
20 cõdemnari. † Secundò hoc probatur, quia cautum eſt in iure, quòd

nunquam

nunquam quis condemnatur, niſi ſit teſtibus conuictus, vel ore proprio confeſſus. uulgata l. qui ſententiam. C. de pœn. in caſu uerò propoſito neutrum iſtorum interuenit: ergo non poteſt habere locum cōdemnatio.
21 † Tertiò, quia in criminalibus probationes debēt eſſe luce meridiana clariores. l. fi. C. de proba. & ibi Doct. & ꝑ Specu. in titu. de iura. dela. verſic. ſecundum eſt. & de teſte. §. ij. verſic. quid ſi criminaliter. & de probatio. §. j. poſt uerſic. vltimo quęritur. & Pau. de Caſtr. in con. 199. incip. viſa inquiſitione. item probationes debent eſſe concludentes. l. matrem. & ibi Bald. C. de ꝓbatio. & l. nō hoc. C. vndè cogna. & debent eſſe concludentes de neceſſitate, & non per poſſibile. l. ad probationem. ij. & ibi Bald. C. de probat. uerſicu. ex quo no. in caſu verò noſtro nulli dubium eſt, ꝙ non ſunt probationes luce meridiana clariores, & concludentes, vt patet ad ſenſum: ergo dicere, quòd habeat locum cōdemnatio,
22 ridiculū eſt. † Quartò probatur, quòd nec etiam poteſt torqueri. nam habemus, ꝙ indicia debēt eſſe in genere ſuo clara, & talia, quę de iure ſubſiſtant. ſecundum Bal. in conſil. ccxxviij. inci. verba inquiſitionis. ij. col. in iij. uol. & habetur per Marſi. in conſi. lxxxviij. incip. in cauſa inquiſitionis formatæ. nu. 2. in caſu uerò noſtro nō video īdicia tam clara, & de iure ſubſiſtentia, quòd maritus ſuffocauerit uxorem. quia, ut dixi, poteſt mors contingere etiam na
23 turaliter ab improuiſo. † Quintò probatur, quia ꝓbationes debent eſſe veroſimiles: aliàs eis non eſt ſtandum. ſecundum Bald. in l. fi. & fi. C. de edē. & Inno. in c. auditis. de præſcriptio. & per Marſ. in conſil. cj. incip. in præmiſſa cauſa accuſationis. nu. 23. hic autem non eſt uerosimile, nec eſt credēdum, quòd vir debuiſſet & uoluiſſet occidere uxorem propriam, nō probata aliqua iuſta cauſa, ex qua potuiſſet moueri: cum uir cum uxore ſit vna caro, vnū corpus, & una anima. nam facta eſt uxor de coſta uiri, non ex pede, ne eſſe uideretur ad ſeruitutem ſubiicienda: vt dicit princeps ſentētiarum Lōbardus lib. ij. diſtincti. xviij. & ibi Docto. theologi. ergo nullatenus eſt dicendum, quòd ex hoc ſolo, quod dixiſti, uir poſſit condemna
24 ri uel torqueri. † Sextò ꝓbatur, quia dato & cōceſſo, & quòd hoc ſolum, quod dixiſti, eſſet indiciū indubitatum, & præſumptio uiolenta, quòd maritus uerè & certitudinariè ſuffocaſſet uxorem: nō tamen ex præſumptione uiolēta, & indiciis indubitatis poteſt quis criminaliter damnari, ſecundum Gandi. ī trac. ſuo maleſi. ſub rub. de præſumptio. & indi. indu. & Paul. de Caſt. in conſi. cxcvij. incip. viſa inquiſitione. in ulti. col. in prin. & Barto. Cepol. in conſil. vj. incip. veritas. in iij. col. & Angel. ī l. ij. ff. de furt. & latè ꝑ Marſ. in conſil. xcvj. nu. 10. ergo in caſu noſtro quanto magis nō eſt uerum, quòd habeat locum cōdemnatio, cùm nullibi reperitur, ꝙ reſultet indicium indubitatum, ꝙ maritus ſuffocaſſet uxorem.
25 † Septimò probatur, quòd nec poteſt habere locum tortura: cùm licèt ſit relictum iudicis arbitrio, quæ indicia ſint ſufficiētia ad tor

turam, & quæ non:tamen tale arbitrium debet esse iuri & æquitati consonum seu congruum. aliàs si ex ceruice sua procederet, non valeret, quod ageret. secundùm Ludo. Roma. in consil. ccclxxvj. incip. quæstio est, nunquid. in pé. col. vbi pro hoc allegat Glo. in l. eas causas. ff. de condi. & demõ. & hoc etiam voluit Bald. in dispu. sua incip. statuto cauetur, quòd fœnerator. in ulti. col. arg. l. codicillis. §. fi. ff. de legat. ij. & idem etiam dixit domi. Alex. in consi. suo xxj. inci. visis verbis. pe. col. & per Marsi. in consi. viij. nu. 25. & in consil. xv. num. 17. & consi. 24. nu. 11. & consil. lxiij. nume. 46. dicere enim, quòd sola intentio vxoris mortuæ pœnès maritũ in lecto, sit indicium ad torturam non est iuri consonum: maximè, quia poterit esse, quòd alia morte, quàm uiolenta, sit mortua, ut supra latè dictum est: ergo nõ potest ad torturam procedi ex eo solo indicio aliis non concurrentibus.

27 ¶ IVD. † Audiui iam altercationes uestras, & sequor opinionem Inquisiti, & eam puto veriorem, quòd aliis adminiculis non concurrentibus cõtrà maritũ non habet locũ cõdemnatio, nec tortura: ut in propriis terminis consuluit Bald. in cõsil. ccliiij. in secundo lib. & plenè per Boër. ĩ deci. 261. per totam. in ij. par. vbi inter cętera allegat d. cõs. Bal. licèt. incorruptè, dũ ipsum alleg. ĩ cõsil. 122. in pri. lib. quare dñe fisce, si alia non habes, est locus liberationi sub fideiussoria cautione. ¶ FI. Vtique alia cõcurrunt, uidelicet:

ITEM inquirendum est, quòd statim ac dicta Lucretia fuit inuenta & reperta mortua in dicto lecto, insurrexit publ. uox & fama, publicum notorium & manifestũ nõ quidem à maleuolis, sed fide dignis: nõ semel tantum, sed pluries in pluribus & diuersis partibus, ꝙ dicta Lucretia fuit mortua, & uiolenter suffocata ab eius marito: quod inquirendum est, &c. quod

28 fuit. † Fama secundùm omnes ĩ c. qualiter & quando. de accusa. el. ij. & ĩ l. de minore. §. plurium quoque. ff. de quæstio. facit indicium ad torturam: & sic nulli dubiũ est, quòd maritus potest torqueri, saltem ex istis supradictis.

¶ INQVISITVS. Ego autem dico, quòd nequaquàm potest ꝓcedi ad torturam, etiam concurrente fama ex pluribus. & primò præsupponendo, quòd nõ est probata, ut decet; nam testes nõn deponentes nec nominantes saltem duos, à quibus audierunt dici, nõ probant nec concludunt famam. secundùm Inno. in c. qualiter & quando. ij. de accusa. Bar. in d. §. plurium quoque. Abb. in c. cùm causam de testi. item præsupponẽdo, quòd nõn cõcludant testes audiuisse dici à maiori parte populi castri, vel villæ, vbi delictum est commissum, ut requiritur ad probationem famæ. secundùm Bar. in d. §. plurium. & ibi plenè Marsil. & Bald. in rub. C. de probat. & Ange. in l quid ergo. §. quantùm. ff. de iis qui no. infa. item præsupponendo, quòd testes non exprimãt causam, propter quam fama ipsa sit orta: ut puta, ex tali inimicitia, ex minis, & iniuria, uel alia consimili causa. secundùm Bart. in d. §. plurium, & Sali. in l. ea quidẽ. C. de accusa. Abb.

& alii

& alii omnes in c. ueniẽs.de testi. Item præsupponẽdo, quòd sit orta post inquisitionem formatam, vel post carcerationem: quo casu nullum indicium resultat, ut cõsuluit Pet. de Anc. in cõsi. ccliij. incip. in quæstione presbyteri. & Gra. uoto. 34. nu. 3. per totũ. & n. 14. Imo si benè inspiciãtur docto res loquentes de hoc, & maximè. Bart. in d. §. plurimum. dum dicit ibi, an verificatis omnibus istis adhuc fama faciat sufficiens indicium: & dicit debere cõsiderari illa indicia, & illas præsumptiones, ex quibus fama traxit originem, qualiter uigeãt: & sic secũdũ qualitates traditas docet facere indicium. & sic ex eius verbis Doct. dicunt firmam cõclusionem nõ dari. vndè Bal. in l. milites. col. pri. C. de quæstio. & Cy. in l. fin. eo. titu. & Imo. in l. fi. ff. de hære. instit. & omnes alii, quos refert Iaso. in l. admonẽdi. nu. 252. dicũt famam non facere indicium: & quòd ista est cõmunis opinio. & ita firmat Marsi. in d. §. plurium. plures doctores allegans: & ibi limitat hãc cõmunem conclusionem, ut nõ ꝓcedat in uehementi fama: licèt ex mente omnium Doct. posset dici quòd faciat indicium, sed nõ sufficiens: vtputa, si testes ponãt, vt suprà dixi, exemplum: duo testes deponunt Titium occidisse Sempronium propter ini[m]icitiã, quæ erat ĩter eos, quia aspirabãt ad eãdẽ dignitatẽ, uel ob aliam causam cõsimilem: & ꝙ de hoc est fama à maiore parte populi: tũc tales testes deponentes de fama, & exprimẽtes causã faciũt indiciũ, quanuis de causa non deponãt. nisi ex auditu: sed non est habile indicium, nisi si ex post facto fuerint probatæ causæ expressæ per testes: ut est inimicitia, vel alia consimilis. hoc casu uerum est, quòd erit sufficiens indicium ad torturam. & hoc modo intelliguntur uerba Docto. loquentium in hac materia. & uide Blau. in repet. l. fin. ff. de quæstio. nume. 311. & 312. & Grãma. cõsi. 42. per totum. & Frau. Bru. in tra. de indic. & torm. 3. quæstio. primæ par

29 tis, nu. 32. † Secundò principaliter tollitur istud indicium præsupponendo, quòd sit probatum de bona fama in genere. secundum Bald. in l. ea quidem. C. de accu. §. pen. versi. item quæro, an infamatus. nisi indicium famæ ꝓbaretur: & coadiuuaretur exterioribus præsumptionibus, & coniecturis ualidioribus. isto enim casu non telleretur, ut consuluit Ve

30 ronen. cõ. xxxviiij. nu. 42. † Imò nos habemus, quòd ubi contrà inquisitũ extaret unum indiciũ tantum, probando bonam famam, elidatur illud idicium. secundum Bald. in l. fi. ulti. col. C. de probat. refert & sequitur Alex. in l. fin. in iij. apostilla. ff. de quæstio. & in consi. 90. inci. viso themate antescripto. pe. col. 3. uolu. & Catal. in tra. syndi. nu. 142. incip. ad de quia sæpè. & Deci. consi. 189. pẽ. col. & ibi allegat Bal. in l. j. in

31 fi. C. loca. † Item tollitur illud indiciũ præsupponẽdo, ꝙ sit probatũ, esse famã publicã, ꝙ dictus maritus nõ suffocauit vxorem, sed ꝙ mortua sit naturaliter; vt dicit Bar. ĩ d. §. plurium. & sequitur ibi Marsi. nu. 52. & tunc dicetur ꝓbata esse negatiua, nõ affirmatiua uidelicet, ꝙ publica vox & fama est,

est, Titium nõ fecisse. allegat, quę habentur in l. arbiter. ff. de proba
32 tio. † Et si per curiam probatum est de fama affirmatiuè, quòd maritus suffocauit uxorẽ: & per maritũ est probata fama negatiua, ꝙ nõ suffocauit, tunc stãdum est testibus dignioribꝰ, & si testes essẽt æquales, statur illi probationi famæ, quę processit ex uerosimiliori bus præsumptionibus. secundùm Bar. ubi suprà. allegat in arg. l. ob carmẽ. ff. de testi. in fi. cũ sua Glo. & per Mar. in d. §. plurium. nu. 53.
33 † Imò plus dico, quòd si per curiã probaretur fama publica maritũ cõmisisse delictũ, & quòd statim orta fuit hæc fama, & maritus ꝓbauerit, famã publicã esse, maritũ nõ cõmisisse delictum in uxorem, & ꝙ illa fama orta fuit post delictum cõmissum illinc ad duos, vel tres menses, vel ultrà: hæc vltima fama præualebit. secũdũ Bart. ibi allegat casum in l. ij. circà prin. ff. quis or. in bon. po. ser. & sequi-
34 tur Marsi. ibi nu. 54. † Item ulterius est sciẽdũ, quòd si ꝓbata est fama affirmatiua ĩ castro, ubi est delictũ commissum: & negatiua ĩ ciuitate: tũc si qualitates testium, & causæ, ex quibus fama ꝓcessit, sunt æquales, tales probationes si bi inuicẽ derogãt: adeò, ut neutri fides adhibẽda sit. arg. d. l. ob car mẽ. in fi. & l. scripturæ. C. de fid. ĩstru. & c. licèt. de proba. & sequitur Marsi. in d. §. plurium. nume. 54. & ibi Bar. sed si essent inęquales, illis stabitur, in quibus cõcurrũt meliores & ualidiores causæ,
35 & meliores testes: † Item tollitur istud indicium famæ, præsupponendo quòd sit ꝓbatũ, quòd habuit ortum & principiũ ab inimicis maleuolis, offenso, vel affinibꝰ offensi: quia tũc nõ resultat aliquod indicium: cùm fama debeat habere ortum à fide dignis personis: non autem à maleuolis, vel suspectis. secundum Bart. in d. §. plurium. & ibi Marsil. nume. 44. hoc autem poterit constare probando, quòd cõmisso delicto affines offensi, vel ipse offensus, inimici, & maleuoli inquisiti in pluribus & diuersis partibus ciuita-
36 tis id dixerunt. † Item tollitur istud indicium præsupponẽdo esse probatas causas, ex quibus fama processit, videlicet, causa inimicitiæ, uel rancoris: si ex aduerso probetur fuisse factam reconciliationem inter eos, & nimiam amicitiam, & amorem vsque ad vltimũ vitæ spiritum uxoris fuisse inter eã & maritũ. ꝑ hæc enim tollitur indiciũ rancoris & inimicitiæ. secũdũ Bar. in l. iij. §. fi. ff. de
37 ad lega. ¶ Ivd. † Vtique licèt ꝓ parte fisci sit benè fundata intentio curiæ: tamen ꝓ parte inquisiti melius resoluuntur obiecta. & de hac fama uide ad plenum per Marsi. in consil. 18. num. 40. j. lib. & consi. 44. num. 20. & con. 72. nu. 20. & consi. 20. nume. 21. & cõsi. 76. nu. 20. & cõ. 88. nu. 12. & cõsi. [illegible] nu. [illegible]. & con. 3. nu. 5. & cõ. 49. n[illegible] & cõ. 1. nu. 67. & Philip. Dec[illegible] con. 37. col. iij. & con. 57. col[illegible] & consi. 133. col. 4. & consi. 272. nu. 4. Lauren. Calca. in cons. 76. nu. 29. & cõ. 2. nu. 6. Geminia. con. 59. Fran. Areti. in con. 13. ibi, an fama ĩ criminalibus cũ uno teste sine aliis adminiculis plenè ꝓbet. & cõsi. 73. ibi: si fama non habet certum authorem, an præbeat iustam causam iudici iquirẽdi. & in consi.

in consi. ciij. ibi: an probetur fama, si testes dicãt, quòd audiuerunt à pluribus, & plurib. & in cõsil. cxxij. ibi: an testes in probatione famæ debeãt reddere causã sui dicti, etiam nõ interrogati. & Bald. in consi. cxlj. in iiij. par. per totum. & in consil. ccccij. in v. par. num. 5. ibi: quæ sit fama publica, & an faciat indicium. & cõsil. cccliij. in v. par. num. 1. ibi: quid requiratur ad probãdam famam. & consil. lxxviij. in v. par. nu. 2. ibi: an probatio bonę famę præualeat probationi malę famę. & consil. ccccxlvij. in v. par. num. 5. & 10. ibi: qualiter probetur, & quis sit famæ effectus. & consil. cccclxxxij. in v. par. num. 3. ibi: quomòdo probetur fama. & con. ccxcv. in j. par. num. 2. & consil. ccccv. in j. par. num. 3. ibi: an possit probari per duos testes, & consi. ccccvj. j. par. nu. 2. ibi: an testes singulares probent famam. & consi. cccclxiiij. in iij. par. nu. 6. ibi: quando sufficiat ad torturam. & consil. lxxvij. in iij. par. nu. 9. & consil. lxxviij. in iij. par. nu. 1. ibi: an dicatur indicium certum, vt possit ad torturam deueniri. & consi. cclxxvj. in iii. par. nu. 1. & consil. cxxiii. in iij. par. nu. 4. & consil. ccccłxv. in iiij. par. nu. 9. & consil. x. in iij. par. nu. 5. Alexan. in consil. xviiij. incip. in causa appellationis. 4. vol. nu. 8. & 9. ibi: quomòdo probetur fama. & consil. cxxxviij. num. 67. in vj. vol. ibi: quomòdo probetur. & consil. cl. nu. 18. & consil. clxxiij. nu. vij. in vj. lib. & in cõ. cj. in vj. lib. & in consil. ij. num. 16. in vij. lib. & in consil. lvij. nu. 7. in vij. lib. & consi. 24. num. 6. in vij. lib. & consil. lviiij. nu. 3. in vij. lib. & consil. 123. nu. 3. in vij. lib. & consil. 15. vij. lib. ibi: quomòdo probetur. & consil. 184. in vij. lib. nu. 11. ibi: undè probetur fama, si testes dicant à multis audiuisse dici. & ibi: si est probata fama affirmatiuè & negatiuè, quæ præualeat. nu. 14. & Veronen. consil. xxxviij. num. 43. ibi: an fama in genere tollat diffamationem in specie de delicto. Aymo. Craue. in consil. xlj. num. vj. j. lib. ibi: an sufficiat ad torturam. & consil. xcviiij. nu. 1. ibi: an bona fama inquisiti tollat suspiciones existẽtes contrà eum. & consi. clj. eo. lib. & con. 88. nu. 13. ibi: an fama excuset impetrãtem beneficium uiuentis, quando fama erat de morte. & con. xlj. ibi: à quibus debet habere originem. & consil. cxlv. eo. lib. ibi: an bona fama tollat suspiciones cõtra eũ. & consil. clxxxij. ibi: an plenè probet, ubi agitur de modico præiudicio. Stephan. Bertran. con. 41. nu. 6. in j. par. ibi: quomòdo probetur & consil. xxxvij. nu. 11. ij. li. ibi: si ẽ probata fama affirmatiua & negatiua, quæ præualeat. & cõ. xxvj. nu. 12. in ij. par. & cons. 184. ij. par. ibi: quomòdo probetur. & consi. lxj. nu. 6. in ij par. ibi: an faciat indicium, & qualiter si probanda. Philip. Cor. in consil. ccxxxij. nu. 14. in ij. lib. ibi: qualiter probãda. & consi. 84. j. lib. nu. 7. ibi: an probetur per testes dicentes audiuisse dici ab omnibus. & consil. 198. nu. 2. in ij. lib. & con. 46. nu. 16. in iij. li. & con. 62. nu. 23 in j. lib. ibi: quomòdo probetur. & cõ. 329. nu. 4. ĩ j. li. ibi: quòd debet habere ortum ex causis ꝓbabilib⁹.

& con.30.nu.10.in iii.li.& consi. 68.nu.1.in ij.lib.ibi:quomodò ꝓbetur.& consi.10.nu.6.in iiij.lib. ibi:quòd debet habere ortum ex probabili causa.& consi.127.nu. 11.in iiij.li.ibi: quomòdo probetur.& consi.198.nu.11.in ij.li. & consi.31.nu.10.in iij.lib.& consi. 23.nu.9.in.ij.li.ibi: quomòdo debet probari famam esse, mulierē esse meretricem. & consi. 34. nu. 12.in ij.li.ibi: quòd probatur testibus singularibus. & consi. 220. nu.12.in iij.li.ibi: quòd fama nō probat laudabilem alicuius vitā, sed alias probationes coadiuuat. & consi.247.nu.24.in ij.li.& cōs. 198.nu.16.in ij.lib.ibi:quòd attēditur famæ origo.& consi.68.nu. 4.in ii.lib.ibi: quòd non sufficit, quòd testes dicant, quòd populus ita dicat: sed quòd maior pars populi separatim ita fateatur. Io. Mill.in practi.cri.nu.162. fol.12. ibi: quòd fama maleficii sufficit ad inquirendum.& nu.31.fol.20. ibi: quòd probatur duobus testibus. Guido Pa.in decisi. 301.ibi: quos effectus operetur. & Cappe. Tolosa.in decisi.279.ibi: quomòdo probetur.& Abbas in cōsi. 81. nu.1.ibi: fama cum aliis adminiculis sufficit ad probādum quem vsurariū manifestū.& Affl.in cōstit.pessimā.in viij.no.ibi: an accusator, qui ꝓbauit famam publicā, excusetur à calūnia.& in cōsti. humanitate. in v.not.ibi: an sola fama sufficiat ad carcerādum, qñ quis fuit sub fideiussoribus liberatus:& an faciat indicium ad torturam.& ibi:quomòdo probetur. & Grā.in deci.34.nu.52.& decisi. 42.nu.12.& de ijs hactenus:quare videas Fiscc, si alia habes contrà maritum. ¶Fis. Alia, & illa quidē vrgentiora habeo, videlicet.

¶Item inquirendum est, qualiter mortua dicta Lucretia dict° T. eam de nocte clam & occultè sepeliri fecit absq; solennitatibus, exequijs, & pompis funeralibus; quæ communiter fieri & adhiberi solent funeribus eiusdem qualitatis & facultatis: & quomòdo casata d.Tit. absq; planctu & ululatu fuit. quod inquirendum est, &c. quod fuit, &c.

38 † Clarum est, ꝙ sepultura ecclesiastica fit cum psalmis & orationibus. 23. q.v.c. placuit iij. q.ij.c. questa. §. item quare. & c. abolendæ. de sepul. & Car.in cle.j.in xxv.q.eo. tit. & in tradenda sepultura attenditur consuetudo loci, vt habetur per Guliel.Bene.in c. Raynutius. extrà de testam.in verbo, mortuo testatore.in princ.nu.53.vbi multa de hoc.fol. 97. & quotiescunque nō fit id, quod consuetū est fieri, dicitur clam fieri. secundum Bar. in l.ij.§.fin.ff.ui bo.rapto.item id quod fit sine debita solennītate, dicitur clandestinum. secundum eundem Bar.in l.fi.ff.de ri.nup.& & in l.ij.versi.& sic no. C. de iis, qui ex pub.ratio. lib.x.

39 † Sed sic est, quòd clandestinitas inducit suspicionem.vt no.per Gl.l.j. C. de inter.ma.& extrà, de cland.de spon.per totū.& per Philip. Cor. in consi.61.nu.2.in iij.li. ergo resultat indicium contrà maritū sepelientem vxorē clam non seruatis cōsuetudinibus loci, ꝙ ipse eā occiderit.imò abscondens mortē alicuius punitur, & magna insurgit suspicio contrà eum:vt habet per Boër.in decisio. 287.in secunda par.per totum. vide multa ad confir-

confirmationem huius dicti per
Marsil.in rubrica de sicar.num.4.
40 cum seq. † Præterea insurgit alia
suspicio contrà maritum, si mor-
tem suæ vxoris non luget, nec ser
uat consuetudinem patriæ circà
luctum.quod probatur, quia plan
ctus est signum magni amoris, vt
habetur in Euangelio Ioã. ca.xj.
ibi:lachrimatus est Iesus. non la-
chrimare, nec lugere mortẽ vxo-
ris,est signum odij: & inducit su-
spicionem contrà maritum. hinc
videmus,quòd uxores non seruã-
tes consuetudinem luctus marito
rum defunctorum, & nubẽtes in-
trà annum,efficiuntur infames,&
puniuntur pœna iuris positiui: &
vltrà hoc perdunt gloriam matri
monialem pudoris,cum hic actus
non sit laudabilis,nec sine rubore
faciei detergentis maculam cor-
dis. secũdum Bal.in proœ. decre.
col.iij. in verbo, pudicos. & ha-
betur per Tiraque. in trac. de le.
gi.connu.in viij.nume.3. & ple-
nè per Guli.Bene.in repet.c. Ray
nutius.in verbo,qui cum alia ma-
trimonium contraxit.nu.36.uer-
sic.10.in tertia parte. hinc etiam
videmus, quòd seruatio uiduita-
tis,est signum amoris:vt plenè ha
betur per eũdem Guliel. Bene.in
d.verbo.nu.109.ergo non seruãs,
exhibet signum se nõ amare.hinc
ẽt uidemus, ꝙ viduæ debẽt flere,
& vestire se secundùm morẽ re-
gionis:ut per eundem Gul. Bene.
vbi suprà.num.177. vbi multa de
vestibus lugubribus,& plura de ꝑ
tinentibus ad viduas. vnde dicit:
si fueris Romæ Romano uiuito
more.c.illa.xij.dis̃ti. & melius in
cap.siquis uirorum.xxx.dist.hinc
Pau.apo.ad Ro.xij.inquit: gaude
te cum gaudentibus, & flete cum
flentibus.& impossibile est, ꝙ ma
ritus non lugeat,& non sit tristis
ob mortẽ uxoris. iuxtà illud Do-
minicum dictũ: caro infirma est,
sed spiritus promptus. maximè,
quia uir & uxor sunt una caro: &
unus debet lugere de morte alte-
rius,secundùm morem regionis:
vt per eundem Guliel. Bene. vbi
suprà. nu. 184. & tantò magis est
indicium contrà maritum: id qđ
capitulatur.quia concurrit etiam
id,quod in sequenti capitulo dici
tur, uidelicet.

¶ Item inquirendum est,quali
ter mortua dicta Lucretia, illicò
vel parũ pòst fuit visus d.T. ride-
re,& cũ magna lętitia, & gaudio
conuersari in festiuitatibus,& io
cis,& gaudijs, induẽdo se festiuis
vestibus,demonstrando intrinse-
cus & extrinsecus se nullum dolo
rem habere de dicta eius uxore:
sed potius ingens gaudium & lęti
tiam,quod inquirendum est, &c.
41 quod fuit,&c.† Maritus, ut dixi,
tenetur lugere mortem uxoris, &
econtrà: iuxtà illud Ouidij in li.
de ponto.læta quidem lætis ceci-
ni,cano tristia tristis:conueniens
operi tẽpus utriq; suum. Est.n.cõ
ueniens extraneis personis lugere
alicuius uxorem. est certè igit̃ &
ipsi maritò:imò est opus charita-
tis dolere de aduersis proximi: &
ecõtrà est peccatum mortale gau
dere de aduersis, & dolere de pro
speris:quãto magis de marito in
vxorem, qui debet esse particeps
infortunij vxoris. l. si cum dotẽ.
§.si marit⁹.& ibi Alex.ff.sol.mat.
ꝑ Affl.in proœ.consti.in vj.no.&
in const.iusticiarij ꝑ prouincias.
in tertio notat. & per Alber. de

Rosa.in l.cum tale.ff.de condi.& demonstra.nu.3.ergo sequitur de necessitate, quòd si cõtrarium fit p ipsum maritũ,insurgit nõ modi
42 ca suspicio contrà eum.† Nam nemo sani capitis dicet uiros nõ lugẽtes mortem vxorum,sed magis gaudentes,& ridentes, festiuisq; uestibus se induentes, nõ esse gra uandos suspicione, eos odio prosecutos fuisse eas,& aliquid triste aduersus eas esse machinatos. amor enim vel odium ex coniectu ris perpenditur, vt habet̃ p Cor. in consil.clxj.nu.13.in ij.lib. qui enim amat,figuram, imaginẽ, & faciem eius, quem amat, suo imprimit atque insculpit animo. fit itaq; amantis animus tanq̃ speculum quoddam,in quo amati reluceat imago: vt habetur p Tiraq. de legi.cõnu. 13. l.nu.23. ex istis ergo exterioribus cognoscuntur interiora.secundum Bar.Soc.cõsi.131.incip.in præsenti.vers. præterea cum ratio.circà prin. prima part.Bal.in l.is.qui.§.diuus.de tu to.& cu ra.& ĩ l.si ex plagijs.ff.ad leg.Aqui.& Signo. de Ho.cõs.96.
43 † Et si uis uidere copiosissimè quantum vir debeat amare vxorem,vide Guliel.Bene.in repet.c. Raynutius.in uerbo,cuidam Pet. tradiderunt.nu. 75.cum pluribus sequentibus. ex quibus colliget̃, an oriatur suspicio,si vir nõ luget mortem uxoris. & per quot dies debeant portari uestes lugubres de iure, vide Ange.in l.si ex re.§. quæsitum.ff.de stipu.seruo.nu.3. & an vxor non portãs vestes lugubres sit infamis,vide Bal.in cons. 478.in v.li.& Phi.in c.j. de testa. in iij. col. in vj. & Cap. in consil.
44 135.in ij.col.† Alia enim ĩsurgit suspicio contrà maritum induentẽ se mortua vxore uestibus festiuis, dum debuisset se induere uestibus lugubribus. nam uestes lugubres, quæ solẽt portari ob mortẽ alicuius,in illa regione aliquid cõferunt, saltẽ quo ad uulgi opinionem: secundum Guliel.Bene. in c.Raynutius. ĩ verbo, qui cum alia ma.cont.nu.180.nam sapientis est se conformare ritui, & habitui maioris partis.c.deus,qui ecclesiam.de ui.& ho.cleri.quoniã turpis est pars, quæ suo non congruit uniuerso. c.quo iure. viij. dist. portãtur enim istę vestes lugubres in signum tristitiæ: adeò, quòd dicit Ange.in l. plenum. §. equiti j.ff.de vsu,& ha.quòd si testator legauerit lectum mulieri viduæ, non videtur legasse culcitrã de serico.quia intelligitur.secundum conditionẽ mulieris viduæ, & non de lecto pomposo.& idẽ si legatus esset lectus uxori per maritum,secundùm Bal.in l. j. circa princ. C.de leg.imò si testator p̃ciperet filijs eam tractari, prout ipse eam tractauit, non tenentur ei filij emere uestes pomposas,puta sericas, vel auratas, quas uiuente marito in honorem, & lætitiã illius portauerat. secundum Bar. in l.liberorum.§.fi.ff.de leg.iii.& habetur per Guliel.Bene.vbi sup. nu.131.cum sequẽtibus. vndè ex ijs infertur, quòd maritus induẽs se vestibus lætitiæ, & nõ tristitię, incurrrit suspicionem non modicã.¶Ivd.Quid aduersus hęc,quę obijciũtur per Fiscũ,habes Inqui
45 sitæ?¶In q.†cõplura habeo, q̃ in facto consistunt.& pri.dico,quòd dato, ꝙ aliqua suspicio possit oriri ex prædictis, attamẽ probando

pauper-

paupertatem, propter quam causatum extitit, quòd nõ fuit sepulta vxor cum pompis funeralibus: nec fuit factus luctus, & planctus secundum morem regionis: & ꝙ ob causam non fuerint factæ uestes lugubres: item, quòd ob hãc causam non fuit sepulta de die ad euitandum dictas pompas funerales: & alia, quæ solent fieri secũdũ morẽ regionis in sepultura mortuorũ, vt multoties fieri solet, ob similẽ causam tollitur ista suspicio: paupertas.n.multum prodest in hoc: sicùt & alibi videmus, ꝙ paupertas excusat à mulcta, & pœna arbitraria: non autem à pœna ordinaria.secundum Bal. in l. acceptã.xiij.q.C.de usur.& ꝑ Fran. Are.in l.inuitus. C.de procur.itẽ excusat à desertione, ne pauperi appellanti currant fatalia.secundùm Gl.in l.eos qui. C.de appel.ĩ §.super iis verò.in verbo, inopia. & gl.ul.ĩ l.minorib.C.de ijs quib. ut indi.Inn.in c.ex rõe de appell. itẽ excusat à pœnis l. j. & ij.C. de secun. nup. si mater secundò nubẽs nõ reddat rõem tutelç, priusquã secundò nubat. secundũ Bal. ĩ auth.ii sdẽ.C.de sec.nup. itẽ paupertas excusat ẽt in foro cõscientiæ, ut etiã e xcõmunicatus absoluatur non facta satisfactione ob paupertatem: vt in c.à nobis.x̃.de sen.excõ.itẽ paupertas excusat, vt ꝑꝑ non solutionẽ census, uel canonis, res emphyteotica nõ ĩcidat in cõmissum: vt ꝑ Spec.in ti.loca. §.nunc aliqua.ver.xxix.querit.in
46 fi.† Et si fortasse maritus non habet hãc defensionẽ (quia fortè diues est, & nobilis) potest excipi, articulari, & probari, ꝙ inter nobiles, & diuites pompæ funerales non fiunt secundum morẽ regionis: ut fieri solet in pluribus partibus: item qualiter sepultura nobilium, & ꝑsonarũ bonæ reputationis, vt plurimũ solet fieri de nocte, & nõ de die, absq; aliis solẽnitatib[9], & vestibus lugubrib. mos.n.regionis in talibus attendẽdus est, vt suprà dixi. vel uideat, si probari poterit, ꝙ dicta vxor semper tẽpore quo uixit dicebat, ꝙ si ĩ vltimo uitæ spiritu permitteretur ut loqui posset, sub maledictione volet ꝑcipere, vt de nocte, & absq; pompa funerali sepeliretur, quia summopere ei displicebant dictæ funerales pompæ: vt uidi à nõnullis dici: vel probetur, quòd dictus maritus est implicitus nonnullis oneribus: & quòd deducto ære alieno parum ipsi restat. arg.tex.l. at si quis impediat.§.hæc actio.ff. de relig. & sump. fu. si autẽ esset diues, & prædicta aliæ non cõcurrerent, tuuc esset suspicio. ar.tex. ĩ ea l.§.iudex, qui de ea æquitate, licèt posset dici, ꝙ ob non factas pompas funerales, nulla oriat̃ suspicio.per tex.l.si quis sepulchrũ. ff.de reli.& sum.fu.vel potest probari, ꝙ uxor decessit absq; prole. quo casu dos reuertebatur ad patrem, vel fratres, & quòd sic ad eũ non spectabat funeris impensa, ꝑ tex.l.in eum.ff.de reli.& sump.fu. iuncta Glo.& l.Celsus.ff.eo.ti.itẽ poterit probari, ꝙ erat aliquis infirmus in domo, & ne ei daretur terror, fuit sepulta ita clàm, & occultè. item potest probari amor, quem gerebat erga suam vxorem per euidentiores coniecturas, ut uix negari queat, sic esse: prob ando etiam bona tractanienta, quæ ei fecerat vsque ad vltimum vitæ spiritum.

tæ spiritum. item probando è cõtrariò dolorem, & tristitiam, quã habuit de eius morte per alias cõiecturas ualidiores. itẽ probãdo, ꝙ semꝑ ĩ uita summopere ibi gratulabat dicta uxor de dicto suo uiro. item probando pudicitiam suæ uxoris, ac eius bonos mores, vt sic nulla possit imaginari causa, ob quam uoluisset eam interficere.

47 † Vna enim côiectura tollit aliam: vt per Bar. ĩ l. fi. C. fa. herc. & Par. ĩ verbo, tortura. lo. ii j. uer. sequitur quæstio. & uersi. mandauit rex Alex. consi. 77. vl. col. j. li. & Marsi. in practi. cri. §. diligẽter. ver. quæro modo ulteri⁹. nu. 193. & in l. j. §. diuus Adrianus. ff. de si car. nu. 28. itẽ ꝓbando bonam famam, & uitã ipsius mariti. & quò ad suspicionem de uestibus pomposis, poterit probari paupertas: & ꝙ non poterat facere uestes lugubres, nec uestes põposas.

48 † Itẽ ꝓbando, ꝙ ita seruatur in illa regione, videlicet, ꝙ propter mortẽ vxoris non solent fieri uestes lugubres: nec solet fieri plãctus, sed risus, & cantus, vt fit in multis partibus: ut refert Alex. in l. si cũ dotem. §. si maritus. col. vlt. ff. solu. matr. & Accur. in l. cum quidam. & ibi Bar. ff. de annu. legat. & Roma. singula. 33. & est Glo. in §. vltimo. in uerbo, natalibus. insti. de inge. & in c. non licet. 33. q. 4. & Panor. in c. licet. in ij. not. de fer. item probando, quòd hoc non fecit ob paucum amorẽ, quẽ gerebat erga suam uxorem, sed causa religionis: & ut demonstraret, ꝙ debemus gaudere de morte, quia tẽdit ad uitã æternã: vt docet copiosissimè Tiraq. in tra. de nobilita. c. 31. nu. 467. cum pluribus sequentibus: vbi inter cætera refert hos versus: Oportuit nos funeris luctu graui dolere natum maxima ad discrimina: at mortuũ, qui cassus est laboribus, efferre læto corde, lætis uocibus. ita autẽ uertit Cicero: nam nos decebat cœtus celebrantes domum lugere, vbi esset aliquis in lucem editus, humanæ uitæ uaria reputãtes mala: at qui labores morte finissent graues, omnes amicos laude & lætitia exequi. plura alia exempla uide ibi, ut scias euadere has suspiciones, quia ibi habes mare magnum: & ibi uerè exprobrat ac vituperat lugentes mortem amicorum & parentum. ¶ Iudex. Vtiquè licèt fiscus benè fundet intentionem suam: attamen ex aduerso inquisitus quàm optimè eneruat, & tollit ea, quæ adducuntur in contrarium.

49 † Nam licèt ĩdicia, suspiciones, & côiecturæ, q̃ adducuntur per fiscum sint aliàs sufficientes saltem ad torturã: tamen quia aliæ coniecturæ adducuntur ad excusandum delictum, sequitur, quòd ad torturam procedi non potest ut est tex. in. l. j. §. ad quæstionem. ver. nec facilè. & ibi Bart. ff. de quæst.

50 † Hinc est ꝙ indicia purgãtur per probationẽ bonæ uitæ & famæ. secũdum Bar. in l. i j. §. pe. ff. de re mil. & Alex. in l. fi. ff. de quæstio. & Ang. in l. milites. C. eo. ti. & habetur per Cor. in consi. 58. incip. uiso in i j. parte.

51 † Imò plus tibi dico, quòd si aliqua sunt indicia sufficientia ad torturam contrà reum, & aliqua sint probata indicia facientia pro reo, tunc nunquam ad torturam deueniri potest. & hoc duplici ratione: primò, quia semper

In obscuris debemus inclinare in benigniorem partem.l. semper in obscuris. ff. de reg. iur. l. factum cuique.§.fi.eo. tit.regula. in pœ-
52 nis.de regul.iur.in vj.†Et vbi po test capi duplex intellectus, semper debet capi intellectus per quẽ quis non cadat in delictum: vt latissimè habetur per Marsi.in repe. l.fin.C.de pro.& per Franc. Cur. senior in consi.lxx.inci. circà pri
53 mum.in iij. col.† Secunda ratio est,quia vnum indicium tollit al 25 terum.secundùm Alexan. in con. lxxvij.incip.in causa accusa.in vlti.col.in.j.lib.& vna præsumptio tollit alteram.l.diuus.ff.de in integ.re.c.accedens.de cri.falsi.& latè habetur per Marsi.in sua.pract. cri.§.diligenter. nume.190. Quãobrem videamus, num alia cõcurrant pro parte fisci contrà inquiquisitum. ¶Fis. Vltrà ea, quæ suprà ad intentionem meam fundãdam adducta sunt,alia concurrũt coadiuuantia opinionem meam, & ideò attendas.

¶Item inquirẽdum est, qualiter dicta Lucretia die præcedenti se benè habebat, & nulla infirmitas erat in ea: & quomòdo per multũ temporis spatium antè se benè, & & incolumẽ habuit: imò die præcedenti fuit visa plurima domestica seruitia facere, vt anteà sole bat:& de mane fuit reperta mortua . quod inquirendum est, &c.
54 quod fiunt &c.†Est autem maximum indicium contrà maritum, si die præcedenti uxor fuerit visa absque infirmitate,& incolumis, & de mane reperiatur mortua:nã mori ex triplici ratione potest euenire : vel propter infirmitatẽ, vel propter nimiam senectutem, vel propter insidias violẽter. neutro ergo istorum interueniẽte,scilicet infirmitate,vel senectute, p̃sumitur mortua ex tertia ratione,scilicet violenter. ¶Inquisitus. Si benè perpendisti , quæ suprà latè dixi,huic indicio satisfactum videbitur, quia dixi , quòd alio modo potest mors contingere , videlicet , casu inopinato ex improuiso:quod accidit pluribus modis : & ideò non aliter in hoc insisto. ¶Fiscus. † Licèt aduersus ea , quæ contrà Inquisitum adduxi,aliqua sint pro ipsius parte probata, quibus prima facie videri posset ea in totum sublata:nihilominus tamen indubitanter dico, saltem esse locum torturæ ex tot indiciis , coniecturis , & præsumptionibus,licèt aliqualiter elisis: maximè,quia delictũ istud homicidii in vxorem cõmissi,est grauissimum delictum. hinc dicit Io. Fa.in §.alia.instit.de pu.iu. quòd plus punitur occidens suam uxorem,quàm si occideret matrẽ, vel patrem.secundũ Gloss.in c.decenter. 89. distin. & in.c. admonere. vbi bonus tex. cum Gloss. xxxiij. quæsti. i j. & ibi in c. placuit.per Gloss.ponitur pœna verberantis vxorem: & inquit quòd occidere vxorem,est crimen parricidii. est tex.in l.j.ff.ad l.Pom. de par.imò dixit Io.Neuiza.in sylua, nu. 43. quòd occidere uxorem , est detestabilius homicidio, & etiam parricidio.& firmat Ange.in l.inauditum.§. legis Corneliæ.ff. de sicac.& probatur in l. j.ff.de par. & ibi Bar. & in l.vnica. C.eo.tit. & declarat Glo.ibi.& Bar.in d.l.j.licèt contrarium teneat Veronen. in consi.v.in iiij.col.quem refert

Guliel. Bene. in repe. c. Raynuti⁹. in verbo, cuidam Petro tradiderunt. nume. 77. cum sequen. & ibi dicit, quòd verior est opinio Veronen. quia plus punitur occidẽs patrem, vel matrem, attenta grauitate parricidii, cui pœna statuta fuit seuerior, & grauior. vt ff. ad l. Pom. de parri. per totum. & facit text. in §. causas. in auth. vt cum de appe. cogno. vbi filius impias manus iniiciens contrà patrem, vel matrem citrà mortem, priuari potest eius successione: quod non reperitur statutum in coniugibus, ꝙ propter hoc perdatur dotis, vel donationis propter nuptias lucrum. secundùm Glos. in c. placuit. xxxiij. q. ij. nisi vnus occideret alium. vt l. ab hostibus. §. fi. ff. soluto matrimo. subdit tamen posteà idem Guliel. quòd cõmuniter tenetur, quòd plus peccat maritus, cui permittitur occidere filiam in adulterio deprehensam, sed non vxorem. l. nec in ea
56 lege. §. fi. ff. de adulter. †Vndè, cũ sit delictum atrocissimum, potest & debet iudex iura transgredi, & regulas iuris communis, & statutorum. vt per multa firmat Hippo. de Marsi. in sua praxi cri. §. diligenter. nume. 159. nec debet attendi ordo iuris: imò est ordo, or-
57 dinem non seruare. ¶I N. † licèt possit iudex iura transgredi in enormibus: non tamen procedit, quando imputatur enorme delictum alicui, quia licèt inquiratur de enormi delicto: non tamẽ adhuc cõstat, eum commisisse enorme crimen: & donec constet, & cõuincatur, seruandæ sunt solennitates iuris, vt prosequitur idem Marsi. per tex. allegatum in eodẽ loco, num. 170. cum sequentibus.
58 † Præterea nullibi reperitur, ꝙ in enormi crimine procedatur ad torturam non subsistentibus legitimis indiciis, cùm etiam in crimine lęsæ maiestatis requiratur, ꝙ procedant legitima indicia. secundùm tex. no. & ibi Glos. Cyn. & Bal. & Sali. in l. si quis alicui. C. ad le. Iu. maie. imò etiam si iudex haberet liberum arbitrium, requireretur tamen, vt præcederent indicia. secundùm Pau. de Leaza. in c. grauis. extra, de depo. & dom. Alex. ĩ l. filiusfamilias. in v. apostilla. ff. de do. cum similibus. indicia verò elisa non dicuntur indicia legitima & sufficientia: ergo, &c.
59 ¶F I S. † Hucusque non video, quomòdo sit satisfactum illi indicio, quod supra adduxi de signis suffocationis repertis ĩ gutture vxoris, & per expertos recognitis, qđ est maximum indicium: ergo adhuc debemus in euidentibus concludere, ꝙ saltem sit locus torturæ. ¶I N. Multa aduersus hoc in facto consistentia possunt probari. & primò potest probari per expertos, & medicos, ꝙ mors subitanea vt plurimum solet causare talia, & peiora signa in gutture, & aliis partibus personæ: cũ sit quædam mors violenta, & indies hoc videmus. item potest probari, ꝙ anteà in vita ipsius talia signa habebat in gutture, probando, ꝙ habuit aliquam infirmitatẽ, ob quã causata extiterunt: item probãdo per peritiores expertos, qui fortè viderint signa prædicta, ꝙ non apparebant verè esse signa suffocationis, item probando alia, ꝑ quæ excludatur coniectura præsumendi, virum voluisse interficere & suffocare

suffocare suam vxorem.¶I v. Satis per vtrunque multa dicta sunt ĩ hoc delicto suffocationis,suntq; optimè fundatæ vtrinque intentiones: adeò verò id quidem vt non opus sit alia conclusione,sed ex prædictis sequatur.transeamus ergo ad alia delicta:sed antequàm ad illa deueniamus,aliqua genera
60 lia in hoc delicto audiatis. † Et primò sciendum est,ꝙ maritus occidens eius vxorem,perdit ius succedendi, quod habet indefectum parentum.secundum Bald. in l.j. C.vndè vir &vxor.de quo pleniꝰ per Guliel.Bene.in c. Rainutius. in verbo,mortuo itaq; testatore, & pri.nume.17.fol.96.fallit,si occidat statuto permittente: vt per Io.Campe.in tra.de do.in v.q. &
61 per Boër.dec.xxv.in j.par.†Imò plus tibi dico,ꝙ maritus non adhibens medicos vxori infirmæ, nec eam curari faciens, ac eã despiciens,non lucratur dotẽ,etiam si ex forma statuti lucrari deberet ex morte vxoris: nec etiam facit fructus suos de rebus dotalibus: vt ad plenum consuluit Bald. in consi.liij.in v.lib.& per Marsi. in consil.xciij. nu.7. & consi. cxxv. nu.3.de quo per Alex.in cõsi.xcj. nu.5.in 7.vol.& consi.cxxiij. per totũ. eo.li.& Bertran.con. cxxv. in ij.par.nu.5.&Cor.ĩ cõ.cccxvi.
62 nu.35.j.li.†Item est sciendum, ꝙ maritus dans calcẽ vxori taliter, quòd moriatur, nõ tenetur pœna mortis. secũdùm Marsi. in consi.
63 cxxxvj.nu.27.ij.lib.per totũ†Itẽ est sciendum, ꝙ marito non licet interficere vxorem deprehensam in adulterio.l.nec in ea.§.fi.ff.de adulter.tamen si in ipso actu maritus occidat,licèt puniatur, non tamen pœna vltimi supplicii, sed minori pœna: vt consuluit Alexan.consi. cclxxxiij. aliàs 140. in 2.li.nu.12.secùs est de iure regni, vt habetur in consti.si maritus.& ibi plenè per Afflic.& de iure cõi, vide Marsi.in l.j.§.item diuus. ff.
64 de sica.& in l.j.ff.de parri.†Item maritus non vindicans mortem vxoris occisæ, perdit dotẽ.l. cum mortem.ff.de iure fi. Item perdit lucrum dotis sibi à statuto cõcessum.secundũ Bar.& Ang.in l.si sequens.§.fi.ff.ad Sylle.& in l. eum
65 qui.ff.de ijs,qui.vt indig. † Item maritus nõ põt nisi modicè, & ex causa corrigere, & verberare vxorem:vt not.in l.ex consensu. & in auth. ibi posita. C. de repu. & in authen.matri,& auiæ.§.si quis autem.& Glos. vij.q. j.c. sicùt alterius.& in Glo.c.quemadmodum. de iureiuran.& xxxiij.q.ij.c. placuit. & Bal.in l. si filius.C. de pa. po.l.sicut patronus.ff. de op. li.& Bar.Cep.in l.Marcellus.ff. de ver bo.signi.& Alex.in consi.xcvj. in 4.par.& per Felin.in c.cùm cõtingat.de foro compe.circa fi. in iij. col.& in c.illud.de præsump.vide Mar.in sua praxi in §.aggredior. nu.81.& in l.i.§. ad.q. pri.col. ff. de quæst.versi. attamen doctina.
66 num.5.†Item si maritus malè tractat vxorem.& acriter eam verberat,licitè vxor recedit ab eo: & tenetur eam ille alere extrà domũ: vt per Di. & Cy.in.l.quod in vxorem.C.de ne.gestis.& per Guido. Pa.in dec.ccccxxxix.an vir.& Capell.Tolosa.in deci. lxxxvj. ibi in
67 addi.† Item maritus vxorem nõ tractans cum maritali affectu. est excõmunicandus.secundũ Gloss. & Doctor.in l.si cum dotem.§.si maritus

68 maritus.ff.solu.matrimo.† Item maritus tenetur, præstare cautionem de non offendendo suã vxorem, quæ recessit ab eo, aliàs ei nõ restituitur, etiãsi culpa sua discesserit: vt habetur per Abba. in c. ex transmissa. in pri. no. de resti. spolia. verùm potest eam leuiter corrigere, nõ obstante cautione præstita. de quo vide Iac. de Bel. vi. in sua praxi cri. in ti. de leno. nu. 19. Verum dicit ibi Abb. quòd si timor sæuitiæ viri esset talis, quòd non obstante cautione verosimiliter fieret offensio, etiam cũ cau
69 tione nõ debet restitui.† Itẽ maritus, qui interfecit vxorem, vt aliã duceret, non potest cõtrahere matrimonium cum ea, quæ consensit morti vxoris, vt ipsa in vxoré caperetur: vt habetur per Specu. in ti. de diuor. in prin. & idem est
70 in casu contrario.† Item, si maritus malè & pessimè tractat eius vxoré, fit separatio habitationis, & thori: vt est tex. in c. literas. extrà. de resti. spo. & habetur p Cassa. in consu. Burgun. in tit. de ma-
71 iutenir. §. vj. fol. 156. nu. 15.† Itẽ marito iniustè verberante vxoré põt vxor cõtrà eũ agere actiõe in factum: licèt aliqui dicebãt actione iniuriarum: vt per Ioan. Aud. in addi. Spec. in rubrica. de iniur. versi. est quæstio de vxore. quem refert & sequitur Alex. in l. diuortio. §. si fundum. col. iiij. ver. item inquantum. ff. solut. ma. & plenè Tiraquell. de leg. connu. in pri. l. nu. 24. nullo enim modo suntvxores verberandæ. licèt enim dicatur posse corrigi, non intelligitur id, quasi possint verberari, secundùm Alexan. consil. xv. viso themate. post prin. lib. 4. & plura incommoda, & mala solent oriri ex verberibus vxorum. de quibus ad saturitatem per Tiraquel. de legi. con. in 8. l. nume. 8. cum pluribus sequentibus. fol. 62. & 63. & habetur in syl. nup. per Ioan. Neuizã. nu. 36. vide Iacob. de Belui. in praxi cri. in tit. de leno. in v. col. vers. 2. antequàm vir. vbi ponit, quam pœnam patiatur maritus atroci-
72 ter verberans vxorem.† Item si maritus vxori insidiatur gladio, non tenetur ad eum redire, si discessit ab eo: vt habetur per Iaco. de Bellouiso in practi. cri. in titu.
73 de pœnis ca. nu. 7.† Item si maritus verberauit vxorem baculo taliter, quòd sanguis exiuit, non potest procedi ex officio, quia non præsumitur dolosa percussio, secundùm Guid. Pa. in trac. de præ-
74 sum. nu. 91.† Item maritus malè tractans vxorem, perdit lucra dotis: secundùm Boër. in decisi. 244. nu. 12. in 2. par. & ibi habes, quando dicatur malè tractare. & vide in decisio. 35. nu. 4. pri. par. & vide Ioan. Campe. in tract. de dote. ibi: de statu loquenti. de dote. in
75 2. quæst.† Item est sciendum, quod vxor vulnerata à viro gladio, non potest eum accusare. secũdùm Alber. de Rosa. in l. diuortij. num. 2. C. re. amo.

¶ Item quòd fuit leno eiusdem. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Lenocinium est detestabile crimen. & nume. 33. & est maius adulterio. nume. 2. & 24. & punitur etiam effectu non secuto. nu. 3. & 31.*

Leno

FISCVS.

Licet multò plura potuissem dicere in præcedenti delicto vltra ea quæ dixi, tamen quia alia sunt delicta capitulata, ideò contenti de iis deueniamus ad alia. & primò offert se crimen lenocinii, quòd est adeò horrendum, detestabile, & pestiferum, & odibile, vt potiùs homines malle deberent pessundari, & in ignem se viuos proiicere volũtariè, quàm in illud incidere. quid enim detestabilius, & horrẽdius dici potest, q̃ miserãdas puellas simplices ad luxuriosam vitã deducere, attrahe-

2 re, & impellere? † Hinc dicit Gl.ī l.athletas.§.qui lenociniū .ff. de iis, qui notā.infa.quòd lenociniū est maius delictum, quàm adulterium. de quo per Bar.Ange. & Imol.in l.is, qui reus. ff. de pu. iu. & per Bart. in l. palam. ff. de ri.
3 nup. † Hinc est, quòd punitur ipsum lenocinium, etiamsi effectū non habuerit: ut est casus singu. in l. pri. ff. de extraor. crimi. in princi. etiamsi peruentum fuerit ad actum verbi tantum. secūdùm
4 Bar.ibi.† Hinc leno dicitur uilissima persona. secūdum Bald.in l. humilem. C. de ince. nupt. idcircò hæc sunt, quæ in hoc delicto prætenduntur in iure, & in facto. videlicet:

¶ Item inquirendū est, qualiter de anno, &c. de mense, &c. regnā tib. &c. dominãte. &c. sub præsidatu, &c. in loco, &c. dictus Tit. suis iuribus nō cōtentus, animoq; diabolico instigatus, & spiritu nequam ductus, non aduertēs quàm graue scelus sit lenocinium cum sua vxore committere, eamque prostituere, & ex ea quæstum facere, passim pluribus & diuersis personis prostituit, ipsos ducendo ad suam domum, ac permittendo ut cum dicta sua vxore adulterium committerent pluribus, & diuersis uicibus, & in pluribus & diuersis temporibus: quod infrà particulariter describetur. quod inquirendum est, &c. quod fuit, &c.

¶ Item inquirendnm est, qualiter d. Tit. pluries uisus & auditus sit secum trahere in domum suam, vbi habitabat & habitat dicta eius vxor, plures & plures iuuenes, ipsosq; solos dimittere in camera cum dicta eius uxore sola, tam de die, quàm de nocte, per magnum temporis iteruallum. quod inquirendum est. quod fuit, &c.

5 † Hæc enim probatio, quòd plures iuuenes uir duxit ad uxoris domum, eos relinquēdo cum ea sola, est indicium & coniectura indicans lenocinium. nam adulterium probatur per coniecturas. c. præterea. extrà. de testib. l. cùm ꝓbatio. ff. de proba. l. quæro. §. fina. ff. de ædi. edi. nec aliquis negare poterit, quòd uidere iuuenes solos cum puella maximè pulchra, non sit indicium, quòd adulteriū commiserint: ut dicit Bald. in l. neque natales. C. de ꝓbat. & Bar. in l. ij. ff. de fur. & ꝑ ea, quæ habētur in l. capite quinto. ff. de adulter. & ꝑ Panormi. in d. c. præterea. & in c. literis. de præsumptio.
6 † Et præsumitur adulterium committi in uxorem de uoluntate mariti, maximè cōcurrente eo, quod in capitulo dicitur. quia sicùt incendium, sic etiam adulteriū vix sine culpa, & negligentia in domo habitantium committitur. l. ij. ff. de offi. pręfe. uigi. iuxtà illud Ioelis 3. & posuerunt puerum in prostibulo, & puellam uēdiderūt pro vino, vt biberent. facit l. mariti. §. qui quæstum. ff. de adulter. & habetur per Guliel. Bene. in c. Raynutius. extrà. de testamen. in verbo, cuidam Petro tradiderūt.
7 nu. 62. † Vbi infert, quòd non sine causa in tota Cathalonia. & aliis multis partibus uir per uxorem cucurbitatus, quadraginta solidos soluit domino temporali. & Parisiis ducitur super asinū facie uersa ad caudam, & sic per totam uillam uxore asinum trahente, & præconem antè eos clamante: qui sic

sic faciet, sic capiet, uituperosè dicitur: ut referunt Guliel. de Mõ. Lau. & Zaba. in cle. cum ex eo. de
8 senten. ex communi. † Maximè, quia præsumitur, quòd si non factis, saltem exemplis uiri vxor cõmittat adulterium: cùm uir debeat esse author colendi bonos mores uxori: iuxta text. in l. si uxor. §. iudex. ff. de adul. iuxtà illud Socratis dicentis: uiros ciuitatis legibus coerceri debere: fœminas verò uirorum cohabitantium disciplina, ob quod Hesiodus suadebat uirginem ducẽdam, quam moribus instituere posset maritus. atqui multi & si vxor casta sit, eam negligenter custodiũt, & (quod deterius est) interdum eam incitãt, uel occasionem dant ad libidinem cum aliis explendã. de quibus sic dicit Bart. in quadã lectura antiqua hodie nõ impressa. ĩ l. si lenonem. C. de epi. audie. vidi semel quendam, qui suarum vxoris, & filiæ leno fuerat, qui cõbust⁹ fuit: & meritò. debuit enim vxori quoq; irasci, quæ matrimonium eius uiolauit. dicit text. in l. mariti. §. j. ff. de adul. tunc puniendus est, cùm exusare ignorantiam suam non potest, uel obumbrare patientiam suam prætextu incredulitatis: ut ibi. & posteà sequitur in §. qui quæstum. nec mediocriter delinquit, qui lenocinĩũ in uxorem, committit: & sic summè delinquit.
9 † Est. n. marit⁹ sicut custos in grege, ut ait Plato circà initiũ li. 5. de repu. & Aristo. poli. li. j. c. viij. vir quidẽ (inquit) uxori pēst, & filijs: tanq̃ liberis quidem ambobus, sed nõ eodẽ imperii modo: sed vxori quidẽ ciuiliter, filiis aũt regaliter. mascul⁹. n. quàm fœmina dominio natura est aptior. & idẽ li. 2. œconomicon in c. j. existimare aũt, ait, debet mulier verè composita, mores uiri esse legẽ uitæ suę impositam sibi à Deo. cui finitimũ est illud diui Pauli ad Roma. 7. rursumq; prioris ad Corin. 7. mulier quãtò tpe viuit vir ei⁹, alligata est legi ipsius: caput. n. (vt idẽ inquit) vxoris est uir. quod & Genes. 3. habetur: sub uiri potestate eris, & ipse dominabitur tui. & nõ sine ratione hoc esse dignoscitur. ait enim Augustinus: primùm decet naturaliter illum dominari, & præesse, qui sit corporis viribus præstantior: cõtrà eũ seruire, atque modis omnibus cedere, qui sit infirmior: secundò, ut qui plus habet rationis, ingenij, prudentiæ, cõsilii, dominetur: qui verò minus, seruiat. nam ut Salomon in prouer. xj. cap. qui stultus est, seruiet sapienti. & 17. & seruus sapiens dominabitur stultis filiis suis. & Aristo. lib. primo poli. dicit, eos seruos esse ĩ repu. qui inscientes, rerumque ignorantes tenentur? qui uerò ingenio præstãt, naturaliter dominos. legerat ille apud Platonem præceptorem in lib. iij. de legibus, septem esse rationes, quæ ad dignitatem imperandi facere uidetur. quæ sunt: paternitas, nobilitas, dominatio, potentia, senectus, prudentia, ratio: sed prudentiam omnibus anteponit. uir ergo corporis & animi uiribus præpollet: fœmina uerò fragilis, infirma, & imbecillis est: ut scribitur in l. si mulier. C. ad Velle. & in l. si pater. C. de spõsa. & l. prima §. pen. C. de rei uxo. actio. & in l. vlt. C. de dona. ante nup. & in l. sicùt. C. de præscri.

scri. xxx. uel xl. anno. & in l.assiduis. post princ. C. qui po. in pi. habe.hinc est,quòd apud Græcos mulieribus dabatur tutor, & curator: ut refert Tiraquel.de legi.cõnub.in prima l.num.67. & scribit etiam Quintilianus in declama. 3. matrimonia ab ipsa rerum natura esse inuenta: sicque mares fœminis iungi, ut imbecillior sexus præsidium ex mutua societate
10 sumat. † Quid ergo dicemus de marito, qui non custos suæ uxoris: sed lupus & deuorator efficitur? de eiusmodi quum conqueretur, si ipsemet erit uastator castitatis suæ uxoris,ac sui honoris destructor,ipsi proponatur id, quod dicit text.in §.necesse est. 47. distin.uxores ergo(ut tandem concludamus)nõ uerberibus, sed potius exẽplis corrigamus, & à uitiis, si quæ sint, ad uirtutum studia ꝓuocemus. Audiat etiã quod dicit text.in c.indignantur.in fi.xxxij. q.vj. pudiceq; uiuentes uxoribus bonos mores colendi authores simus:iuxtà iuriscon.sententiam in l.si uxor.§.iudex.ff.de adulte. uirorũ enim dicta factaq; sunt uxoribus ueluti speculũ,ad cuius intuitum suos ipsæ mores formẽt atq; componant. nã cùm semper aliàs exempla sint magni momenti ad corrigenda, uel deprauanda hominum ingenia, tum ea maximè, quæ à domesticis proficiscuntur: vt probat text. in l. prima. C. de emen. pro. & illud Satyrograph. poë. sa. 14. velocius & citius nos corrumpũt uitiorũ exẽpla domestica, magnis cùm subeãt animos authoribus. hinc ait Petrarcha de remed.adue. for. dialo. 21.quòd persæpè uxori dux atque exemplum lasciuiæ uir fuit. hinc Plutarchus in præceptis connubialibus cap. 17. inquit: uir corporis studiosus uxorem reddit lasciuo cultui deditam:voluptuosus amatoriam, & libidinosam: boni honestique amator modestam & honestam. & rursum ferè in umbilico eiusdem operis: ne putes (ait) à superfluis profusisque sumptibus vxorem temperaturam, si te in iis minimè continentem conspiciat: quin potius auratis poculis, pictisq; cubiculis, mulierũ & equorum phaleris gaudẽtem uidebis. non enim fieri potest, ut à mulieribus luxus remoueatur, quo uiri circunfluunt. propterea & diuus Augustinus in c. si ducturi. 32. q. vj. nos monet, ut quales uolumus uxores nostras inuenire, tales & ipsæ nos inueniant: & si intactam, intacti simus: si puram, puri. non enim illa posset, quod nos non possumus, & idem alibi in lib.de decem chordis: si caput inquit,est uir, melius debet uiuere,& præcedere in omnibus factis suis uxorem, ut illa imitetur eũ. quo circa benè dicebat Guliel. in loco suprà citato, quem etiam refert & sequitur Tiraquel. de legi. connu. in 9. l. numer. 172. ꝙ vir debet puniri ob adulteriũ cõmissum per eius uxorem:& quòd ita in multis partibus seruatur quasi non potuerit committi sine eo, quòd uir ex suis malis moribus dederit causam uxori talia perpetrandi. hæc consuetudo sancta est, & ubique deberet seruari. ex iis propemodum habes, quàm puniri debeat uir, qui factis & re uxorem inducit ad adulteriũ cõmittendum.

¶ITEM

¶ITEM inquirendum est, quòd de anno, &c. de mense, &c. regnãtibus, &c. dominante &c. sub præsidatu, &c. d. T. ad suam domũ accedens reperiit dictam eius uxorẽ in actu adulterii cũ tali, &c. in camera existẽte in dicta eius domo, & propriè. & quòd id non ęgrè tulit, sed eos dimisit ibidem, ut commodiùs explerent adulterium, dãdo eisdem commoditatem, & locum taliter, ut fuerit commissum adulterium. quod inquirendũ est, &c. quod fuit, &c.

11 † Vltrà hæc, quæ suprà dixi, alia concurrunt, uidelicet: quòd uir reperiit uxorem in actu adulterii, & quòd id non ægrè tulit, sed tacuit, & retinuit eius uxorem taliter. atque hoc quidem solum cõuincit ipsum de lenocinio. quia dicit text. in l. mariti. circa princ. & l. ij. §. lenocinii. in fi. secundùm vnam lecturam. ff. de adulter. ꝙ maritus habens suspectam uxorem de adulterio, & eam retinẽs, lenocinium committit. quod est verum, quando suam scientiam obumbrare non potest, dicens, ꝙ non credebat. sed si uiderit scholarem ei pluries loquentem, & manus in sinu tenentem, uel eam osculantem, & sic suspicari debuit vehementer, tunc non excusatur à crimine lenocinii. ut d. l. mariti. vt declarat Sali. in l. crimen. C. de adulter. quãtò forti⁹ in casu isto, in quo præsupponitur inuenisse vxorẽ in actu adulterii. ut est tex.

12 in l. crimen. C. de adulter. † Et licèt Salic. in d. l. crimen. dixerit, ꝙ etiam si maritus sciens uxorem esse adulteram, nihil dicat, & eam retineat: non tamen incidat in crimẽ lenocinii, nisi apparuerit eam ad id induxisse, & quæstum ex ea fecisse, per d. le. mariti. §. qui quæstum. tamen de iure regni istud dictum Salice. non procedit. quia per constitut. incip. maritum. cauetur, quòd maritus uelut leno punitur, si uxorẽ in adulterio deprehendit, & eã retinuit: nec occidit adulterũ, sed dimisit, cùm capere & occidere potuerit: secùs, si sine sua culpa aufugerit, ut ibi ha-

13 betur. † Et tunc dicitur maritus deprehẽdisse uxorẽ in adulterio, cùm eam reperiit in actibus uenereis: puta, tenentem manus ad pectus, vel alios actus inhonestos facientem: non enim requiritur, ut reperiat adulterum cum uirga in vulua: ut declarat Affli. in consti. regni incip. si maritus. in ulti. col. ibi: & põdera tex. ibi: in ipso actu.

¶IVDEX. Quænã aduersus hæc, quæ tibi obiiciuntur, affers Inquisite? ¶INQVISITVS. Audias quæso patienter: uidebis ꝓculdubio omnia euacuari adeò,

14 ut nihil obstare uideat. † Et primo quaten⁹ dicatur, quòd uir duxit plures iuuenes in domum, eos solos relinquendo cum uxore in domo, probabitur intrinseca & inueterata amicitia eorum, quos apparebit in domum induxisse: item probabitur bona fama, uita, legalitas, & conscientia ipsorum, vt meritò confidere potuerit eis maritus. nam hæc excusant, ut in propriis terminis habetur ꝑ Ang. in le. mariti. §. qui quæstum. ff. de adulter. pro quo faciunt, quæ plenè scripsit Marsi. in practi. cri. in §. principium. ubi multa de hoc.

15 † Amici enim & propinqui purificantur secundũ Abb. in c. requisisti. de testi. & Alexan. in l. non

solum.

solum.§. qui alieno.ff.de procur. & faciunt ea, quæ scribit Glo. in
16 l. j.C. de sica. † Amicitia autem facit cessare actionem, quæ aliàs competeret. secúdùm Spec. in titu. de fur. versic. quid si amicus.
17 † Hinc est, quòd amicus intimus potest accusare de iniuria illata amico suo: quia iniuria ipsius dicitur: & ideò potest eam prosequi sine mandato. secundùm Bal. in l. j. C. qui accusar. non pos. & Alexan. in d. §. qui alieno.
18 † Hinc est etiã, quòd amicus admittitur pro amico sine mandato cum cautione rati: sicùt cõiũctus pro cõiuncto. secundùm Guliel. de Cu. in l. sed & ff. de procura. licèt ibi Raph. Fulgo. intelligat de amico coniuncto maxima amicitia. de quo per Ludo. de Roma. in sing. in uerbo, amicus. & per Bar. in l. nõ solùm. §. qui alieno. ff. de procura. prima col. uersicu. fallit in cõiuncta persona. & ibi om. ninò per Alexan. ubi etiam dicit, quòd amicus agit interdicto recuperandæ po. l. j. C. si per uim, uel alio modo. & per eum in l. cum alienam. C. de leg. & in l. exigẽdi. de proat. & per Feli. in c. corã. de
19 offic. de leg. † Item probetur bona fama, & uita uxoris tunc temporis, & intimus amor, qui erat inter eos. nam semper quãdo maritus potest modo aliquo adumbrare probationem lenocinij per aliquam excusationem, non punitur de lenocinio: ut habetur in l. mariti. §. qui quæstũ. ff. de adul-
20 te. & ibi per Docto. † Quò uerò ad id, quod dicitur, reperiisse adulterum in sua domo cum uxore, & ipsum dimisisse, poterit probari, quòd ipse maritus erat debilis, & adulter ille fortis, robustus, & nimis ualẽs de psona sua: taliter, quòd non poterat modo aliquo sine magno periculo suæ personæ occidere, uel capere ipsum, vel suam uxorem. item, ꝙ ille erat armatus: ipse uerò inermis. item, quòd adulter erat potens in ciuitate: item, quòd si in ipso actu, uel pòst occidisset suã vxorem, absque dubio adulter ille etiã interemisset ipsum. itẽ, ꝙ ille erat potens & ualens ad hoc faciendum. item, quòd pluries minatus fuit seipsum occisurũ, si in iudicio, uel extrà iudiciũ de hoc conquereretur, uel malè tractaret suam uxorem. hec autem probando se excusat: ut habes per Afflic. in constitut. incip. qui coram se spectante. in prin. ubi pulchrè.
21 † Metus enim mortis terret etiã constantissimos uiros. secundùm Bald. in trac. schisma. in v. col. dicitur etiam iustissimus metus mortis, etiam si mors non sit secuta. l. siquis fumo. §. pe. ff. ad le. Aquil. & ibi dicitur iustus metus vbi est iusta suspicio. l. fi. j. col. in fin. C. de iure deli. per l. nouissime. ff. quod fal. tuto. aut. & metus iustus excusat à culpa occidendi. secundum Gloss. in l. sed & si. ff. ad l. Aquil. & institu. de interdi. §. recuperandæ. per Gloss. & l. iij.
22 §. armis. ff. de ui, & ui arma. † Et metus iustus probatur probando potentiam, & malam consuetudinem alicuius, secundum Bart. in l. j. ff. quod ui, aut clam. & in l. de pupillo. §. siquis ipsi. de no. ope. nuncia. & Abb. in ca. fin. de appella. item probatur ex minis, secundum Bart. in l. famosi. §. j. ff. ad le. Iulia. maie. & l. iij. §. quolibet. ff. quod

quod me. cau. de quo plenè per Spec.in tit. quod met. cau. Item poterit probari de bona fama, uita,& conditione ipsius: & quòd non est uerosimile, quòd ipse uoluerit committere lenocinium in suam uxorem, cum mirè fuerit zelotypus. item, quòd non est uerosimile, quòd sciuerit dictum adulterum fornicari cum sua uxore antè deprehensionem in actu adulterij: attento, quia semper tenuerit, & tractauerit eam uti castissimam; nec dictus adulter uideri potuerit habere conuersationem cum ea. item, quòd dum esset in actu accusandi ipsam uxorem, fuerit ei à pluribus dictũ, vt non faceret: nam alioqui certò futurum esse, ut ab adultero occidatur. item, quòd semper ex post facto fuit uisus odio persequi dictum adulterum: taliter, quòd uerosimiliter occidisset, si potuisset. & alia plura possunt probari, quę curiosus aduocatus studeat inue-
23 nire. † Et si fortasse probetur fecisse quæstum de vxore, probetur prædicta: & ultrà probetur paupertas mariti. per constit. incip. matres, quæ.vbi in terminis deci-
24 ditur. ¶Iudex. † Optimè quidẽ inquisite præcogitasti defensiones, quę fieri possunt aduersus ea, quæ præposita & obiecta fuere ꝑ fiscum: adeò certè, vt meritò absolutoria sperari ipsis probatis possit, & ne sicco calle pertranseã materiam istam, in qua tractatur de crimine, quod est maius delictum, quàm adulterium: quia adulter peccat in se, & unam fœminam: sed leno peccat in se, & duos alios peccare facit. imò est maius delictũ, quàm homicidiũ: vt per Ang. de Are. in lib. malefi. in uerbo, che me hai adulterata la mia donna. in fi. aliqua dicam.
25 † Et primò est sciendum, quòd in regno sunt tria iura municipalia super hoc crimine lenocinij mariti ultrà regiam pragmaticã, quæ loquitur de lenocinio in genere; & primum est constitu. maritum. qua cauetur, quòd maritus deprehendẽs uxorem in adulterio, & eam detinens, & liberè dimittens adulterum, ut leno puniatur: secundùm est constitut. qui coràm se spectante. qua cauetur, quòd permittens vxorem adulterari & mœchari, non potest eam accusare de adulterio: quia uidetur consentire adulterio. & per illam constitut. dicit Afflict. quòd nec maritus ipse potest puniri de lenocinio. tertium est cõstit. quamuis uxorem. qua cauetur, quòd si maritus habens suspectam uxorem de adulterio, eã retinet, non ex hoc potest de lenocinio condemnari: sed tunc punitur de lenocinio, quando patenter & euidenter constiterit tenere vxorem ad turpe lucrum: tunc enim condemnatur de lenocinio, & efficitur infamis. & sic, vt uides, in duobus casibus maritus in regno conuincitur de lenocinio: primò quando deprehendit uxorem in adulterio, & eam retinet, & liberè dimittit adulterum: secundò, quando patenter constat maritum detinere uxorẽ ad turpe lucrum. remanet porrò, quòd si maritus permittat vxorem luxuriari cum alijs, non tamen puniatur de lenocinio: nisi appareat eam tenere ad turpe lucrum. vt in d. constitut. qui co-

ram se spectantè. & ibi per Afflic. sed est aduertendum, quòd omnes istæ tres constitutiones sunt conformes cum iure communi, videlicet, cum l. mariti. ff. de adulter. nam ibi etiam solum punitur maritus in dictis duobus casibus: quando quæstum de vxore facit, vel quando deprehendit vxorem in adulterio. sed si aliàs patiatur vxorem delinquere, dicit ibi text. in d.l.mariti.§.qui quæstum. quòd hic casus extrà legem positus est, & est ratio secundum Ange. ibi. quia licèt sit in culpa, non tamen est in dolo: & ad puniendum lenocinium requiritur dolus: & sic inferri potest ex dictis Ange. & Alber. de Rosa. ibi. quòd si aliter apparebit, quòd dolosè maritus patiebatur delinquere vxorem, & quòd ad hoc ipsam inducebat, licèt quæstum de ea non fecerit, quòd punitur de lenocinio. quia plus est inducere vxorem ad adulterium, & pati ipsum adulterari, ac permittere, quàm deprehendere vxorem in

27 adulterio, & eam retinere. † Secundò est sciendum, quòd si maritus accusauerit uxorem de adulterio, eaq; fuerit de adulterio cōdemnata, si deinde eam sibi reconciliauerit, & in suam domum receperit, licèt tex. in d.leg. mariti dicat, quòd censendus & iudicandus sit ut leno, tamen ibi Ange. dicit, quòd hodiè hoc est correctum per text. authen. sed hodiè. C. de adult. & idem dicit Salic. in l. fine metu. C. eo. titu. & ibi hoc firmat Gloss. sed istud intelligitur, quando illa vxor fuerit emēdata & correcta: & fuerit ad melioris uitæ frugem conuersa: ut dicit Iaco. de Bello uis. in pract. crim. in tit. de leno. 4. colu. versic. & committitur lenocinium.

28 † Tertio est sciendum, quòd maritus leno suæ uxoris punitur pœna mortis naturalis. secundum Afflict. in constitu. mariti lenoci-

29 cinium. † Quartò est sciendum, quòd mater, quæ fuit lena suæ filię, punitur pœna truncationis naris. & hoc est uerum, quando quęstum facit ex ea, & pretium recipit: ut habetur in constitut. matres. sed si quæstum non facit, sed solùm consentit filiam luxuriari, & mœchari, extrà ordinem punitur: ut dictat regni consti. incip. matres. Excusabitur autē mater, si fecerit id propter extremā paupertatem, & non habebat undè uiueret, nisi quæstum de filia fecisset: probando etiam, quòd filia consensit dicto lenocinio: ut habet in alia const. inci. matres, q.

30 † Quintò est sciendū, ꝓ fœmina, quæ fuerit lena alterius fœminæ extraneæ, & sibi non coniunctæ, prima uice fustigabitur, & signabitur in fronte: pro secunda vice truncabitur ei nasus: ut habetur in constit. lenas. sed si fuerit mater lena filiæ uel sororis, pro prima uice est pœna truncationis na-

31 ris, vt suprà dixi. † Sextò est sciendum, quòd si non fuerit secutus effectus (quia fortè mulier, cum qua lenociniū commiserat) noluit consentire, punitur leno pœna arbitraria. secundùm Affl.

32 in d.constit. lenas. † Septimò est sciendum. quòd masculus ob lenocinium commissum in quancunque fœminam, punitur pœna mortis naturalis. secundùm Afflict. in d.constit. lenas. vt erat de iure

iure communi: vt habetur in auth.de leno.in princ. & ita cautum est per regiam nouel. prag. incip. Ferdinādus Dei gratia,&c. desiderantes itaque ab hac ciuitate. circa quam pragmaticam, ut
33 aliqua dicamus,est. † Primò notandum in tex.ibi: esse pestiferū genus,nephandumq; nomen lenonum, quòd genus lenonū est pessimum,sceleratum, nephandū,crudele,odiosum,pestiferum,& communis uastatio castitatis:& quòd ideò lenones ipsi sunt expellendi de ciuitate: vt in authe.de leno. §.si quis autem conscriptionem. imò tanquàm leprosi sunt fugiendi, & expellendi, ne inficiant,decipiant,& subuertant bonas mulieres suis pessimis, & pestiferis artibus, & dolosis subuersionibus, ac odiosis fallacijs: & ne de bonis faciant prauas: & inuitas faciant volentes: vt C.de rapt.vir.l. vnica.circà versic.si enim ipsa. & §.fin. & pulchrè habetur per Iac. de Bel.uis.in pract.cri.in secundo
34 de leno.vbi multa habes.† Et ob id emanauit constitut.incip.quæ passim uenalem.quæ vult, ꝙ meretrices, & lenones debent expelli, vt non habitent in vicina honestarum mulierum, ne aliæ bonæ corrumpantur: vt benè in hoc cōcordat tex.noster.in d.regia prag
35 ma.† In tex.ibi: qui miserandas puellas à castitate,&c. notatur, ꝙ castitas est amica Deo: & ꝙ sola potest animas hominum præsentare coram eo. vt concordat tex. in auth.de leno.in §.sancimus igi
36 tur. † In tex.ibi: modo blādiciis. notatur,quòd à pari procedūt deducere,attrahere, & ĩpellere mulieres ad luxuriosam vitam blandiciis,uel minis. hinc est, ꝙ committens stuprum vel violentiam, punitur pœna mortis. & stuprum uiolentum nedum dicitur, quādo interuenit uis, & uiolentia uera: sed etiam, si interuenissent blanda uerba,& allectamenta, ac dolosæ promissiones. & isto casu pari ficantur hæc,vt habeat locum pœna mortis.secundum Affli.in constitu.siquis rapere.in ij.not.in iii.
37 q. † In text.ibi: vltimo supplicio debere condemnari. dubitat num leno sit puniendus hac pœna,si vnica tantum uice lenociniū committit. & uidetur dicēdum, quòd ille iudicādus ē leno,& ut lenō puniendus, qui ex consuetudine talia commisit: & sic ad minimum per duas uices: ut habetur per Iaco.de Bel.uis.in sua practi. cri. in tit.de leno.in uer.alius etiam modus confirmatur. & etiam ex tex. ipsius regiæ prag.ibi: lenones,qui mulieres quęstuarias prostituunt. non dicitur quis leno,vt possit puniri illa pœna, si plures mulieres prostituit. nam numerus pluralis uerificatur saltem in duobus.l. ubi numerus. ff. de testib. nec potest uerificari in uno tantum, secundùm Pau.de Cast.in consi.14.quē etiam vide in consi.102.& consi. 234. & tenet Io.And.in addi. Specu.in tit. de test.§.j.ver.iiij.q.cogitandum tamen est in facti contingentia.& pronunc decido.† In
38 tex.ibi: receptatores eorum.notatur, ꝙ receptātes huiusmodi lenones, puniuntur secundum qualitatem personarum: videlicet baro, & uniuersitas in vncijs ducentis: nobilis burgensis in vncijs centū: plebeius,vel uillanus ĩ vnciis quinquaginta. de iure verò communi

 indifferenter

indifferenter puniuntur talium receptatores in decem libris auri, & in amissione domus. ut in auth. de
39 leno. §. siquis autē patiatur. †Hic autē occurrit dubium an tabernarij receptantes dictos lenones puniantur hac pœna. & videtur dicendum, quod non. quia (vt dixi suprà in verbo, bannum.) tales tabernarij non tenentur de receptatione contumacium. per doctr. Bart. in l. omnes. C. de agri. & censit. li. xj. ergo idem dicendum est in casu nostro. tu uerò dicas, quod aut per transitum ignoranter receptassent, & tunc procedant prędicta, etiam in hoc casu: aut continuò, vel per plures dies receptassent scienter, vt quia ibi tenebant meretrices, & isto casu tenentur ad pœnam præ
40 dictam. †In tex. ibi. mādātes. duo notantur: primum, quod in hoc crimine ex officio proceditur, & tenentur officiales sub pœna unciarum centum inquirere: secūdum, quod officiales inferiores à magna curia vicaria possunt inquirere, & capere lenones: non tamen possunt contrà eos procedere ad punitionem ipsorum: sed debent sic captos benè custoditos remittere ad magnam curiam vicariam, per eandem plectendos, non obstantibus priuilegijs primarum causarum, ac aliis quibuscunque, ut ibi latè habetur: quod est mirabile.
41 †Est etiam sciendum, quòd leno est peior, quàm diabolus, vt habetur per Ioā. Neuiza. in syl. nup. nu. 42.
42 †An interficiens lenonem puniatur, & possit criminaliter accusari, vide Iacob. de Bello uis. in pra.
43 nu. 74. †Item est sciendum, quòd lenones à testimonio repelluntur, secundum Bal. in tra. de testib. allegat l. athletas. §. j. ff. de infa. & habetur per Steph. Aufre. in trac.
44 de repro. test. nu. 63. †Item est notandum, quòd lenocinium uilis personæ, est crimen extraordinarium: vt habetur per Bar. in l. leuia.
45 ff. de accusa. †Admittuntur tamē lenones ad testimoniū de iis, quæ fiunt in prostibulo: vt per Mar. in consi. 102. nu. 2. in i j. li. item quādo aliter veritas haberi nō posset: vt per eundem in con. 113. nu. 29. in ij. li. & consi. 127. nu. 8. in eo. li. & de iis hactenus.

¶ Item quòd commisit falsitatem. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Falsum committitur per eum, qui aliquem supponit loco absentis dicentem, se esse illum. & nu. 9.*
2 *Notarius non habet necesse cognoscere contrahentes per nomen & cognomen.*
3 *Indemnitas probatur per signa. & nu. 4.*
5 *Instrumentum nūquàm reprobatur per testes instrumentarios: nisi probetur esse illos ipsos, qui descripti sunt in ipso instrumento.*
6 *Instrumentum probatur falsum eo ipso, quòd probetur contrahentium aliquem fuisse absentem tempore celebrati contractus.*
7 *Vtens falso instrumento punitur de falso, & præsumitur fabricasse.*

fabricasse. & nu,8. 11.21.

10 Identitas nominis arguit identitatem corporis.

11 Clausula si, et inquantùm operatur, ut utens falso non puniatur de falso.

12 Delinquere nemo præsumitur.

13 Falsitas ne cõmittatur, nimia subtilitas adhibenda est.

14 Falsum vt excludatur, semper interpretandus est actus.

15 Falsitas vt excludatur, lex præsumit varietatem loci, & temporis.

16 Vtens falso instrumento postquàm certioratus est de falso, non euitat pœnam falsi, etiamsi produxisset cum clausula si, & quatenus. & nu. 23.24.

17 Exceptionem habens in principio causæ, & non opponens, non potest eam posteà opponere.

18 Accusatio redditur suspecta, si nimis tardè fuit proposita.

19 Notarius si nimis tardauit in registrando instrumentum in protocollo, præsumitur suspectus.

20 Dolus præsumitur in eo, qui potest obuiare delicto, & non obuiat.

22 Falso vtens, & ipsum fabricans, etiamsi dixerit, nolle vti, punitur.

25 Testes singulares non probãt.

26 Testium singularitas arguit dolum.

27 Testes discordes inter se ipsos non probant.

28 Testes quando sint singulares.

29 Testes contrarij sibi ipsis, nunquàm sunt ad concordiam reducendi.

30 Testes deponentes de absentia contrahentium, debẽt dicere, quòd tota die contractus fuerunt absentes.

31 Suspicio falsi habetur pro veritate. & nu. 32.

33 Dolũ excusat qualibet causa.

34 Bono viro credendum est.

35 Falsum non potest dici, quod adiuuatur primordio veritatis.

36 Falsitas non est, vbi non est dolus.

37 Falsitas non committitur, vbi quis longo tẽpore stetit in possessione, vigore instrumenti, quod dicitur falsum.

38 Falsitas vbi nocet, punitur.

39 Vtens instrumento continente plura capitula in capitulo vero, si aliquod capitulum est falsum, punitur de falso.

40 Vtens falso teste, qui aduersario non nocet, & producenti non prodest, punitur de falso.

41 Vtens falso articulo per falsum testem, etiam si renunciat, punitur.

42 Falsa scriptura priuata utens ita punitur, sicùt si publica uteretur falsa.

43 Testes falsos producens compellitur eos iteratò in iudicio producere.

44 Testes falsos, uel scripturam falsam producens, quando puniatur. & num. 45.46.47. 48.49.50.51.52.53.

54 Instrumentum productum si cum dicatur falsum, producēs surripiat de manibus notarij, & in ignem proijciat, an puniatur.

55 Testes falsos subducens, an, & quando puniatur.

56 Falsum crimen est detestabilius ueneficio.

57 Falsum est crimen exceptuatum ab indultibus.

58 Notarius an dicatur falsarius, si aliter sit dictum, quam scriptum.

59 Error notarij per quot testes probetur: & an præsumatur, si admittit solennitates instrumentorum. & nu. 60. & 61.

62 Notarius an, & quando potest corrigere errorem suum.

63 Notarius an possit supplere clausulas omissas ab alio notario.

64 Instrumētum per quot testes probetur falsum, & quomodò.

65 Notarius an, et quādo puniatur de falso instrumēto, si probetur aliter dictū, quàm scriptū.

66 Notarius an puniatur de falso, si scripsit: talis habuit, & recepit, & reuera non habuit. & nu. 67.

68 Instrumentum falsum in vno capitulo, an sit falsum ī oībus.

69 Notarius an dicatur falsarius, si attestetur omnes canonicos interfuisse, cum unus abfuerit.

70 Notarius falsum cōficiēs īstrumentū, qua pœna puniatur.

71 Notarius potest per torturam cogi ad exhibendam primam imbreuiaturam.

72 Testis deponens contrà fiscum qua pœna puniatur.

73 Falsum non committit, qui falsum deponit, credens esse uerum.

FISCVS.

AVDIAS quæso domine Iudex, quæ contrà Inquisitum obiiciātur in crimine falsi: & tu Inquisite arrige aures, quia uix vllas uideo posse parari defensiones.

ITEM inquirendum est, quod de anno, &c. de mense, &c. regnantibus, &c. dominante, &c. sub præsidatu, &c. Salerni, &c. d. Ti. temere, dolosè, scienter, & appensatè obripiendo notario, animo falsum committendi, ipsum induxit ad fabricandum instrumētum remissionis, tanquam initæ per hæredes dicti quōdam Tit. & tamen re uera supposuit, & induxit Tit. & Tit. quos asseuerabat esse hæredes dicti quondam Tit. cùm ipsos aliter non cognoscebat notarius: inducendo

Inducendo etiam d. Tit. & Ti. ad mutandum sibi ipsis nomina, & cognomina: taliter, ꝙ dictũ instrumentum fuit confectum. & expletum. incidendo in pœnam, &c. qđ inquirendũ est, &c. quod fuit &c.

1 † Falsum verò committit ille, qui scienter & dolose per obreptionẽ inducit notarium ad faciendũ aliquem contractum tanquã factum ab aliquo, qui erat absens, supponendo aliquem asseuerantem, & dicentem, esse se illum, & sic se nominãtem per nomẽ, & cognomẽ. per tex. l. qui ueluti. C. de fal. iuncta l. si quis obrepserit. ff. de fal.

2 † Et si notarius hoc bona fide fecerit, non punitur: quia notarius non debet, nec habet necesse cognoscere contrahentes. secundũ Bal. in l. fi. §. j. in. ix. col. C. de iur. delib. & in rub. de fide instr. in 4. col. debet tamẽ tempore rogatus videre, & audire partes loqui. secũdum Inn. in c. fraternitatis. extrà, de test. nec habet necesse cognoscere nomina testium: nisi qñ habet necesse facere mentionem de qualitatibus eorum: puta, num sint idonei, & possidẽtes in bonis. secũdùm Bal. in d. rub. de fi. instr. in iiij. col. nec tenetur reddere rõnem de identitate contrahentiũ.

¶Item inquirendum est, qualiter omnes testes descripti in prædicto instrumento deponunt examinati per signa, & veras cõiectu ras, ex quibus de facili perpenditur non fuisse hæredes dicti quõdã Tit. qui contraxerũt, sed alios suppositos in uicem eorum, ut supra dictum est, quod inquirẽdum est, &c.

3 † Semper, quando constare nõ potest de nomine, & cognomine alicuius, uel de identitate, sufficit ꝓbare signa ipsius, ex quibus uerificatur identitas, uel diuersitas hominis. secundùm Ang. Are. in §. quadrupli. inst. de act. & Bal. in l. quando. C. de testib. & dixi suprà in uerb. uel eos uerbaliter citari faciat.

¶Item inquirendum est, quòd hæredes dicti quondam Tit. fuerunt, & sunt minores, impuberes, & absq; barba, paruam personam habentes: & quòd illi, qui contraxerunt, fuerunt, & sunt maiores, barbam habentes, & longi. quod inquirendum est, &c. qđ fuit, &c.

4 † Dissimilitudo autem signorũ existentium in persona contrahentium in uicem absentium, & ipsorum absentium, nulli dubium est, quin inducat diuersitatem personarum. secundùm Bart. in l. senatus. ff. de accusa. in fin. & in l. demonstratio. in fi. prin. ff. de condi. & demonstratio. & per consequens uidetur conuinci inquisitus de falso.

¶Item inquirendum est, quòd testes examinati super dictis signis, sunt illi ipsi, qui sunt descripti in instrumento, & uocantur iisdem nominibus, & cognominibus, quibus illi, & eædem personæ sunt quò ad omnia, quod inquirẽdum est, &c. quod fuit, &c.

5 † Semper enim, quando quis uult reprobare instrumentum tanquam falsum per testes descriptos in ipso instrumento, est necesse, ꝙ probet esse illosmet testes, qui in ipso instrumento descripti sunt: aliàs nõ reprobatur, ut dicam infrà.

¶Item inquirẽdum est, qualiter eo die, quo prætenditur, dictos hęredes d. quõdam Tit. fecisse dictũ instrumentum in ciuitate Saler-

ni, erant & fuerunt in ciuitate Baroli: taliter, quod impossibile sit, fuisse in dicta ciuitate Salerni, quod inquirendū est, &c. quod fuit, &c.
6 †Non est dubitandum, si probetur contrahentem fuisse absentem tēpore celebrati cōtractus, quin ex hoc instrumentum reddatur falsum, per l. optimam. C. de contra. & commi. stipu. & insti. de inuti. stipula. §. item uerborum. &c. ex tenore. de test. & habet per Alex. in consi. cxc. in vj. li. & ibi habes, quomodò intelligatur. & habetur per Boër. in decisio. 165. in prima parte. & sic non est dubitandum, quin debeat procedi ad condemnationem ex prædictis.

¶Item inquirendum est, qualiter dicto instrumento falso d. Ti. vsus fuit in iudicio, ipsumq; produxit, & præsentauit, & vsus fuit vsque ad finem causæ scienter, & dolosè: quæ omnia constant ex actis causæ: quæ reproducuntur si, & in quantum. incidēdo in pœnam, &c. quod inquirēdū est, &c.
7 quod fuit, &c.† Ex hoc etiā conuincitur quis de falso, quòd vtitur instrumento falso in iudicio: vt habetur per Ange. in authen. de non alie. §. quia verò. el. iij. col la. ij. & habetur per Bal. in consil. cxxxxvj. in v. li. & hodiè est decisum in regno per nouell. preg. incip. testem falsum.
8 † Et intantùm id est verum, vt vtens re falsa, præsumatur eandem fabricasse: nisi doceat exprestè de fabricante. secundùm Bal. in l. maiorem. C. de fal. & Alexan. in l. si quis obrepserit. ff. eo. tit. & sic clarè patet debere procedi ad condemnationē inquisiti ex prædictis. ¶In. Audistis, quòd in ore vulgi est: audias alteram partem, si uis rectè iudicare. quare cōsiderentur, quæ aduersus hæc obiecta proponuntur: & videbuntur omnia absque fundamento stare.† Et primò est aduer-
9 tendum, quod tria sunt, quæ pro parte fisci adducuntur. primum diuersitas signorum suppositorum ad contrahendum cum iis; quorum nomina & cognomina sunt apposita in instrumento: secundū est, absentia prolata die celebrati contractus eorum, quorum nomina fuerunt descripta in instrumēto: tertium est, vsus instrumenti prætensi falsi. Ad primum, & secū dum euacuandum potest probari, quòd ipse inquisitus nunquàm cognouit heredes dicti quondam Tit. nec cum eis fuit visus & auditus habere, & habuisse aliquam conuersationem, & cognitionē: maximè, cum sint de diuersis locis: item, quòd stante dicto inquisito in ciuitate Salerni, quodam die fuit ei relatum, isthuc aduenisse duos iuuenes, qui dicerētur hæredes d. quondam Tit. item quòd hoc audiens accessit ad eos interrogando, quo nomine & cognomine vocarentur: qui dixerunt se vocari & cognominari nominibus & cognominibus, de quibus in instrumento, asserentes se esse hæredes d. quondam Tit. itē, qualiter ipsos rogauit de remissione prędicta, qui libenter promiserūt, proùt posteà effectualiter fecerunt. item, qualiter nō dolosè, sed bona fide dictus inquisitus credēs prædictis induxit & rogauit notarium ad fabricandum dictum instrumentum. item, qualiter pro remissione prædicta soluit ducatos centum: quos nō soluisset, si sciuisset,

set, illos non esse hæredes dicti
quondã Tit. Item, ad hoc demon
strãdum probetur, ꝙ de facili po
terat habere remissionem à veris
hæredibus dicti quondam Tit. cũ
dicta pecuniarum quantitate: &
sic non esse verosimile, ꝙ voluis-
set ipsam habere à falsis, & nõ ve
ris hæredibus. Item, ꝙ veri hære-
des dicti quondam Tit. vocantur
& cognominantur illismet nomi
nibus & cognominibus, quibus il
10 li descripti in instrumẽto.† Et sic
identitas nominis arguit identita
tem corporis: nisi contrarium ꝓ-
betur. l. qui habebat. ff. de ma. te-
sta. & per Alex. in l. diuus. de cu-
sto. reo. & vna cõiectura tollitur
per aliam, vt plenius, ꝙ̃ alibi, per
Boër. in decisio. 165. prima parte.
vbi docet, quomòdo tollãtur in-
11 dicia.† Quò verò ad id, quod dici
tur, ꝙ vsus fuit in iudicio dicto
instrumento, respondetur ꝙ vsus
fuit cum clausula si, & inquãtum,
quæ est clausula conditionalis: ta
liter, quòd id, quod ponitur seu
producitur cum illa clausula, vi-
detur sub conditione poni, seu ꝓ
duci: & resoluta conditione, habe
tur pro nõ producto & præsenta-
to. l. in tempus. in princ. ff. de hæ-
re. insti. l. hæc conditio. ff. de con-
di. & demon. l. cum ad præsens. ff.
si cer. peta. l. conditio. in præteri-
tum. ff. de verb. oblig. & habetur
per Bart. in l. ambitiosa. ff. de de-
cre. ab ordi. faciẽ. antep. col. Bal.
in l. edita C. de eden. in 19. col. in
repeti. Philip. Corne. con. 80. pri-
mo lib. in decisiuis consultationi
bus. nu. 4. & consi. cclxxxiij. nu. 2.
in præsenti consultatione. in. 3. li.
hinc est, quòd per illam clausulã
euitatur falsum per producentẽ:
vt docet Cyn. in l. si falsos. C. de
fal. And. de Iser. & Afflict. in con
sti. qui falso instrumento. nec ob
stat, quòd non fuit extensa clau-
sula si, & inquantùm instrumen-
tum apparebit verum, quia ibi est
posita dictio &c. quæ extenditur,
vt suprà. nec obstat quatenus pos
set dici, quòd illa clausula operà-
tur, vt quatenus probet pro pro-
ducente intelligatur productio
facta: quatenus verò contrà, non:
quia respondetur, ꝙ virtus clausu
læ non est arctanda, cùm habeat
largas habenas, & vtrumq; est ap-
ta significare: & in iure clarũ est,
ꝙ est cõditionalis, vt suprà dixi.
& nõ est cõditionalis in uno, & in
alio non: quia lex generaliter lo-
quẽs generaliter est intelligenda,
vt est notissimi iuris. ex quibꝰ ad
vltimũ infertur, ꝙ cũ facta fuerit
productio cum dicta clausula, ap-
paret ipsum noluisse liberè illo
vti, sed sub conditione: si pro se
faceret, & si veritatem cõtineret.
non enim dicitur facere pro eo
id, quod falsum est: sed contrà eũ:
cùm ex eo posset puniri crimina-
12 liter, & in perditione causæ.† Et
non est præsumendum, ipsum vo-
luisse delinquere. l. merito. ff. pro
socio. Bald in l. moueor. C. si ser.
expor. ve. semper enim capienda
est coniectura, vt excludatur deli
ctum: vt consuluit Cor. in consil.
cj. in 2. lib. nu. 25. etiam, vbi con-
curreret coniectura, & ꝑsumptio
includẽs delictum. nam debet at-
tendi exclusiuè, vt potius iudice-
tur non delictum: vt per Grãma.
in dec. 18. nu. 5. & consuluit Lud.
Rom. in consi. lxviij. visis in pro-
positis. habetur per Bar. in l. non
solùm. §. sed vt probari. ff. de no.
oper,

oper.nuncia.semper enim,quando quid producitur cum clausula si,& quatenus, videtur excludi falsum,quia falsum pro eo nõ facit,quia est delictum punibile, & non causat victoriã causæ,sed per
13 ditionem,& ipsius punitionẽ.†Et de iure,ne cõmittatur falsitas, nimia subtilitas adhibenda est.l.fi.
14 & ibi Bal.C.de fideiuss.†Intantũ, vt si sit aliquod uerbum aptũ importare falsitatem,fiat interpretatio, vt nõ importet. secundũ Bal. in l.j.C.de sa.san.eccle.& in l. errore.C.de testa.& Bar.in l. gerit.
15 in v.col.ff.de acqui.hære.†Hinc etiam videmus, ꝙ vt excludatur falsitas, lex præsumit varietatem loci vel temporis.secundùm Bal. in l.imperator.ij.col.ff. de statu. hom.Alexã. in l.iuris gentium.§. quod ferè. ff.de pact.& Salic.in l. de tutela.C.de restitu.in integ.& Alex.in consi.lxx.iiij.par. ¶ Fis.
16 Ne vltra progrediamur,ad hoc vltimum fundamentum de usu instrumenti respondeo, ꝙ etiamsi prædicta possent procedere:tamẽ non procedant,quando producẽs certioratus, quòd sit falsum instrumentum productum cum dicta clausula,statim non renuntiat vsui ipsius:sed vsq; ad finem causæ perseuerat vtens ipso, quia licèt posteà renuntiet, non euitat pœnam falsi:vt habetur per Sali. in l.si falsos.C.de fal.& Gandi.in tit. de falsa.ij.col. versi. sed pone. ratio est,quia licèt à principio dotuisset dici, ꝙ erat ignorans,& habuisset ex hoc excusationem: certioratus tamẽ de falsitate dicitur in dolo, vt ff.de libe. homi. exhiben.l.ij.§.is qui nescit & arg.ff.de pact.l.iurisgentium.§.siue & l. ij.
§.circa.ff.de do.except. & sequitur Ang.de Are.in li.male.in verbo,falsario.in vij.col.in fi.versic.
17 sed pone: Titius.† Quod quidem corroboratur, quia licèt quis sit tutus aliqua exceptione, si potuit opponere antè litem cõtestatam & nõ opposuit,non potest ea amplius se tueri,secundùm Sali.in l. ita demum.C.de pur. & exceptio non opposita in prima causa per malitiã,non potest opponi in causa appellationis.secundùm Abba.
18 in c.j.de excep.†Item confirmatur,quia si accusator diu stetit ad accusandum,eius accusatio redditur posteà suspecta,& præsumitur esse in dolo:vt consuluit Bald. in consi.xxxvij.primo lib. inci. quidam tabellio.in fi.& sequit Mar. in sua praxi.§.diligenter.nu.201. & ibi allegat consi.Bald.incorruptè,sed voluit eum allegare, vt sit
19 prã.†Tertiò confirmatur, quia si notarius tardauit in registrando instrumentum in protocollo,oritur suspitio de falso contrà eũ ex illa tarditate : secundùm Pau. de Castr. in consil. 281. in causa ista quinque.col.j.lib.j.& pari modo si pars distulit producere instrumentum, oritur suspitio de falso contrà eũ:vt probatur in l. si quis fortè.§.j.ff.de pœn.ibi : nec enim debebant tam magnam rem tandiu reticere. & per Oldra. consil. clxxxix.factum tale est vacãte ecclesia. & sequitur illum in Ay. Cra-ue.in consi.xxviij.assertum testa-
20 mentum.nu.6.in pri.lib. † Quartò confirmatur quia dolus præsumitur in non obuiante delicto,cũ potest: secundum Abb. Sicu.in c. quantitate.de sentẽ.excom.facit xxiij.q.iij.c.qui potest,cùm ergo hic

hic vſus fuit vſque ad finem cauſæ,& orta quæſtione falſi non renuntiauit, nõ poteſt euitari quin
21 de falſo puniatur.† Item hoc cõfirmatur, quia licèt aliàs quis in falſum non incidat, vtens inſtrumento falſo:niſi facta inſtãtia, vt declaret,an velit vti,& ei aſſignato termino ad declarandum. iuxtà doctrinam Bar.in l.diuus.ff.de fal.la.2.quam approbat Ange. de Are.in li.male.in verbo,falſario. in xij.col.verſi.ſed cautela eſt.tamen quando falſitas eſt notoria, in actis abſque partis inſtantia debet declarare, ſe nolle vti:aliàs in falſum incidit.ſecundùm Sali. in l.ſi falſos. C.de fal. & eſt rõ, quia præſumitur eſſe in dolo, qui non facit id, ad quod ſcit & ſcire debet ſe teneri. ſecundùm Bart. in l.tutor.qui repertorium,in ij.col. in fi.ff.de adminiſtra.tuto.& l.dolus.& ibi Bar.ff.man.& l. procuratorem.§.dolo.eo.tit.& Alexan.in l.vbi.ff.de edendo: ſed data notorietate falſitatis,tenetur renuntiare:ergo ſi non renuntiat, uidetur in dolo. item non eſt dubium, ꝙ falſitas eſt de genere prohibitorum. quare quandocunq; eſt notoria,qui ei non renuntiat, videtur eſſe in dolo.ſecundùm Bal. in l.dolum.C.de dolo.& ibi Docto. & no.in l.ſi non cõuitii.C. de iniu.& in l.j.C.de fal.cũ ergo,quando notoriè conſtaret ex actis de falſitate prædicta, non renuntiauerit vſui dicti inſtrumenti, non poteſt euitari,vt de falſo non cõ-
22 demnetur.† Imò plus dico, quòd licet renuntiaſſet à principio orta quæſtione falſitatis,vel anteà, adhuc non euitaret falſum: quia præſupponitur ipſum fabricaſſe falſum.quo caſu licèt renuntiet, adhuc tamen punit de falſo,quia non eſt ſimplex vſus: ſed concurrit fabricatio falſitatis: vt habetur per Ange.de Are.in lib.male. in verbo,falſario. ¶ In. Subtiliter inſurrexiſti domine Fiſce aduerſus excuſationes & defenſiones ꝑ me propoſitas;ſed parum, aut ni-
23 hil veritati officere poſsũt.† Quare ſciẽdum eſt, ꝙ prædicta omnia procedunt,& habent locum,quãdo verè falſitas apparet in actis probata:ſecùs, ſi præſumpta tantũ:vt in terminis decidit noſtrorum interpretum verus antiſtes Alberic.de Roſa.in l.diuus. ff. de fal. la.ij. ſequitur pater practicæ crimina.Ang.de Are.in lib.male.
24 in verbo,falſario.in vij.col.† Itẽ procederent dictæ doctrinæ,quando producens eſſet certioratus de falſitate,& eſſet inſtatum, vt declararet, an intenderet vti. per doctrinam Bald. in l. fin. C. ſi ex fal. inſtrumen. in fin. quia non debet ex ſeipſo vltro renuntiare. quam doctrinam corroboro per deciſionem Cap. 67. in fin. cùm ergo in caſu noſtro non conſtet de dicta falſitate notoriè,nec ſit certioratus, prædictæ doctrinæ non procedunt,nec obſtant, & ꝙ non probetur ex actis falſitas inſtrumenti verè, patet, quia teſtes deponentes ſuper ſignis cõtrahentium, & diuerſitate ſignorum eorum qui reuera erant hæredes dicti quondam talis,omnes ſunt ſin-
25 gulares.† Et clarum eſt,quòd teſtes ſingulares non probant,vt habetur in l.ob carmen.§.fi.C.de te-
26 ſtibus.† Imò teſtium ſingularitas arguit dolum.ſecundùm Bald. in l.iuriſiurandi.C.de teſti.in ij.col. verſi.

27 uersi. deinde no. † Item dicti te-
stes sunt discordes inter se, ut ui-
deri poterit: & sic non probatur
secundùm Bar. & Alex.& Docto.
in l. ij. §. creditum.ff.si certũ pe-
ta. & Bart. in l. insulam. §. fru-
ctus. & ibi Imo.in pri. oppo. ver
si.& hoc inducit.& ibi Alex.ff.so
lu. matri. & Ioan. And. in addi.
Specu. in ti. de testi.§.iam de in-
terrogatoriis. & Bar.in l.si finita.
§.si ante hoc decretum.ff.de dam
no infec. Ang.in l.qui sententiã.
28 C.de pœnis.† Et quòd testes exa
minati sint singulares, probatur,
nam tunc dicuntur testes singula
res, quando eorum dicta recipi-
unt separationẽ ex diuersitate fa-
ctorum. secundùm Bald. in l.j.C.
si unus ex plu.appe.ad fi.ante uer
sicu. quæro utrum. & Bart. in l.
ij.§.si dubitetur. quemadmo. te-
sta. aperia. & Bal.in l. apud anti-
quos.j.col.uersic. item not.illam
vulgatam. C.de fur. & in l.pri. 8.
q. de testa.& in l.ij.in ij.col.C.de
bon.pos.secun.tabu.cùm ergo di
cti testes partim dicant, quòd d.
T. induxit notarium ad faciendũ
cõtractum, & quòd ei dixit,quòd
d. tales essent hæredes quondam
T. & quòd uocaretur nominibus
& cognominibus,ut in instrumẽ-
to: partim uerò, quòd ipse nihil
dixit: sed quòd dicti tales assere-
bant se esse hæredes, & uocari &
cognominari, ut instrumento ca-
uetur: sequitur, quòd sunt singu-
lares,& contrarii: item discordes
in signis contrahentium,ut patet
ex actis: ergo sequitur, quòd eis
29 non est adhibenda fides. † Item
duo testes primi examinati sunt
contrarii sibi ipsis:quo casu nun-
quam sunt reducendi ad concor-
diam,sic quidem, ut probent: se-
cundùm Gloss.But. & Abba.in c.
in nostra.de testi. Bart.in l.eos.ff.
de fal.Iacob.But.in l.cum de æta
te.ff.de ꝓbatio.But.in c. cùm tu.
de testi.uers.de primo. & Alex.in
l. inter stipulantem §. j. de uerb.
obli. Alex. in consi.132.in j.par.
& consi.42.in iiii.par. & in l. j. de
30 no. oper. nuntia. † Præterea te-
stes deponentes de absentia hære
dum d. quondam talis, non depo
nunt,quòd per totam illam diem
contractus fuerunt in ciuitate Ba
roli, & quod non potuerunt alibi
esse,ut requiritur secundùm Alex.
in con.190.i vj.li. & sic ex iis ha
betur non esse probatam falsita-
tem. ¶ Fis. Vtique si cuncta rima
res, & perfunctoriè non pertran-
sires, agnosceres ueritatem.
31 † Scis enim, quòd suspitio falsi
pro ueritate habetur: nisi ille su-
spectus probet ueritatem. secun-
dùm domi. Archi. in c. in memo
riam. 19. distin. allegat. l. iube-
mus.C. de probat. & plenè habe-
tur per Marsi. in rubrica.ff.ad le.
Cor.de fal.nu.19.& 36.& sic licèt
plena probatio fortè nõ adesset,
non posset tamen negari, multas
suspiciones, & indicia,ac præsum
ptiones de falsitate adesse: ex qui
bus meritò debeat procedi ad cõ
demnationem. ¶ Inqvisitvs.
Si benè inspicerentur Doctores
loquentes de hoc, non utique ita
32 dixisses. † Nam prædicta proce-
dunt, ut possit ad capturam pro-
cedi: non autem quò ad condem
nationem. secundùm Afflict. in
constitutio. qui literas. de fal. in
iiij.q.& dicit hoc uelle text.in l.
iubemus. C.de probatio.& Deci.
in consil.175.incip.in causa falsi-
tatis

tatis. imò Gramma. in conſil.30. num. 5. tenet, quòd prædicta pro cedunt in actione falſi ciuiliter intentata: non autem, quando criminaliter.

34 † Præterea noue habemus, quòd quælibet cauſa, etiā iniuſta, excuſat à dolo: ut eſt Gl. in leg. plagii.la.ij. in uerbo, iuſta. C. de pla. & leg. j. in fin. de abi.l.igitur.§.illud.ff. de lib. cau. & Alex.in l. qui Romæ §.duo fratres. in 9. col. ff.de uerb.obliga. Iaſ. in l. ſiquis maior.9.col.C. de tra. Ange.in l.fi.in priu. ff.de eo, per quem fa. erit.vbi etiā dicit, ꝙ cauſa temeraria excuſat à dolo. Barth. Soci.in cōſi.cxviij.inci.viſis narratis.vide circà tertiā dubitationē.j.par. vbi dicit, ꝙ quælibet cauſa beſtialis excuſat à dolo. cùm ergo ex probatis in proceſſu ſatis cōſtet, ꝙ inquiſitus habuit iuſtam cauſam credēdi, illos nominatos in proceſſu fuiſſe, & eſſe hæredes veros dicti quōdam talis (quia ipſi hoc aſſerebāt, & ab alijs erat ei relatum) ſequitur, ꝙ excuſat à falſitate: maximè, quia erant, & videbantur boni viri. Et habemus etiam, quòd credēdum eſt bono viro: vt eſt Glo. not.in.l. Titio fundus.ff.de cōdi.& demō. quam dixit ſing. Bal. in c.ſanctorum.de præſcri. & in c.cùm contingat.de reſcri.& Pet. de Anc.in c.fi.extrà de appel. & Ange.in l.j. ff.de eo, per quem fa.erit.& Io.de Imol.in conſil. ciiij. & plenè per Marſi.in pract.cri. in §.principiū. nu.8.

35 ¶ † Præterea illi deſcripti in inſtrumento vocantur, & cognominantur, ſicut illi hæredes dicti quondam T. & ſic dictum inſtrumentum adiuuatur primordio veritatis: & ſic non poteſt dici falſum. nam in iure eſt concluſio cō muniter approbata, ꝙ non poteſt dici falſum id, quod adiuuatur primordio veritatis.l.cùm fili⁹.§. heres me⁹.ff.de leg.ij. & ibi Bart. Io. de Imol.& Albe.de Roſa.& l. ei, qui.§.fi.ff.de ſolu. pro quo conſuluit Aymō Graue. in cōſil.xlvj. nu.8.pri.lib.Philip. Cor.in conſi. xxvj.hæc cōſultatio.nu.15.ij.lib.

36 † Imò ſtātibus prædictis, inuitis dentibus eſt dicendum, quòd non adeſt dolus in eo: & ubi non eſt dolus, & certa ſcientia, non datur falſitas.ſecūdū Hoſti.in c.in ſumma extrà. de cri. fal.per l. nec exēplum. C. de fal. & l.quid ſit falſum. & l.diuus.ff.eo.titu.ſequitur Marſi. in rubrica. ff.de fal. Veronen. conſil.21. nu.23.cum ſeq. & conſi.24.Bertran.conſi.175.iij.li. nume.8. Marſi.in con. cxj. num. 14.ij.lib.& conſi.70.nu.7. pri. li. & conſi.77.nu.1.ij. lib. & conſi. 89.num.1.lib.ij.Bal.conſi.33.iij. li.nu.2. Alber.de Roſa. in d.l.nec exemplum.& in l. ex lege num.4. ff.ad l. Iuliam. de adulter.& in l. ex quibuſdam. §.diuus. ff.de iure fi.Ange.de Are.in lib.malefic. in verbo, falſario. in prin.& nouiſſimè eſt ſtatutum in regno per regiam nouellam pragmaticam incip. teſtē falſum.

37 † Præterea diu eſt: quòd dictum inſtrumentum confectum fuit, & productum in iudicio, & ibi admiſſum, idq; ſuo vigore.diu eſt etiam quòd d.T.inquiſitus non fuit moleſtatus: quo caſu uidetur dici poſſe, quòd falſitas non cōmittatur: per ea, quæ ſcribit Aymo. Graue. in conſ.65. nu.11.primo lib.ubi ſiquis utitur inſtrumēto, licèt falſo, cum longo tēpore ſteterit in poſſeſſione, non

committatur

cōmittitur falsitas. quia ex quo longo tempore illud instrumentū fuit obseruatum, censetur approbatum: & per cōsequens cessat falsitas. allegat pro hoc Bald. in consi. 37. quidam tabellio. lib. pri. pro quo etiam dicit facere id, quod scribit Cy. inter cōsilia Bal. in allegationib9 suis, quæ sūt post cō. Bal. 400. super primo puncto, col. j. li. iiij. allegat etiam Bal. in cons. 402. quæritur, an per solam diffamationem. in fin. lib. v.
38 † Præterea tūc falsitas punitur, ubi aduersario nocet, & adfert damnum: ut latè tu domine iudex dixisti in 4. parte tertiæ partis principalis huius praxis. hic autem nullum damnum adfert: ergo non punitur.

¶ IVD. Datis pro ueris iis, quæ per inquisitum adducta fuerunt, cùm pro maiori parte in facto cōsistant, non est dubitandum quin excusetur à falso: & ita censeo iuris esse. sed ne uidear surda aure ptrāsire, in hac materia falsitatis aliqua summatim dicere decreui, vt sic valeatis materiam criminis falsitatis scire. & pri. ad materiam regiæ pragm. testē falsum. est sciendū.
39 † Quod adeò est verum, quod vtens scriptura, instrumento, uel testibus falsis, puniatur de falso, vt si aliquis produxerit instrumētum plura capita continens & eo vtatur in capite uero: si tamen idipsum etiā contineat capitulū falsum, licèt eo non utatur, quòd de eo nō sit uis quæstionis, teneatur tamē pœna falsi. secundùm Ioan. And. in addi. Specula. in tit. de instru. edi. §. postremò aliàs est. ī §. sequen. in addi. quæ incipit. huic dicto. quē refert & sequitur Alex. in l. si vnus, in fin. C. de testa. & est satis notabile dictum. & habetur per Gandi. in tit. de falsar. ij. col. uersicu. sed quid si instrumentum. & in §. subiiciamus. eo. tit.
40 † Item in tantùm est uerū, quod utens falso puniatur de falso, ut si quis utaī teste, qui aduersario nō nocet, & producēti non prodest, nihilominus teneatur de falso. per doctrinā Bal. in l. fi. C. si ex fal. instru. quam ad hoc allegat Bertra. in suo repertorio. in uerbo, falsū. ver. 105. ubi ad hoc allegat Paul. de Cast. consi. 148. & habetur per Gandi. in titu. de fal. uer. subiiciamus.
41 † Item adeò procedit præcedens conclusio, ut si aliquis produxerit falsum testem ad probandum falsum articulū, licèt posteà renuntiet, puniatur tamen pœna falsi. & est ratio, quia non est simplex usus: sed cōcurrit fabricatio falsitatis: nisi testis deponeret extra articulum. secundùm Bart. in l. si falsos. C. de fal. Bart. & Bald. in l. iij. in fi. C. de fi. instr. pro quo vide Capytium in decisi. 67. incip. in causa magnifici Annibalis.
42 † Item adeò procedit, ut etiam puniatur de falso producens scripturam priuatam falsam. & ea utēs: sicùt puniretur, si produceret publicam scripturam falsam. secūdùm Bal. in l. fi. j. col: in fin. C. de fi. instrumen. & Bart. in l. penul. C. de proba. & habetur in l. Lucius. ff. ad municipa. & per Alex. in l. diuus. ff. de fal.
43 † Item est adeò uera dicta conclusio, ut si quis produxerit falsos testes, cōpellatur ad ipsos iterum præsentandùm in iudicio, orta quæstione falsitatis. per doctri. Bald. in l. fin. C. de fi. instrumen. colum. fin. uersi. quæro, nunquid. & ita

fuit

fuit decisum i sacro regio cōsi. ut testatur Capytius. in decisio. 60.
44 † Limitantur tamē prædicta pluribus modis. primo, ut procedāt, quæ dicta sunt suprà. si scienter, & dolosè fuerit facta ꝓductio falsitatum: ut dixi in quarta parte tertię partis principalis huius praxis. & habetur in indiuiduo in d. pragmati. testē falsum. quia si fortè apparebit per ignorantiam id fuisse factum, etiamsi testes deposuerunt super falso articulo (quo casu dixi suprà teneri de falso ꝓducentē, licèt renuntiauerit usui) probata, ut dixi, ignorantia excusatur. ut latè per Capy. in decisi. 67. incip. in causa magnifici Annibalis. & per ea, quæ habentur in dicta decisio. reprobatur id, quod dixit Moder. Cauen. in dicta pragma. testem falsum. nu. 3. dū dicit, quòd ille scienter dicitur producere testem falsum, qui eum produxit super articulo falso.
45 † Secundo limitantur prædicta, ut procedant, nisi producens renūtiauerit usui scripturarum uel testium productorum intrà octo dies post publicationē in causa, ut in dicta pragmatica habetur. quam ego intelligerem procedere, si præcessisset protestatio, & instantia partis aduersæ, ut declaret, an intēdat uti testibus, & scripturis. nam si nō præcedit instantia partis, nō tenetur vltrò renuntiare. imò si sponte renunriaret, non euitaret pœnam falsi. quia uideretur declarare dolum adhibitū in falsitate, & in productione, secundùm Areti. in cap. pręsentium. v. colum. extrà. de testi. & sequitur Capy. in dicta decisio. lxvij. & qui non renuntiat, eò, quia per partem nō est instarum, non punitur: licèt posteà reperiatur falsum, id quod fuit productum. quia istud non esset uti, sed usum esse: & tunc aderat bona fides. secundùm Bald. in indiuiduo, in l. fin. C. si ex fal. instrumento. in fin. col. versi. pone ergo. sed contrarium potest attentari retentis terminis regiæ pragmaticæ: quoniam ex actis facta publicatione in causa resultat notorium: ut habetur per Inno. in c. ex insinuatione. extrà. de appellatio. & per Ang. in l. si pars. ff. de inoffi. testa. si ergo notorium resultat clarissimè, erit producens informatus de falsitate, quo casu debet ex se renuntiare usui: aliàs incidit in falsum. & ita intelligit doctri. Bart. in l. diuus. ff. de fal. la. ij. & Angel. in libro malefi. in uerbo, falsario. Sali. in l. si falsos. C. de fal. dum ibi dicit, ꝙ ita demum est uerum, quòd utens non incidit in falsum: nisi fuerit ipsi statutus terminus ad declarandum, utrum intendat uti, necne, quando non fuerit instructus de falsitate, uel instrui non potuerit. & est ratio, quia præsumitur esse in dolo ille, qui non facit id, ad quod scit & scire debet se teneri: secundùm Bart. in le. tutor. in ij. colum. in fin. ff. de administra. tuto. & l. dolus. & ibi Bart. ff. man. & l. si procuratorem. §. dolo. eo. titu. & Alexan. in l. ubi ff. de eden. ergo data notorietate tenetur ex se renuntiare: & si non renūtiat, uidetur in dolo. sed tenēdo primā partem, unico fundamēto destruuntur omnia allegata in contrarium. nam non est uerum, quòd facta publicatione in causa

causa resultat notorium de falsitate: & quòd utens est informatus & certioratus de falsitate ipsa: benè tamen uerum est, quòd resultat notorium de probatis; sed utrũ ea sint falsa, nequaquàm: cùm adhuc id à partibus non sit dictũ: nec de eo sit uis quæstionis. & licèt cõtrarium fortè sit probatum per aduersam partem; non tamen ex hoc potest dici constare de falsitate. sed benè est conflictus probationum, & stat pro possibili, ut ita sit uerum id, quod probatur & producitur ab una parte; sicùt id, quod probatur ex aduerso ꝓ alia parte; taliter, quòd non datur, nisi materia iudici inquirẽdi de falsitate in alteram partium, ut infrà dicam. & bona fides, quæ in principio fuit circà productionem in producente, pari modo poterit esse facta publicatiõe in causa: cùm à principio producens cogitauit, omnia posita ꝑ se posse probari. doctrinæ autem allegatæ procedunt orta qõne falsitatis, & facta publicatione in causa ipsius falsitatis: uel quando in processu ciuili clarè apparet de falsitate. nõ autem intelliguntur, quando est facta publicatio ĩ causa principali, in qua fuit facta productio. quia eo casu requiritur instantia partis, ut dixi. & ita practicatur, & quotidiè seruatur in iudiciis, ut etiam refert Moder. Cauen. in dicta pragma.
46 † Tertiò limitantur prædicta non procedere, quando falsitas respectu usus esset causata per errorem. quia eo casu non est punibilis. quia id, quod per errorem factum est, dicitur sine consensu factum. l. si per errorem. ff. de iurisf. omn. iudi. & ideò dicebat Alex. consi. 55. 4. lib. inci. per spectis. v. colum. quòd falsitas causata per errorem, operatur, quòd actus nõ sortitur effectum. allegat Bart. in l. demõstratio falsa. §. j. in vj. q. ff. de condi. & demon. & per Afflict. in constit. qui falso instru. ibi: itẽ no. ex text. ibi:
47 nescius. † Quartò limitantur, ut non procedãt, quãdo id, ꝙ productum est, adiuuatur primordio ueritatis, per ea, quæ suprà dixisti tu
48 Inquisite. † Quintò limitantur, vt non procedant, quando productio fuerit facta per procuratorẽ cum generali mandato: ut latè habetur in decisio. Cap. 67. per totã. de qua suprà sæpiùs est facta mentio.
49 † Sextò limitantur, ut non procedant, quando falsitas non est aduersario nocitura, uel damnum inferre non potest, per ea, quæ dixi ĩ quarta parte tertiæ partis.
50 † Septimò limitantur prædicta, ut non procedant, quando ꝓducens probasset de ueritate cõtentorum in instrumento. nam licèt instrumẽtum sit fortè falsum circa indictionem, uel alia substãtialia: non tamẽ punitur pœna falsi: ut habetur per Gandi. in suo opere malefi. in titu. de falsari. in
51 uersi. quæstio talis est. † Octauò limitantur prædicta, ut non procedant, quando producens esset illiteratus, & produceret instrumentum quo dixit uelle uti, & in eo sint defectus, quia ibi non sint anni Domini, & sit differentia signi ad signa eiusdem notarii in aliis chartis. quia ex quo hic præsumitur potius error, quàm dolus, & malitia, non tenetur pœna falsi: ut habetur per Gandi. in tit. de falsar. ver. sequitur uidere aliã quæstio.

52 quęstio.† Nono limitātur prædicta, ut in omnibus casibus quādo quis excusatur à fabricatione falsi, fortiùs excusatur ab usu.& sic ī illis casibus prædicta non proce-
53 dunt.† Decimò limitantur prædicta, ut non procedant in producente falsam narrationem.secundum Bal.in l.quicunq;.in ult.col. C.de ser.fug.siquidem tantummodò procedunt in producente fal-
54 sas probationes.† Cęterùm si quis in iudicium à se productū instrumentum, quum ab aduersariis falsum dicat,de manib⁹ tūc magistri actorum ereptum in ignem proijciat,an pœna falsi afficiendus sit? videtur dicendum, ꝙ non. quia si licet ad euitandam pœnam falsi abstinere ab usu per declarationē verbo factam: quòd non intendit uti.ut l.si falsos. C. de fal. fortiùs potest declarare facto: capiendo illud instru.& lacerando uel cōburendo.sed in contrarium cōsuluit Pet.de Ancha.in consi.173.incip.
55 circa primum.† Quid si aliquis subornauit testes, ut falsum dicerent,an si posteà desistit ab usu, euitet pœnam falsi, iuxtà formam regiæ pragma.dicas,quòd nō: sed punitur per l.si falsos,& ibi Cy.&
56 Sali.in fi.C.de fal.† Secūdò principaliter est sciendum, ꝙ crimen falsi est detestabilius ueneficio, & homicidio, secūdum Ang.ī auth. de nup.§.minorem.in tantum, ut homo deueniat ad nihilum inter homines: quia dicitur eo casu sine fide,& confidētia:ut dicit Cy. in l.transigere. C.de transac.& firmat Grā.in consi.109.nu.11.in ciuilibus.& si est nobilis, qui committit falsitatem,perdit nobilitatem,secūdum Luc.de Pen.in l.mi lites.iij.col.C.de dignita. lib.xij. & firmat Afflict.in constit. qui li-
57 teras.in v.q.in fi.†Hinc est, ꝙ est crimen exceptuatum,& nō includitur ī generali indulctu facto de rebus criminalib.ut ī l.Lucius. ff. ad Turpi.secundū Alber.de Ros.ī rubr.de cri.fal.& Grā.vbi sup.qđ non procedit,si indultus esset factus de carceratis, & nō essent carcerati,nisi pro crimine falsi:vt per Hippo.de Mar.in rubri.de fal.nu.
58 12.†An semper notarius dicatur committere falsum, si aliter reperiatur scriptum quàm sit dictum? & dicas,ꝙ sic,si ab instrumēto cōfecto per eum remouentur uerba, & mens contrahentium. Bar.in l. quoties.§.j.ff.de hære.insti.uer.iii. lex ponit.dicit, quòd non præsumit falsum fecisse dolosè: sed potiùs præsumitur id causatū ex errore: si tamen ex aliis coniecturis, & circunstātijs, uel indicijs aliud non suadetur.quod quidem dicit ibi Alex.esse uerum, & confirmat per l.si finita.in prin.cum ibi not. & ibi p Imo.ff.de dam.infec.ibi: dicit dixisse.& in l.ita stipulatus. 4.col.ff.de uerb.obli.& in l.itē.§. fi.ff.de pac.& per Glo. & Bar.in l. cum proponeretur.de lega.iij. sequitur Fran.Are.in consi.47.col. ij.& Mar.consi.vij.nu.24.& cōsil. 51.nu.31.& cōs.104.nu.27.& cōs. 132.nu.10.Alex.cōsi.53.in fi. vii. volu.& cons.87.nu.7.eo.li.& cōs. 179.nu.3.in fi.eo.lib.& consi. 74. incip. uiso testamento, j. uolum.
59 nu.4. † Et per quot testes probetur error notarij, vide Alex.in cōsil.247.incip.reuerende.ii.uolum. nu.6.cū sequen.Cepola.consi.21. nu.34.notarius.n.habet præsumptionem iuris ꝓ se:adeò,ut liqui-

dissimè constare debeat de falsita te contrà eum.per Aymo.Craue. consil.75.nume. 8. prim.lib. Bertran. consil. 61. nume. 16. primo lib.plenè Boër.in decisio.116.prima parte. nume. 2. cum sequen. & Gramma. decisio. 60. nume. 6. & consi.69.nu.29.in ciuilibus.Alciatus in trac.de præsumptio.xiij. præsum.nu.10.cum seq. & Feli.in c.ex literis.in iij.conclu.de fi. instru.Pet.de Ancha.consi.cclxxxv. tria principaliter.col.j.Dec.in cōsil.175.Marsi.in l.j.nu.71. C.ad l. Cor.de sicar.& in rubrica de fideiuss.colū.9. nu.56. Notarius enim nunquàm punitur, nisi constet de eius dolo: vt dicit Alciat. vbi suprà. & per Alex. consil.88.ij. col.
60 in quarto lib. †Sed ibi dicit Alcia.non procedere id, quod suprà dictum est, quādo notarius omitteret solēnitates instrumētorum. quia in eo casu præsumitur potius dolus,q̄ error:& punitur de falso: & consuluit Aymo.Craue. in cōsil.75. nu. 6. in pri. lib. licèt dicat Soc.in consil.98.in iij.lib. nu.16. id procedere in testamentis: non in alijs instrumentis. sed ad id respondet Alciat.vbi suprà, & sequitur Bal.in l.si post diuisionem. C. de iur.& fa.igno.& Guliel. Bene. in repet.c.Raynutius.in uerbo,in eodem testamento relinquens. el.
61 primo.nu. 51. †Vnum tamē sciendum est, quòd si notarius sit excellens persona,& omitteret ista solennia,non tenebitur de falso. secundum Barba.in repeti. rubr. de fideiusso.35.col.quem refert & sequitur Guliel.Bene.in loco suprà
62 allegato.nu.eodem.† Sed quòd si notarius omiserit ponere substantialia in instrumento, an possit illud corrigere, & emendare illum suum errorem. Bal. in rub. C. de fi. instru. in vij. colum.in fi.uers. sed pone, quòd tabellio dicit, q̄ si errauerit notarius in non apponendo diem, uel consulem in instrumento, uel alia substantialia, poterit illa posteà emendare, & corrigere: sed si sit quæstio in facto errore, & iam sit orta quæstio erroris inter partes, tunc non poterit notarius aliquid corrigere, nisi iudice mandante: aut nulla q̄stio erroris sit orta ĩter partes & tunc si reassumpserit instrumētum,& tradiderit parti,non poterit:si uerò non reassumpserit, nec parti tradiderit,tūc poterit corrigere,& emendare errorem suum, de quo plenissimè per d. Vital. de Camba.in tract.clau.in clau.de erro.nota.in uerbo, restat uidendū, an notarius errorē suū possit corrigere. uide etiam plenè per Dec. & Guliel. Maine. & Bart. in l. si librarius.ff.de reg.iur. ubi plenissi
63 mè. † Et an alius notarius possit supplere clausulas ex errore omissas per notarium mortuum:& dicas, quòd sic, mediante decreto curiæ. & ita practicaui, & uidi practicari. pro quo uide Ias. in l. argentarius, in prin. ff. de eden. & in l. Gallus. §. idem credēdū. vlti. & pe. col. ff. de lib.& postu. & habeo unam addi. in lib. meo. Bald. in rubri.de fid.instru. quòd ita practicauit do.Ioancola de Vicar. Salerni sub diē xvij.Iunii.an.
64 1529. quod est notandum. † Sed quæro per quot testes probetur falsum instrumentum,& quomodo.hanc quæstionē plenissimè tangit Feli.in c. cum Ioannes. extrà. de fid. instru. nu.35. qui ex dictis

omnium

omnium docto. facit duas conclusiones. prima cōclusio secundum eum est, quòd duo testes in instrumento descripti, possunt ipsum reprobare, & probare falsum. & habet locum ista conclusio, etiā si illi duo testes deponant per probationes diuersi generis ad concludendum unum totum: vt ibi per Feli. & per Pe. de Ancha. secūdum eum in consil. lxxj. incipien. uisis limitata commissione. limitatur ista prima conclusio, ut nō ꝓcedat, qn̄ est casus, i quo ex dispositione legis instrumentum nō admittit probationem in contrariū. sed hæc prima limitatio restringitur quatuor modis, ut ibi per eū: secundò limitatur, vt procedat, qn̄ ex parte actoris est instrumētum; ex parte uerò rei producunt duo testes contradicentes illi instrumento. sed si econtrà ex parte actoris producerētur testes: ex parte uerò rei produceretur instrumētum, standum est instrumento: nisi plures testes, quàm duo cōtrà ipsum producant. sed dicit ibi Feli. sibi non placere hanc limitationem. tertiò limitat præcedens cōclusio, quando testes deponentes contrà instrumentum assignāt rationem dicti sui ultrò, & non interrogati. aliàs enim non reprobarent instrumentum. quartò intelligitur, & declaratur, quādo ꝓ instrumento non est probatio coadiuuans. aliàs si aliquis testis descriptus, vel nō descriptus coadiuuaret instrumentum, requirerent plures ad reprobandum instrumētum secundum qualitatem, & numerum coadiuuantium. quintò declaratur, vt testes deponentes contrà instrumētum sint undique idonei, & omni exceptione maiores. non enim sufficeret, ꝙ essent aliàs simpliciter idonei. ita, ꝙ modicus defectus uitiat, in quo uersatur multum arbitrium iudicis. & de hoc vide ad longum ꝑ Aymo. Crane. consi. 56. nu. 9. pri. lib. ubi dicit sine dubio procedere hoc, quando uolo reprobare instrumētum per testes non descriptos in instrumento, ut procedit præcedens conclusio: secus si uellē reprobare per testes instrumentarios, quia nō requiritur, quòd sint testes omni exceptione maiores. Sextò declaratur, ut procedat, ꝙ duo testes sufficiunt ad reprobandum instrumētum, ut non probet: non autem, ut notarius possit de falso condemnari, sed benè sufficiunt, ut acerrima fiat indago de falso: & operātur ad torturam. secundum Salic. in l. in exercendis. C. de fi. instru. licèt dicat idem Sali. quòd si essent plures, quàm duo testes, omni exceptione maiores deponentes contrà instrumētum aliàs non coadiuuatum, benè sufficerent ad puniendum notarium. quod non uidetur omnino placere Feli. in d. loco: de cuius ueritate infrà videbimus. secunda conclusio est, quòd potest etiam reprobari, & probari falsum instrumentū per testes descriptos in ipso instrumento. & procedit hæc conclusio, siue testes descripti in ipso instrumento, & reprobantes ipsum, sint de testibus necessarijs instrumenti: siue de non necessarijs: quia fortè vltrà competentē numerū. item procedit, ut non solum reprobēt instrumentū narrādo aliter fuisse dictum, quàm scriptū, sed etiā, si simplciter dicāt, se

non interfuisse. quod quidem nõ procedit, si ex aduerso probaretur per alios testes descriptos uel non descriptos, illos fuisse præsentes. secundò intelligitur ita demum id procedere, si testes dicentes, se non interfuisse, probent hoc per alios testes, quia si ipsi soli hoc dicerent, non probarent, ut qui sint singulares, sed in hoc dicit contrarium idem Feli. vbi suprà, quòd per dictos testes licèt singulares reprobatur instrumentum: quod consulendo approbat Aymo. Crauc. in consi. 56. nu. 17. pri. par. dicens non esse singulares. & dicit hoc tenere Soc. consi. 28. ij. colu. uer. sed ad hoc clarè respondetur. lib. iij. vbi dicit hanc esse communem opinionem. item procedit dicta secunda conclusio, etiamsi esset unus testis descriptus in instrumento contradicens ei. quia si per alios probat, se non interfuisse, siue sit de necessarijs, siue non, uitiatur instrumẽtum, quod procedit, ut dixi, si per alios probetur, ipsum non interfuisse. aliàs si esset solus, licèt faciat uacillare instrumentum, si est de necessarijs testibus descriptis in instrumẽto, & nisi alio ipsum adiuuetur; non tñ probatur falsum. limitatur dicta secunda conclusio, si testes descripti producti ad impugnãdum, non dicerent aliud, nisi ꝙ non recordantur interfuisse: vel de ijs, quæ dicuntur in instrumento fuisse gesta. & hoc non est uerum in scriptura publica: secùs est in scriptura priuata. quia si testes ita deponerẽt, vacillaret illa priuata scriptura. limitatur secũdò, si pro instrumẽto sint duo testes, quia eis stabitur, & probabitur saltem eius tenor, etiam si illi non sint descripti. sed hæc limitatio intelligitur, dunmodò impugnantes non excedant numerum testium coadiuuantium instrumentũ, nam si coadiuuantes sint plures, vel numerus hinc inde sit æqualis, stabitur instrumento propter authoritatẽ notarij: sed si testes impugnantes narrent seriem facti, & dicãt rem aliter fuisse, vel nõ interfuisse, tũc procedant prædicta. sed si deponerent uerbis merè negatiuis, præferuntur illi duo testes pro instrumento: quia affirmant. & statur potius duobus testib. affirmãtib⁹, quàm mille negantibus. secundò intelligitur hæc limitatio, dũmodò testes coadiuuantes deponant directè contra impugnantes: ut si ij dicant, se non interfuisse: isti dicãt, se interfuisse: & si dixerint, rem aliter se habuisse: isti dicant, sic se habuisse tempore scripturæ. aliàs enim, si coadiuuantes simpliciter attestarentur, rem ita fuisse, & non dicerent tempore confecti instrumenti, non probarent pro instrumento, quia stant ista simul: factum à principio sic se habuisse, & tempore confecti instrumenti non sic fuisse dictum à partibus, vel non sic à notario lectum. tertiò intelligitur, dummodò testes coadiuuantes deponant in numero sufficienter. nam si esset instrumentũ, in quo requirerẽtur quinque testes, ut codicillus, non sufficeret ad ipsum coadiuuandum producere duos testes: sed deberent esse quinque. quod intelligitur, ut ibi per Feli. intelligitur etiam, vt procedat, dummodò probetur illos testes reprobatorios esse illosmet, qui sunt in instrumẽto

to descripti: vt latè in dicto loco per do. Feli. quem refert & sequit Alex. in consi. 190. in vj. li. nu. 31. & per totum illud consilium latè defendit testamentum, quod allegabatur falsum, eò, quia testes aliqui descripti dicebant, se non interfuisse: & est pulchrum consilium. & in consi. 53. in 7. lib. latè consuluit, qualiter debeant deponere testes, reprobare uolentes instrumentum: & quòd debeant esse omni exceptione maiores: & ꝙ etiam non interrogati debeāt reddere causam scientiæ: & quòd in notario præsumatur potius error, quàm dolus. in consil. 169. aliàs 27. in 2. lib. in causa & lite dominæ Bartholo. ibi: quòd semper ꝑsumitur error in notario, & non dolus. & ibi: quomodò per testes reprobetur instrumentum. & sequitur doctrinā Fel. & Doc. ꝑ eū allegatorū. & in consi. 17. ponderatis ijs. in 3. li. ubi habetur, ꝙ duo testes instrumentarii contradicētes instrumento, quamuis nō sint de numero necessario, reprobant instrumentum & in cons. 42. in 4. li. uisis & ponderatis. ibi: quomodò debeant deponere testes cōtra dicentes instrumento: maximè, qn̄ dicunt, nō fuisse aliquid dictum. quia debent dicere, ꝙ illo tempore non potuit dici, quin audiuissent. & ibi: an testes sint singulares si deponant, non interfuisse, unoquoque deponente de seipso. & alia multa. & per Soci. in cons. 46. col. fi. in fi. vbi dicit, ꝙ nō probat instrumētum, si unus ex testib. ibi descriptis contradicat instrumento: vel, se nō interfuisse, dicat. & ī consi. 143. colu. ij. in fi. & in consi. 171. col. ii. in prin. & ꝙ instrumentum reprobetur per duos testes, et in ipso instrumēto nō descriptos. & in consi. 274. col. 9. uer. postremò dico. & per Cor. in consi. 261. in 4. li. nu. 10. vbi concludit communem esse opinionem, quòd per duos testes instrumentarios fides instrumēti uacillat. & ibi pulchrè habes, quomodò debeant deponere testes: & disputatur plenè, quomodò defendatur instrumentum à falsitate obiecta. & in consi. 260. lib. 4. nu. 2. habes, an instrumētum carens debitis solennitatibus præsumatur errore, an dolo confectum. & in consi. 216. in 4. lib. habetur, per quot testes reprobetur instrumētum. & ibi dicitur, quòd per duos, uel tres. & per Are. in cō si. 88. vbi habetur, quòd per duos testes reprobatur instrumētum, si sunt de descriptis in eo: & ꝑ Cor. in cons. 232. nu. 5. pri. li. & per Bertran. consi. 265. 2. lib. etiam cū ijs. & an testes mortui descripti in instrumento iudicentur pro instrumento, plenè per Aymo. Craue. consi. 56. pri. lib. & per eundem in consi. 75. nu. 56. pri. li. & ibi etiam habes, quòd ad hoc, ut instrumentum reprobetur per testes, debeāt ipsi deponere de toto eiu tenore: ut nu. 28. & ibidem: an reprobetur instrumentum per testes, quorum quilibet deponit de sensu suo, se non audiuisse proferri tale quid per disponentem: ut nu. 29. & per Marsil. consil. 27. num. 14. ibi: an reprobetur instrumentum, si duo ex tribus testibus instrumentariis contrà instrumentum deponant, & illorum tertius deponat pro instrumento. vide plenè per Guliel. Mainer. in l. vbi repugnantia. §. de 65 reg. iur. † Sed redeundo ad quæstionem

stionē suprà positam: an prædicta procedant, ut taliter arguatur instrumentum de falso, ut notarius ualeat, & possit puniri: ego puto distinguendum: aut dicitur instrumētum falsum, quia sit scriptum aliter, quàm à partibus sit dictum: & tunc aut ex aliis coniecturis & indiciis probatur de dolo notarii, & agitur directè cōtrà notarium de falso, & tunc ex prædictis dico notariū puniri de falso: aut ex aliis coniecturis & indiciis nō cōstat de dolo notarii. & tūc ex iis, quæ suprà dixi (quod uidelicèt potius præsumatur error notarii, quàm dolus) nō potest puniri. & hoc modo non procederet dictū Sali. suprà relatum. aut dicitur instrumentum falsum, quòd testes deponant, nō interfuisse: & tunc
66 si non coadiuuatur instrumentū, & agitur directè cōtrà notarium de falso procedat dictum Sali. iūctis aliquib9 aliis cōiecturis, quia cessant tunc oppositiones Salic. vbi suprà: aut non agitur contrà notarium de directo, sed inter partes dicitur instrumētū falsum & probantur prædicta, tunc non procedat dictum Salic. sed tūc iudex p dictas probationes potest subtiliter procedere contrà dictū notarium ad indagādam dictam falsitatem, sed ad unum est aduertēdum, quòd Salic. in d. l. in exercendis. nō dixit id, ad quod allegatur per Felin. nempe quòd si p quatuor testes pbetur instrumētum falsum sufficiat ad cōdemnā-
67 dū notariū, sed benè dicit, quòd si duo testes contradicunt instrumento non dicatur instrumentum falsum: sed suspectum de falso. sed si sint plures testes, ut quatuor, probetur verè falsum instrumentum, sed certè potest dici, quod ex dictis Sali. resultat id, quod dicit Feli. videlicet, quòd sufficiat ad condemnandum notarium de falso, quia si verè instrumentum probetur falsum per quatuor testes contradicentes instrumento, secundùm dictū Sali. sequitur quod notarius est falsarius: & sic de falso puniri posset. & ita etiam illud dictum Sal. intelligit Bert. in suo reperto. in verbo, notarius an & qn̄ de falso tenetur. ver. 24. sed vide Cap. in deci. 94. incipi. in causa Ioā. Pauli, per quam habes, quòd non statur nec instrumento, nec testibus contrariantibus instrumento ad condemnādum: sed benè ad inquirendum, vel ad torturam. † Quòd si notarius scribat: talis constitutus coram nobis habuit, & recepit ducatos centum, re vera autem probetur, pecuniā non fuisse numeratam, an notarius teneatur de falso? Bart. in l. singularia. ff. si cer. peta. quem sequitur ibi Alexan. dicit, quòd sic. & sequitur Bald. in rubr. C. de fide instru. in iiij. col. & consuluit Cor. in consi. lxj. in 3. lib. & consi. ccxvj. nu. 6. 4. lib. & Ange. de Are. in lib. male. in uerbo, falsario. ver. quæro, tabellio. tenet cōtrarium, per doctrinam Bar. in l. prædia. ff. de acqui. pos. quæ opinio communiter reprobatur: vt per Alex. vbi suprà: pro quo uide Marsi. in cōsi. 100. nu. 15. Iaso. in l. singularia ff. si cer. petatur. † Excusabitur autem notarius à pœna falsi, si fortè probetur consuetudinem in regione illa esse sic scribendi. secundùm Bal. in rub. C. de fi. instr. vel si scripsit id partibus mandantibus:

bus:maximè,si in instrumento apparet,ipsum se aliquatenus retulisse ad cõfessionem seu mandatum partiũ.secundũ Bal.ibi.vel si verba notarii de necessitate nõ significant realẽ numerationẽ, sed possunt aptari ad fictam: & hoc modo procedat opi.Bart.in d.l. prædia.secùs si de necessitate significant realẽ,& effectualem numerationem.quia tũc procedit opinio contrà Bar.& hoc modo concordantur opiniones secundũ Vero. consil.xxiij.iiij. col. & ideò dico, quòd ista verba, habuit, & recepit,si aliud nõ dicatur de necessitate,nõ inferunt realẽ satisfactionem:sed aptari possunt ad fictam per confessionẽ partium: videlicet,habuit & recepit, vt ipsæ partes cõfessę fuerunt.sed si dicatur: habuit & recepit in pręsentia mei notarii:vel si dicatur,dedit & numerauit in nostra præsentia,tunc hæc verba malè possent aptari ad fictã solutionem significatam per confessionem partiũ: & sic notarius incidit in falsum,& ita intelligo quæ dicta sunt suprà. vide Bald.in l.vni.C. de confe.in 9. & 10.col.& in l.si ex cautione.C.de non nu.pe. põt etiam probari ad excusationẽ notarii. ꝙ fuerit demonstratum marsupiũ,in quo esse verosimiliter viderenẽ dicti ducati centum: & ꝙ pro tanto pars aduersa receperit.item põt probari legalitas,bona uita, & fama ipsius notarii. item põt probari bona existimatio ipsorum contrahẽtium:ita, ꝙ nõ poterat videri verosimile,ipsos se inuicem decepturos, taliter verò etiam ꝙ quilibet credidisset eis cõtrahentibus. tũc enim excusaretur notarius eis credendo.arg.eorũ quæ no.Marsi.in sua praxi cri.§.principium. nu.8. cum seque. & tũc subdatur alius articulus, ꝙ partes ipsæ vnanimiter mãdarunt ipsi notario, ꝙ scriberet ita,quia ita se haberet veritas.istis ꝓbatis puto excusari notarium à falso,quia qualibet iusta causa excusatur. ꝓ hoc facit,quia notarius credens schedulæ excusatur.secundũ Alex.in l.si quis ob

68 repserit.ff.de fal.†Quòd si instrumentum sit falsum in uno cap.an sit idcirco falsum in omnibus?reperio in hac quæst.tres opiniones. prima fuit Glo.l.si ex falsis.C. de transa.distinguentis,ꝙ aut capitula sunt separata,aut connexa. primo casu non redditur falsum in aliis capitulis separatis.secũdo casu sic.secunda fuit opi.Bar.Brixi. in q̃onibus suis 138.inci.aliquod instrumentũ.& Glos.in ix.distin. c.si ad scripturas sacras.vt ibi per Archi. & Glos.23.q. v.c. quid ergo.ꝙ totũ instrumẽtum reddatur suspectũ per falsitatem vnius capituli.& hãc opinionẽ tenet Marsi. de Fano.Iacob.de Are. & Galeo. & Spec.in tit. de instru.edi.§. restat.versi. quid si aliquod instrumentũ.& hãc sequitur Inn. extra. de offic. delega.c. cũ in iure peritus.& extrà.de hære.c.fraternitatis, vt refert Alber.de Rosa. in.d. l.si ex falsis.vbi dicit dictã opinionẽ de scripto iuris rigore esse veriorẽ,modò notarius iurauerit,se suũ officium fideliter exerciturũ. c.ad audientiã.extrà. de præscrip. ex quo ergo perierauit falsum cõmittẽdo in vno capit.suspectus ẽt est in aliis capitulis.l.si cui. §.iisdẽ.ff.de accu.c.semel mal⁹.extrà. de reg.iur.tertia fuit opi.Bar.ĩ.d.

ni, erant & fuerunt in ciuitate Baroli: taliter, quod impossibile sit, fuisse in dicta ciuitate Salerni, quod inquirendũ est, &c. quod fuit, &c.

6 † Non est dubitãdum, si probetur contrahentem fuisse absentem tẽpore celebrati cõtractus, quin ex hoc instrumentum reddatur falsum, per l. optimam. C. de contra. & commi. stipu. & insti. de inuti. stipula. §. item uerborum. &c. ex tenore. de test. & habeẽ per Alex. in consi. cxc. in vj. li. & ibi habes, quomodò intelligatur. & habetur per Boër. in decisio. 165. in prima parte. & sic non est dubitandum, quin debeat procedi ad condemnationem ex prædictis.

¶ Item inquirendum est, qualiter dicto instrumento falso d. Ti. vsus fuit in iudicio, ipsumq; produxit, & præsentauit, & vsus fuit vsque ad finem causæ scienter, & dolosè: quæ omnia constant ex actis causæ: quæ reproducuntur si, & in quantum. incidẽdo in pœnam, &c. quod inquirẽdũ est, &c. quod fuit, &c.

7 † Ex hoc etiã conuincitur quis de falso, quòd vtitur instrumento falso in iudicio: vt habetur per Ange. in authen. de non alie. §. quia verò. el. iij. col la. ij. & habetur per Bal. in consil. cxxxxvj. in v. li. & hodiè est decisum in regno per nouell. preg. incip. testem falsum.

8 † Et intantùm id est verum, vt vtens re falsã, præsumatur eandem fabricasse: nisi doceat expresè de fabricante. secundùm Bal. in l. maiorem. C. de fal. & Alexan. in l. si quis obrepserit. ff. eo. tit. & sic clarè patet debere procedi ad condemnationẽ inquisiti ex prædictis.

¶ In. Audistis, quòd in ore vulgi est: audias alteram partem, si uis rectè iudicare. quare cõsiderentur, quæ aduersus hæc obiecta proponuntur: & videbuntur omnia absque fundamento stare.

9 † Et primò est aduertendum, quod tria sunt, quæ pro parte fisci adducuntur. primum diuersitas signorum suppositorum ad contrahendum cum iis; quorum nomina & cognomina sunt apposita in instrumento: secundũ est, absentia prolata die celebrati contractus eorum, quorum nomina fuerunt descripta in instrumẽto: tertium est, vsus instrumenti prætensi falsi. Ad primum, & secũdum euacuandum potest probari, quòd ipse inquisitus nunquàm cognouit heredes dicti quondam Tit. nec cum eis fuit visus & auditus habere, & habuisse aliquam conuersationem, & cognitionẽ: maximè, cum sint de diuersis locis: item, quòd stante dicto inquisito in ciuitate Salerni, quodam die fuit ei relatum, isthuc aduenisse duos iuuenes, qui dicerẽtur hæredes d. quondam Tit. item quòd hoc audiens accessit ad eos interrogando, quo nomine & cognomine vocarentur: qui dixerunt se vocari & cognominari nominibus & cognominibus, de quibus in instrumento, asserentes se esse hæredes d. quondam Tit. itẽ, qualiter ipsos rogauit de remissione prędicta, qui libenter promiserũt, proùt posteà effectualiter fecerunt. item, qualiter nõ dolosè, sed bona fide dictus inquisitus credẽs prædictis induxit & rogauit notarium ad fabricandum dictum instrumentum. item, qualiter pro remissione prædicta soluit ducatos centum: quos nõ soluisset, si sciuisset,

set, illos non esse hæredes dicti
quondã Tit. Item, ad hoc demon
strãdum probetur, ꝙ de facili po
terat habere remissionem à veris
hæredibus dicti quondam Tit. cũ
dicta pecuniarum quantitate: &
sic non esse verosimile, ꝙ voluis-
set ipsam habere à falsis, & nõ ve
ris hæredibus. Item, ꝙ veri hære-
des dicti quondam Tit. vocantur
& cognominantur illismet nomi
nibus & cognominibus, quibus il
10 li descripti in instrumẽto.† Et sic
identitas nominis arguit identita
tem corporis: nisi contrarium ꝓ-
betur. l. qui habebat. ff. de ma. te-
sta. & per Alex. in l. diuus. de cu-
sto. reo. & vna cõiectura tollitur
per aliam, vt plenius, q̃ alibi, per
Boër. in decisio. 165. prima parte.
vbi docet, quomòdo tollatur in-
11 dicia.† Quò verò ad id, quod dici
tur, ꝙ vsus fuit in iudicio dicto
instrumento, respondetur ꝙ vsus
fuit cum clausula si, & inquãtum,
quæ est clausula conditionalis: ta
liter, quòd id, quod ponitur seu
producitur cum illa clausula, vi-
detur sub conditione poni, seu ꝓ
duci: & resoluta conditione, habe
tur pro nõ producto & præsenta-
to. l. in tempus. in princ. ff. de hæ-
re. insti. l. hæc conditio. ff. de con-
di. & demon. l. cum ad præsens. ff.
si cer. peta. l. conditio. in præteri-
tum. ff. de verb. oblig. & habetur
per Bart. in l. ambitiosa. ff. de de-
cre. ab ordi. faciẽ. antep. col. Bal.
in l. edita C. de eden. in 19. col. in
repeti. Philip. Corne. con. 80. pri-
mo lib. in decisiuis consultationi
bus. nu. 4. & consi. cclxxxiij. nu. 2.
in præsenti consultatione. in. 3. li.
hinc est, quòd per illam clausulã
euitatur falsum per producentẽ:
vt docet Cyn. in l. si falsos. C. de
fal. And. de Iser. & Afflict. in con
sti. qui falso instrumento. nec ob
stat, quòd non fuit extensa clau-
sula si, & inquantùm instrumen-
tum apparebit verum, quia ibi est
posita dictio &c. quæ extenditur,
vt suprà. nec obstat quatenus pos
set dici, quòd illa clausula opera-
tur, vt quatenus probet pro pro-
ducente intelligatur productio
facta: quatenus verò contrà, non:
quia respondetur, ꝙ virtus clausu
læ non est arctanda, cùm habeat
largas habenas, & vtrumq; est ap-
ta significare: & in iure clarũ est,
ꝙ est cõditionalis, vt suprà dixi.
& nõ est cõditionalis in uno, & in
alio non: quia lex generaliter lo-
quẽs generaliter est intelligenda,
vt est notissimi iuris. ex quibꝰ ad
vltimũ infertur, ꝙ cũ facta fuerit
productio cum dicta clausula, ap-
paret ipsum noluisse liberè illo
vti, sed sub conditione: si pro se
faceret, & si veritatem cõtineret.
non enim dicitur facere pro eo
id, quod falsum est: sed contrà eũ:
cùm ex eo posset puniri crimina-
12 liter, & in perditione causæ.† Et
non est præsumendum, ipsum vo-
luisse delinquere. l. merito. ff. pro
socio. Bald in l. moueor. C. si ser.
expor. ve. semper enim capienda
est coniectura, vt excludatur deli
ctum: vt consuluit Cor. in consil.
cj. in 2. lib. nu. 25. etiam, vbi con-
curreret coniectura, & ꝓsumptio
includẽs delictum. nam debet at-
tendi exclusiuè, vt potius iudice-
tur non delictum: vt per Grãma.
in dec. 18. nu. 5. & consuluit Lud.
Rom. in consi. lxviij. visis in pro-
positis. habetur per Bar. in l. non
solùm. §. sed vt probari. ff. de no.
oper.

oper.nuncia.semper enim,quando quid producitur cum clausula si,& quatenus, videtur excludi falsum,quia falsum pro eo nō facit,quia est delictum punibile, & non causat victoriā causæ,sed per
13 ditionem,& ipsius punitioné.† Et de iure,ne cōmittatur falsitas, nimia subtilitas adhibenda est.l.fi.
14 & ibi Bal.C.de fideiuss.† Intantū, vt si sit aliquod uerbum aptū importare falsitatem,fiat interpretatio, vt nō importet. secundū Bal. in l.j.C.de sa.san.eccle.& in l. errore.C.de testa.& Bar.in l. gerit.
15 in v.col.ff.de acqui.hære.† Hinc etiam videmus, ꝙ vt excludatur falsitas, lex præsumit varietatem loci vel temporis.secundùm Bal. in l.imperator.ij.col.ff. de statu. hom.Alexā. in l.iuris gentium.§. quod ferè. ff.de pact.& Salic.in l. de tutela.C.de restitu.in integ.& Alex.in consi.lxx.in j.par. ¶ Fis. Ne vltra progrediamur,ad hoc vltimum fundamentum de usu instrumenti respondeo, ꝙ etiamsi prædicta possent procedere:tamē non procedant,quando producēs certioratus, quòd sit falsum instrumentum productum cum dicta clausula,statim non renuntiat vsui ipsius:sed vsq; ad finem causæ perseuerat vtens ipso, quia licèt posteà renuntiet, non euitat pœnam falsi:vt habetur per Sali. in l.si falsos.C.de fal.& Gandi.in tit.de falsa.ij.col.versi. sed pone. ratio est,quia licèt à principio do tuisset dici,ꝙ erat ignorans,& habuisset ex hoc excusationem: certioratus tamē de falsitate dicitur in dolo, vt ff.de libe. homi. exhiben.l.ij.§.is qui nescit & arg.ff.de pact.l.iurisgentium.§.siue & l. ij.

§.circa.ff.de do.except. & sequitur Ang.de Are.in li.male.in verbo,falsario.in vij.col.in fi.versic.
17 sed pone: Titius.† Quod quidem corroboratur, quia licèt quis sit tutus aliqua exceptione, si potuit opponere antè litem cōtestatam & nō opposuit,non potest ea amplius se tueri,secundùm Sali.in l. ita demum.C.de pur. & exceptio non opposita in prima causa per malitiā,non potest opponi in causa appellationis.secundùm Abba.
18 in c.j.de excep.† Item confirmatur,quia si accusator diu stetit ad accusandum,eius accusatio redditur posteà suspecta,& præsumitur esse in dolo:vt consuluit Bald. in consi.xxxvij.primo lib. inci. quidam tabellio.in fi.& sequit̄ Mar. in sua praxi.§.diligenter.nu.201. & ibi allegat consi.Bald.incorruptè,sed voluit eum allegare, vt sit
19 prà.† Tertiò confirmatur, quia si notarius tardauit in registrando instrumentum in protocollo,oritur suspitio de falso contrà eū ex illa tarditate : secundùm Pau. de Castr. in consil. 281. in causa ista quinque.col.j.lib.j.& pari modo si pars distulit producere instrumentum, oritur suspitio de falso contrà eū:vt probatur in l. si quis fortè.§.j.ff.de pœn.ibi : nec enim debebant tam magnam rem tandiu reticere. & per Oldra. consil. clxxxix.factum tale est vacāte ecclesia. & sequitur illum Ay. Craue.in consi.xxvij.assertum testa-
20 mentum.nu.6.in pri.lib. † Quartò confirmatur quia dolus præsumitur in non obuiante delicto,cū potest: secundum Abb. Sicu.in c. quantitate.de senté.excom.facit xxiij.q.iij.c.qui potest.cùm ergo hic

hic vsus fuit vsque ad finem cau-
sæ,& orta quæstione falsi non re-
nuntiauit, nõ potest euitari quin
21 de falso puniatur.† Item hoc cõ
firmatur, quia licèt aliàs quis in
falsum non incidat, vtens instru-
mento falso:nisi facta instãtia, vt
declaret,an velit vti,& ei assigna-
to termino ad declarandum. iux-
tà doctrinam Bar.in l.diuus.ff.de
fal.la.2.quam approbat Ange. de
Are.in li.male.in verbo,falsario.
in xij.col.versi.sed cautela est.ta-
men quando falsitas est notoria,
in actis absque partis instantia de
bet declarare, se nolle vti:aliàs in
falsum incidit.secundùm Sali. in
l.si falsos. C.de fal. & est rõ, quia
præsumitur esse in dolo, qui non
facit id, ad quod scit & scire de-
bet se teneri . secundùm Bart. in
l.tutor.qui repertorium,in ij.col.
in fi.ff.de administra.tuto.& l.do
lus.& ibi Bar.ff.man.& l. procura
torem.§.dolo.eo.tit.& Alexan.in
l.vbi.ff.de edendo: sed data noto
rietate falsitatis,tenetur renuntia
re:ergo si non renuntiat, uidetur
in dolo. item non est dubium, ꝙ
falsitas est de genere prohibito-
rum . quare quandocunq; est no-
toria,qui ei non renuntiat, vide-
tur esse in dolo.secundùm Bal. in
l.dolum.C.de dolo.& ibi Docto.
& no.in l.si non cõuitii.C. de in-
iu.& in l.j.C.de fal.cũ ergo,quan
do notoriè constaret ex actis de
falsitate prædicta, non renuntia
uerit vsui dicti instrumenti, non
potest euitari,vt de falso non cõ-
22 demnetur.†Imò plus dico, quòd
licet renuntiasset à principio or-
ta quæstione falsitatis,vel anteà,
adhuc non euitaret falsum : quia
præsupponitur ipsum fabricasse
falsum.quo casu licèt renuntiet,
adhuc tamen punit̃ de falso,quia
non est simplex vsus: sed concur-
rit fabricatio falsitatis : vt habe-
tur per Ange.de Are.in lib.male.
in verbo,falsario.¶In.Subtiliter
insurrexisti domine Fisce aduer-
sus excusationes & defensiones ꝑ
me propositas;sed parum, aut ni-
23 hil veritati officere possũt.†Qua
re sciẽdum est, ꝙ prædicta omnia
procedunt,& habent locum,quã-
do verè falsitas apparet in actis
probata:secùs, si præsumpta tan-
tũ:vt in terminis decidit nostro-
rum interpretum verus antistes
Alberic.de Rosa.in l.diuus. ff. de
fal. la.ij. sequitur pater practicæ
crimina.Ang.de Are.in lib.male.
24 in verbo,falsario.in vij.col.† Itẽ
procederent dictæ doctrinæ,quan
do producens esset certioratus de
falsitate,& esset instatum, vt de-
clararet, an intenderet vti. per
doctrinam Bald. in l. fin. C. si ex
fal. instrumen. in fin. quia non
debet ex seipso vltro renuntia-
re. quam doctrinam corroboro
per decisionem Cap.67.in fin.
cùm ergo in casu nostro non con
stet de dicta falsitate notoriè,nec
sit certioratus, prædictæ doctrinæ
non procedunt,nec obstant, & ꝙ
non probetur ex actis falsitas in-
strumenti verè, patet, quia testes
deponentes super signis cõtrahen
tium, & diuersitate signorum eo-
rum qui reuera erant hæredes di-
cti quondam talis,omnes sunt sin
25 gulares.†Et clarum est,quòd te-
stes singulares non probant,vt ha
betur in l.ob carmen.§.fi.C.de te
26 stibus.†Imò testium singularitas
arguit dolum.secundùm Bald. in
l.iurisiurandi.C.de testi.in ij.col.
versi.

27 uersi. deinde no. † Item dicti te-
stes sunt discordes inter se, ut ui-
deri poterit : & sic non probatur
secundùm Bar. & Alex.& Docto.
in l. ij. §. creditum.ff.si certũ pe-
ta. & Bart. in l. insulam . §. fru-
ctus . & ibi Imo.in pri. oppo. ver
si.& hoc inducit.& ibi Alex.ff.so
lu. matri. & Ioan. And. in addi.
Specu. in ti. de testi.§.iam de in-
terrogatoriis. & Bar.in l.si finita.
§.si ante hoc decretum.ff.de dam
no infec. Ang.in l.qui sententiã.
28 C.de pœnis.† Et quòd testes exa
minati sint singulares, probatur,
nam tunc dicuntur testes singula
res , quando eorum dicta recipi-
unt separationẽ ex diuersitate fa-
ctorum. secundùm Bald. in l.j.C.
si unus ex plu.appe.ad fi.ante uer
sicu. quæro utrum . & Bart. in l.
ij.§.si dubitetur . quemadmo. te-
sta. aperia. & Bal.in l. apud anti-
quos.j.col.uersic. item not.illam
vulgatam. C.de fur. & in l.pri. 8.
q. de testa.& in l.ij.in ij.col.C.de
bon.pos.secun.tabu.cùm ergo di
cti testes partim dicant , quòd d.
T. induxit notarium ad faciendũ
cõtractum, & quòd ei dixit,quòd
d. tales essent hæredes quondam
T. & quòd uocaretur nominibus
& cognominibus,ut in instrumé-
to : partim uerò , quòd ipse nihil
dixit : sed quòd dicti tales assere-
bant se esse hæredes , & uocari &
cognominari, ut instrumento ca-
uetur : sequitur, quòd sunt singu-
lares,& contrarii : item discordes
in signis contrahentium,ut patet
ex actis : ergo sequitur , quòd eis
29 non est adhibenda fides . † Item
duo testes primi examinati sunt
contrarii sibi ipsis:quo casu nun-
quam sunt reducendi ad concor-
diam,sic quidem, ut probent : se-
cundùm Gloss.But. & Abba.in c.
in nostra.de testi. Bart.in l.eos.ff.
de fal.Iacob.But.in l.cum de æta
te.ff.de ꝓbatio.But.in c. cùm tu.
de testi.uers.de primo. &'Alex.in
l. inter stipulantem §. j. de uerb.
obli. Alex. in consi.132.in j.par.
& consi.42.in iiii.par. & in l. j. de
30 no. oper. nuntia . † Præterea te-
stes deponentes de absentia hære
dum d. quondam talis, non depo
nunt,quòd per totam illam diem
contractus fuerunt in ciuitate Ba
roli, & quod non potuerunt alibi
esse,ut requiritur secundùm Alex.
in con.190.i vj.li. & sic ex iis ha
betur non esse probatam falsita-
tem.¶ Fis. Vtique si cuncta rima
res , & perfunctoriè non pertran-
sires , agnosceres ueritatem .
31 † Scis enim , quòd suspitio falsi
pro ueritate habetur : nisi ille su-
spectus probet ueritatem . secun-
dùm domi. Archi. in c. in memo
riam. 19. distin. allegat. l. iube-
mus.C. de probat. & plenè habe-
tur per Marsi. in rubrica.ff.ad le.
Cor.de fal.nu.19.& 36.& sic licèt
plena probatio fortè nõ adesset ,
non posset tamen negari, multas
suspiciones, & indicia,ac præsum
ptiones de falsitate adesse: ex qui
bus meritò debeat procedi ad cõ
demnationem . ¶ INQVISITVS.
Si benè inspicerentur Doctores
loquentes de hoc, non utique ita
32 dixisses. † Nam prædicta proce-
dunt , ut possit ad capturam pro-
cedi : non autem quò ad condem
nationem . secundùm Afflict. in
constitutio . qui literas. de fal. in
iiij.q.& dicit hoc uelle text.in l.
iubemus. C.de probatio.& Deci.
in consil.175.incip.in causa falsi-
tatis

tatis. imò Gramma. in conſil.30. num. 5. tenet, quòd prædicta procedunt in actione falſi ciuiliter intentata: non autem, quando
34 criminaliter. † Præterea noue habemus, quòd quælibet cauſa, etiã iniuſta, excuſat à dolo: ut eſt Gl. in leg. plagii.la.ij. in uerbo, iuſta. C. de pla. & leg. j. in fin. de abi.l.igitur.§.illud.ff. de lib. cau. & Alex.in l. qui Romæ §.duo fratres. in 9. col. ff.de uerb.obliga. Iaſ. in l. ſiquis maior.9.col.C. de tra. Ange.in l.fi.in prin. ff.de eo, per quem fa. erit.vbi etiã dicit, ꝙ cauſa temeraria excuſat à dolo. Barth. Soci.in cõſi cxviij.inci.viſis narratis.vide circà tertiã dubitationẽ.j.par. vbi dicit, ꝙ quælibet cauſa beſtialis excuſat à dolo. cùm ergo ex probatis in proceſſu ſatis cõſtet, ꝙ inquiſitus habuit iuſtam cauſam credẽdi, illos nominatos in proceſſu fuiſſe, & eſſe hæredes veros dicti quõdam talis (quia ipſi hoc aſſerebãt, & ab alijs erat ei relatum) ſequitur, ꝙ excuſat à falſitate: maximè, quia erant, & videbantur boni viri. Et habemus etiam, quòd credẽdum eſt bono viro: vt eſt Glo. not. in.l. Titio fundus.ff.de cõdi.& demõ. quam dixit ſing. Bal. in c.ſanctorum.de præſcri. & in c.cùm contingat.de reſcri.& Pet. de Anc.in c.fi.extrà de appel. & Ange.in l.j. ff.de eo, per quem fa.erit.& Io.de Imol.in conſil. ciiij. & plenè per Marſi.in pract.cri. in §.principiũ.
35 nu.8. ¶ † Præterea illi deſcripti in inſtrumento vocantur, & cognominantur, ſicut illi hæredes dicti quondam T. & ſic dictum inſtrumentum adiuuatur primordio veritatis: & ſic non poteſt dici falſum. nam in iure eſt concluſio cõmuniter approbata, ꝙ non poteſt dici falſum id, quod adiuuatur primordio veritatis.l.cùm fili⁹.§. hæres me⁹.ff.de leg.ij. & ibi Bart. Io. de Imol.& Albe.de Roſa.& l. ei, qui.§.fi.ff.de ſolu. pro quo conſuluit Aymõ Graue. in cõſil.xlvj. nu.8.pri.lib.Philip. Cor.in conſi. xxvj.hæc cõſultatio.nu.15.ij.lib.
36 † Imò ſtãtibus prædictis, inuitis dentibus eſt dicendum, quòd non adeſt dolus in eo: & ubi non eſt dolus, & certa ſcientia, non datur falſitas. ſecũdũ Hoſti.in c.in ſumma extrà. de cri. ſal.per l. nec exẽplum. C. de fal. & l.quid ſit falſum. & l.diuus.ff.eo.titu.ſequitur Marſi. in rubrica. ff.de fal. Veronen. conſil.21. nu.23.cum ſeq. & conſi.24.Bertran.conſi.175.iij.li. nume.8. Marſi.in con. cxj. num. 14.ij.lib.& conſi.70.nu.7. pri. li. & conſi.77.nu.1.ij. lib. & conſi. 89.num.1.lib.ij.Bal.conſi.33.iij. li.nu.2. Alber.de Roſa. in d.l.nec exemplum.& in l. ex lege num.4. ff.ad l. Iuliam. de adulter.& in l. ex quibuſdam. §.diuus. ff.de iure fi.Ange.de Are.in lib.malefic. in verbo, falſario. in prin.& nouiſſimè eſt ſtatutum in regno per regiam nouellam pragmaticam in-
37 cip. teſtẽ falſum. † Præterea diu eſt: quòd dictum inſtrumentum confectum fuit, & productum in iudicio, & ibi admiſſum, idq; ſuo vigore.diu eſt etiam quòd d.T.inquiſitus non fuit moleſtatus: quo caſu uidetur dici poſſe, quòd falſitas non cõmittatur: per ea, quæ ſcribit Aymo. Graue.in conſ.65. nu.11.primo lib.ubi ſiquis utitur inſtrumẽto, licèt falſo, cum longo tẽpore ſteterit in poſſeſſione, non

committatur

cōmittitur falsitas. quia ex quo longo tempore illud instrumentū fuit obseruatum, censetur approbatum:& per cōsequens cessat falsitas. allegat pro hoc Bald. in consi. 37. quidam tabellio. lib. pri. pro quo etiam dicit facere id, quod scribit Cy. inter cōsilia Bal. in allegationib⁹ suis, quæ sūt post cō. Bal. 400. super primo puncto, col. j. li. iiij. allegat etiam Bal. in cons. 402. quæritur, an per solam diffa-
38 mationem. in fin. lib. v. † Prætereà tūc falsitas punitur, ubi aduersario nocet, & adfert damnum: ut latè tu domine iudex dixisti in 4. parte tertiæ partis principalis huius praxis. hic autem nullum damnum adfert: ergo non punitur.

¶ IVD. Datis pro ueris iis, quæ per inquisitum adducta fuerunt, cùm pro maiori parte in facto cōsistant, non est dubitandum quin excusetur à falso:& ita censeo iuris esse. sed ne uidear surda aure ptrāsire, in hac materia falsitatis aliqua summatim dicere decreui, vt sic valeatis materiam criminis falsitatis scire. & pri. ad materiam regiæ pragm. testē falsum. est sci-
39 endū. † Quod adeò est verum, q vtens scriptura, instrumento, uel testibus falsis, puniatur de falso, vt si aliquis produxerit instrumētum plura capita continens & eo vtatur in capite uero: si tamen idipsum etiā contineat capitulū falsum, licèt eo non utatur, quòd de eo nō sit uis quæstionis, teneatur tamē pœna falsi. secundùm Ioan. And. in addi. Specula. in tit. de instru. edi. §. postremò aliàs est. ī §. sequen. in addi. quæ incipit. huic dicto. quē refert & sequitur Alex. in l. si vnus, in fin. C. de testa. & est satis notabile dictum. & habetur per Gandi. in tit. de falsar. ij. col. uersicu. sed quid si instrumentum. & in §. subiiciamus. eo. tit.
40 † Item in tantùm est uerū, quod utens falso puniatur de falso, ut si quis utat teste, qui aduersario nō nocet, & producēti non prodest, nihilominus teneatur de falso. p doctrinā Bal. in l. fi. C. si ex fal. instru. quam ad hoc allegat Bertra. in suo repertorio. in uerbo, falsū. ver. 105. ubi ad hoc allegat Paul. de Cast. consi. 148. & habetur per Gandi. in titu. de fal. uer. subiiciamus.
41 † Item adeò procedit præcedens conclusio, ut si aliquis produxerit falsum testem ad probandum falsum articulū, licèt posteà renuntiet, puniatur tamen pœna falsi. & est ratio, quia non est simplex usus: sed cōcurrit fabricatio falsitatis: nisi testis deponeret extrà articulum. secundùm Bart. in l. si falsos. C. de fal. Bart. & Bald. in l. iij. in fi. C. de fi. instr. pro quo vide Capytium in decisi. 67. inci. in causa magnifici Annibalis.
42 † Item adeò procedit, ut etiam puniatur de falso producens scripturam priuatam falsam. & ea utēs: sicùt puniretur, si produceret publicam scripturam falsam. secūdùm Bal. in l. fi. j. col: in fin. C. de fi. instrumen. & Bart. in l. penul. C. de proba. & habetur in l. Lucius. ff. ad municipa. & per Alex.
43 in l. diuus. ff. de fal. † Item est adeò uera dicta conclusio, ut si quis produxerit falsos testes, cōpellatur ad ipsos iterum præsentandùm in iudicio, orta quæstione falsitatis. per doctri. Bald. in l. fin. C. de fi. instrumen. colum. fin. uersi. quæro, nunquid. & ita fuit

fuit decisum ĩ sacro regio cõsi. ut testatur Capytius. in decisio. 60.

44 † Limitantur tamẽ prædicta pluribus modis. primo, ut procedāt, quæ dicta sunt suprà. si scienter, & dolosè fuerit facta ꝓductio falsitatum: ut dixi in quarta parte tertię partis principalis huius praxis. & habetur in indiuiduo in d. pragmati. testẽ falsum. quia si fortè apparebit per ignorantiam id fuisse factum, etiamsi testes depo suerint super falso articulo (quo casu dixi suprà teneri de falso ꝓducentẽ, licèt renuntiauerit usui) probata, ut dixi, ignorantia excusatur. ut latè per Capy. in decisi. 67. incip. in causa magnifici Annibalis. & per ea, quæ habentur in dicta decisio. reprobatur id, quod dixit Moder. Cauen. in dicta pragma. testem falsum. nu. 3. dũ dicit, quòd ille scienter dicitur producere testem falsum, qui eum produxit super articulo falso.

45 † Secundo limitantur prædicta, ut procedant, nisi producens renũtiauerit usui scripturarum uel testium productorum intrà octo dies post publicationẽ in causa, ut in dicta pragmatica habetur. quam ego intelligerem procedere, si præcessisset protestatio, & instantia partis aduersæ, ut declaret, an intẽdat uti testibus, & scripturis. nam si nõ præcedit instantia partis, nõ tenetur vltrò renuntiare. imò si sponte renunriaret, non euitaret pœnam falsi. quia uideretur declarare dolum adhibitũ in falsitate, & in productione, secundùm Areti. in cap. pręsentium. v. colum. extrà. de testi. & sequitur Capy. in dicta decisio. lxvij. & qui non renuntiat, eò, quia per partem nõ est instarum, non punitur: licèt posteà reperiatur falsum, id quod fuit productum. quia istud non esset uti, sed usum esse: & tunc aderat bona fides. secundùm Bald. in indiuiduo, in l. fin. C. si ex fal. instrumento. in fin. col. versi. pone ergo. sed contrarium potest attentari retentis terminis regiæ pragmaticæ: quoniam ex actis facta publicatione in causa resultat notorium: ut habetur per Inno. in c. ex insinuatione. extrà. de appellatio. & per Ang. in l. si pars. ff. de inoffi. testa. si ergo notorium resultat clarissimè, erit producens informatus de falsitate, quo casu debet ex se renuntiare usui: aliàs incidit in falsum. & ita intelligit doctri. Bart. in l. diuus. ff. de fal. la. ij. & Angel. in libro malefi. in uerbo, falsario. Sali. in l. si falsos. C. de fal. dum ibi dicit, ꝙ ita demum est uerum, quòd utens non incidit in falsum: nisi fuerit ipsi statutus terminus ad declarandum, utrum intendat uti, nec ne, quando non fuerit instructus de falsitate, uel instrui non potuerit. & est ratio, quia præsumitur esse in dolo ille, qui non facit id, ad quod scit & scire debet se teneri: secundùm Bart. in le. tutor. in ij. colum. in fin. ff. de administra. tuto. & l. dolus. & ibi Bart. ff. man. & l. si procuratorem. §. dolo. eo. titu. & Alexan. in l. ubi ff. de eden. ergo data notorietate tenetur ex se renuntiare: & si non renũtiat, uidetur in dolo. sed tenẽdo primã partem, unico fundamẽto destruuntur omnia allegata in contrarium. nam non est uerum, quòd facta publicatione in causa

causa resultat notorium de falsita
te: & quòd utens est informatus
& certioratus de falsitate ipsa:be
nè tamen uerum est, quòd resul-
tat notorium de probatis; sed u-
trū ea sint falsa, nequaquàm: cùm
adhuc id à partibus non sit dictū:
nec de eo sit uis quæstionis. & li-
cèt cōtrarium fortè sit probatum
per aduersam partem; non tamen
ex hoc potest dici constare de fal
sitate. sed benè est conflictus pro
bationum, & stat pro possibili, ut
ita sit uerum id, quod probatur &
producitur ab una parte; sicùt id,
quod probatur ex aduerso ꝑ alia
parte: taliter, quòd non datur, ni
si materia iudici inquirēdi de fal-
sitate in alteram partium, ut infrà
dicam. & bona fides, quæ in prin
cipio fuit circà productionem in
producente, pari modo poterit es
se facta publicatiōe in causa: cùm
à principio producens cogitauit,
omnia posita ꝑ se posse probari.
doctrinæ autem allegatæ proce-
dunt orta qōne falsitatis, & facta
publicatione in causa ipsius falsi-
tatis: uel quando in processu ciui
li clarè apparet de falsitate. nō au
tem intelliguntur, quando est fa-
cta publicatio ī causa principali,
in qua fuit facta productio. quia
eo casu requiritur instantia par-
tis, ut dixi. & ita practicatur, &
quotidiè seruatur in iudiciis, ut
etiam refert Moder. Cauen. in di-
46 cta pragma. † Tertiò limitantur
prædicta non procedere, quando
falsitas respectu usus esset causata
per errorem. quia eo casu non est
punibilis. quia id, quod per erro-
rem factum est, dicitur sine con-
sensu factum. l. si per errorem. ff.
de iuris. omn. iudi. & ideò dice-
bat Alex. consi. 55. 4. lib. inci. per
spectis. v. colum. quòd falsitas
causata per errorem, operatur,
quòd actus nō sortitur effectum.
allegat Bart. in l. demōstratio fal-
sa. §. j. in vj. q. ff. de condi. & de-
mon. & per Afflict. in constit. qui
falso instru. ibi: itē no. ex text. ibi:
47 nescius. † Quartò limitantur, ut
non procedāt, quādo id, ꝙ produ
ctum est, adiuuatur primordio ue
ritatis, per ea, quæ suprà dixisti tu
48 Inquisite. † Quintò limitantur,
vt non procedant, quando produ
ctio fuerit facta per procuratorē
cum generali mandato: ut latè ha
betur in decisio. Cap. 67. per totā.
de qua suprà sæpius est facta men
49 tio. † Sextò limitantur, ut non
procedant, quando falsitas non
est aduersario nocitura, uel dam-
num inferre non potest, per ea,
quæ dixi ī quarta parte tertiæ par
50 tis. † Septimò limitantur prædi-
cta, ut non procedant, quando ꝑ-
ducens probasset de ueritate cō-
tentorum in instrumento. nam li
cèt instrumētum sit fortè falsum
circa indictionem, uel alia substā
tialia: non tamē punitur pœna fal
si: ut habetur per Gandi. in suo
opere malefi. in titu. de falsari. in
51 uersi. quæstio talis est. † Octauò
limitantur prædicta, ut non pro-
cedant, quando producens esset
illiteratus, & produceret instru-
mentum quo dixit uelle uti, & in
eo sint defectus, quia ibi non sint
anni Domini, & sit differentia si-
gni ad signa eiusdem notarii in
aliis chartis. quia ex quo hic præ
sumitur potius error, quàm do-
lus, & malitia, non tenetur pœna
falsi: ut habetur per Gandi. in tit.
de falsar. ver. sequitur uidere aliā
quæstio.

52 quęstio.† Nono limitātur prædi-
cta, ut in omnibus casibus quādo
quis excusatur à fabricatione fal-
si, fortiùs excusatur ab usu.& sic ī
illis casibus prædicta non proce-
53 dunt. † Decimò limitantur præ-
dicta, ut non procedant in produ-
cente falsam narrationem.secun-
dum Bal.in l.quicunq;.in ult.col.
C.de ser.fug.siquidem tantummo
dò procedunt in producente fal-
54 sas probationes.† Cęterùm si quis
in iudicium à se productū instru-
mentum, quum ab aduersariis fal
sum dicat, de manib⁹ tūc magistri
actorum ereptum in ignem proij-
ciat, an pœna falsi afficiendus sit?
uidetur dicendum, ꝙ non. quia si
licet ad euitandam pœnam falsi
abstinere ab usu per declarationē
uerbo factam: quòd non intendit
uti.ut l.si falsos. C. de fal. fortiùs
potest declarare facto: capiendo
illud instru.& lacerando uel cōbu
rendo.sed in contrarium cōsuluit
Pet.de Ancha.in consi.173.incip.
55 circa primum. † Quid si aliquis
subornauit testes, ut falsum dice-
rent, an si posteà desistit ab usu, e-
uitet pœnam falsi, iuxtà formam
regiæ pragma.dicas, quòd nō: sed
punitur per l.si falsos,& ibi Cy.&
56 Sali.in fi.C.de fal.† Secūdò prin-
cipaliter est sciendum, ꝙ crimen
falsi est detestabilius ueneficio, &
homicidio, secūdum Ang.ī auth.
de nup.§.minorem.in tantum, ut
homo deueniat ad nihilum inter
homines: quia dicitur eo casu si-
ne fide,& confidētia: ut dicit Cy.
in l.transigere.C.de transac.& fir
mat Grā.in consi.109.nu.11.in ci
uilibus.& si est nobilis, qui com-
mittit falsitatem, perdit nobilita-
tem, secūdum Luc.de Pen.in l.mi-
lites.iij.col.C.de dignita.lib.xij.
& firmat Afflict.in constit. qui li-
57 teras.in v.q.in fi.† Hinc est, ꝙ est
crimen exceptuatum,& nō inclu-
ditur ī generali indulctu facto de
rebus criminalib.ut ī l.Lucius. ff.
ad Turpi.secundū Alber.de Ros.ī
rubr.de cri.fal.& Grā.vbi sup.q̄d
non procedit, si indultus esset fa-
ctus de carceratis, & nō essent car
cerati, nisi pro crimine falsi: vt per
Hippo.de Mar.in rubri.de fal.nu.
58 12.† An semper notarius dicatur
committere falsum, si aliter repe-
riatur scriptum quàm sit dictum?
& dicas, ꝙ sic, si ab instrumēto cō-
fecto per eum remouentur uerba,
& mens contrahentium. Bar.in l.
quoties.§.j.ff.de hære.īsti.uer.iii.
lex ponit.dicit, quòd non præsu-
mit falsum fecisse dolosè: sed po-
tiùs præsumitur id causatū ex er-
rore: si tamen ex aliis coniecturis,
& circunstātijs, uel indicijs aliud
non suadetur.quod quidem dicit
ibi Alex.esse uerum, & confirmat
per l.si finita.in prin.cum ibi not.
& ibi ꝑ Imo.ff.de dam.infec.ibi:
dicit dixisse.& in l.ita stipulatus.
4.col.ff.de uerb.obli.& in l.itē.§.
fi.ff.de pac.& per Glo. & Bar.in l.
cum proponeretur.de lega.iij. se-
quitur Fran.Are.in consi.47.col.
ij.& Mar.consi.vij.nu.24.& cōsil.
51.nu.31.& cōs.104.nu.27.& cōs.
132.nu.10.Alex.cōsi.53.in fi. vii.
volu.& cons.87.nu.7.eo.li.& cōs.
179.nu.3.in fi.eo.lib.& consi. 74.
incip. uiso testamento, j. uolum.
59 nu.4. † Et per quot testes probe-
tur error notarij, vide Alex.in cō
sil.247.incip.reuerende.ii.uolum.
nu.6.cū sequen.Cepola.consi.21.
nu.34.notarius.n.habet præsum-
ptionem iuris ꝓ se:ade ꝫ, ut liqui-

dissimè constare debeat de falsita te contrà eum.per Aymo.Craue. consil.75.nume. 8. prim.lib. Bertran. consil. 61. nume. 16. primo lib.plenè Boër.in decisio.116.prima parte. nume. 2. cum sequen. & Gramma. decisio. 60. nume. 6. & consi.69.nu.29.in ciuilibus.Alciatus in trac.de præsumptio.xiij. præsum.nu.10.cum seq. & Feli.in c.ex literis.in iij.conclu.de fi. instru.Pet.de Ancha.consi.cclxxxv. tria principaliter.col.j.Dec.in cõ sil.175.Marsi.in l.j.nu.71. C.ad l. Cor.de sicar.& in rubrica de fideiuss.colũ.9. nu.56. Notarius enim nunquàm punitur, nisi constet de eius dolo: vt dicit Alciat. vbi suprà. & per Alex. consil.88.ij. col.
60 in quarto lib. † Sed ibi dicit Alcia.non procedere id, quod suprà dictum est, quãdo notarius omitteret solẽnitates instrumẽtorum. quia in eo casu præsumitur potius dolus,q̃ error:& punitur de falso: & consuluit Aymo.Craue. in cõsil.75. nu. 6. in pri. lib. licèt dicat Soc.in consil.98.in iij.lib. nu.16. id procedere in testamentis: non in alijs instrumentis. sed ad id respondet Alciat.vbi suprà, & sequitur Bal.in l.si post diuisionem. C. de iur.& fa.igno. & Guliel. Bene. in repet.c.Raynutius.in uerbo,in eodem testamento relinquens. el.
61 primo.nu. 51. † Vnum tamẽ sciendum est, quòd si notarius sit excellens persona,& omitteret ista solennia,non tenebitur de falso. secundum Barba.in repeti. rubr. de fideiusso.35.col.quem refert & sequitur Guliel.Bene.in loco suprà
62 allegato.nu.eodem.† Sed quòd si notarius omiserit ponere substantialia in instrumento, an possit illud corrigere, & emendare illum suum errorem. Bal. in rub. C. de fi. instru. in vij. colum.in fi.uers. sed pone, quòd tabellio dicit, quod si errauerit notarius in non apponendo diem, uel consulem in instrumento, uel alia substantialia, poterit illa posteà emendare, & corrigere: sed si sit quæstio in facto errore, & iam sit orta quæstio erroris inter partes, tunc non poterit notarius aliquid corrigere, nisi iudice mandante: aut nulla q̃stio erroris sit orta ĩter partes, & tunc si reassumpserit instrumẽtum,& tradiderit parti,non poterit:si uerò non reassumpserit, nec parti tradiderit,tũc poterit corrigere,& emendare errorem suum, de quo plenissimè per d. Vital. de Camba.in tract.clau.in clau.de erro.nota.in uerbo, restat uidendũ, an notarius errorẽ suũ possit corrigere. uide etiam plenè per Dec. & Guliel. Maine. & Bart. in l. si librarius.ff.de reg.iur. ubi plenissi
63 mè. † Et an alius notarius possit supplere clausulas ex errore omissas per notarium mortuum:& dicas, quòd sic, mediante decreto curiæ. & ita practicaui, & uidi practicari. pro quo uide Ias. in l. argentarius, in prin. ff. de edend. & in l. Gallus. §. idem credẽdũ. vlti. & pe. col. ff. de lib. & postu. & habeo unam addi. in lib. meo. Bald. in rubri.de fid.instru. quòd ita practicauit do.Ioancola de Vicar. Salerni sub diẽ xvij.Iunii.an.
64 1529. quod est notandum. † Sed quæro per quot testes probetur falsum instrumentum,& quomodo.hanc quæstionẽ plenissimè tangit Feli.in c. cum Ioannes. extrà. de fid. instru. nu.35. qui ex dictis omnium

omnium docto. facit duas conclusiones. prima cõclusio secundum eum est, quòd duo testes in instrumento descripti, possunt ipsum reprobare, & probare falsum. & habet locum ista conclusio, etiã si illi duo testes deponant per probationes diuersi generis ad concludendum unum totum: vt ibi per Feli. & per Pe. de Ancha. secũdum eum in consil. lxxj. incipien. uisis limitata commissione. limitatur ista prima conclusio, ut nõ ꝓcedat, qñ est casus, i quo ex dispositione legis instrumentum nõ admittit probationem in contrariũ. Sed hæc prima limitatio restringitur quatuor modis, ut ibi per eũ: secundò limitatur, vt procedat, qñ ex parte actoris est instrumẽtum; ex parte uerò rei producunt duo testes contradicentes illi instrumento. sed si econtrà ex parte actoris producerẽtur testes: ex parte uerò rei produceretur instrumẽtum, standum est instrumento: nisi plures testes, quàm duo cõtrà ipsum producant. sed dicit ibi Feli. sibi non placere hanc limitationem. tertiò limitat præcedens cõclusio, quando testes deponentes contrà instrumentum assignãt rationem dicti sui ultrò, & non interrogati. aliàs enim non reprobarent instrumentum. quartò intelligitur, & declaratur, quãdo ꝓ instrumento non est probatio coadiuuans. aliàs si aliquis testis descriptus, vel nõ descriptus coadiuuaret instrumentum, requirerent plures ad reprobandum instrumẽtum secundum qualitatem, & numerum coadiuuantium. quintò declaratur, vt testes deponentes contrà instrumẽtum sint undique idonei, & omni exceptione maiores. non enim sufficeret, ꝙ essent aliàs simpliciter idonei. ita, ꝙ modicus defectus uitiat, in quo uersatur multum arbitrium iudicis. & de hoc vide ad longum ꝑ Aymo. Craue. consi. 56. nu. 9. pri. lib. ubi dicit sine dubio procedere hoc, quando uolo reprobare instrumẽtum per testes non descriptos in instrumento, ut procedit præcedens conclusio: secus si uellẽ reprobare per testes instrumentarios, quia nõ requiritur, quòd sint testes omni exceptione maiores. Sextò declaratur, ut procedat, ꝙ duo testes sufficiunt ad reprobandum instrumẽtum, ut non probet: non autem, ut notarius possit de falso condemnari, sed benè sufficiunt, ut acerrima fiat indago de falso: & operãtur ad torturam. secundum Salic. in l. in exercendis. C. de fi. instru. licèt dicat idem Sali. quòd si essent plures, quàm duo testes, omni exceptione maiores deponentes contrà instrumẽtum aliàs non coadiuuatum, benè sufficerent ad puniendum notarium. quod non uidetur omnino placere Feli. in d. loco: de cuius ueritate infrà videbimus. secunda conclusio est, quòd potest etiam reprobari, & probari falsum instrumentũ per testes descriptos in ipso instrumento. & procedit hæc conclusio, siue testes descripti in ipso instrumento, & reprobantes ipsum, sint de testibus necessarijs instrumenti: siue de non necessarijs: quia fortè vltrà competentẽ numerũ. item procedit, ut non solum reprobẽt instrumentũ narrãdo aliter fuisse dictum, quàm scriptũ, sed etiã, si simplciter dicãt, se

non interfuisse. quod quidem nō procedit, si ex aduerso probaretur per alios testes descriptos uel non descriptos, illos fuisse præsentes. secundò intelligitur ita demum id procedere, si testes dicentes, se non interfuisse, probent hoc per alios testes, quia si ipsi soli hoc dicerent, non probarent, ut qui sint singulares, sed in hoc dicit contrarium idem Feli. vbi suprà, quòd per dictos testes licèt singulares reprobatur instrumentum: quod consulendo approbat Aymo. Crauet. in consi. 56. nu. 17. pri. par. dicens non esse singulares. & dicit hoc tenere Soc. consi. 28. ij. colu. uer. sed ad hoc clarè respondetur. lib. iij. vbi dicit hanc esse communem opinionem. item procedit dicta secunda conclusio, etiamsi esset unus testis descriptus in instrumento contradicens ei. quia si per alios probat, se non interfuisse, siue sit de necessarijs, siue non, uitiatur instrumētum, quod procedit, ut dixi, si per alios probetur, ipsum non interfuisse. aliàs si esset solus, licèt faciat uacillare instrumentum, si est de necessarijs testibus descriptis in instrumēto, & nisi alio ipsum adiuuetur: non tñ probatur falsum. limitatur dicta secunda conclusio, si testes descripti producti ad impugnādum, non dicerent aliud, nisi ꝙ non recordantur interfuisse: vel de ijs, quæ dicuntur in instrumento fuisse gesta. & hoc non est uerum in scriptura publica: secùs est in scriptura priuata. quia si testes ita deponerēt, vacillaret illa priuata scriptura. limitatur secūdò, si pro instrumēto sint duo testes, quia eis stabitur, & probabitur saltem eius tenor, etiam si illi non sint descripti. sed hæc limitatio intelligitur, dummodò impugnantes non excedant numerum testium coadiuuantium instrumentū, nam si coadiuuantes sint plures, vel numerus hinc inde sit æqualis, stabitur instrumento propter authoritatē notarij: sed si testes impugnantes narrent seriem facti, & dicāt rem aliter fuisse, vel nō interfuisse, tūc procedant prædicta. sed si deponerent uerbis merè negatiuis, præferuntur illi duo testes pro instrumento: quia affirmant. & statur potius duobus testib. affirmātib^9, quàm mille negantibus. secundò intelligitur hæc limitatio, dūmodò testes coadiuuantes deponant directè contra impugnantes: ut si ij dicant, se non interfuisse: isti dicāt, se interfuisse: & si dixerint, rem aliter se habuisse: isti dicant, sic se habuisse tempore scripturæ. aliàs enim, si coadiuuantes simpliciter attestarentur, rem ita fuisse, & non dicerent tempore confecti instrumenti, non probarent pro instrumento, quia stant ista simul: factum à principio sic se habuisse, & tempore confecti instrumenti non sic fuisse dictum à partibus, vel non sic à notario lectum. tertiò intelligitur, dummodò testes coadiuuantes deponant in numero sufficienter. nam si esset instrumentū, in quo requirerētur quinque testes, ut codicillus, non sufficeret ad ipsum coadiuuandum producere duos testes: sed deberent esse quinque. quod intelligitur, ut ibi per Feli. intelligitur etiam, vt procedat, dummodò probetur illos testes reprobatorios esse illosmet, qui sunt in instrumē

to

to descripti: vt latè in dicto loco per do. Feli. quem refert & sequit Alex. in consi. 190. in vj. li. nu. 31. & per totum illud consilium latè defendit testamentum, quod allegabatur falsum, eò, quia testes aliqui descripti dicebant, se non interfuisse: & est pulchrum consilium. & in consi. 53. in 7. lib. latè consuluit, qualiter debeant deponere testes, reprobare uolentes instrumentum: & quòd debeant esse omni exceptione maiores: & ꝙ etiam non interrogati debeāt reddere causam scientiæ: & quòd in notario præsumatur potius error, quàm dolus. in consil. 169. aliàs 27. in 2. lib. in causa & lite dominæ Bartholo. ibi: quòd semper ꝑsumitur error in notario, & non dolus. & ibi: quomodò per testes reprobetur instrumentum. & sequitur doctrinā Fel. & Doc. ꝑ eū allegatorū. & in consi. 17. ponderatis ijs. in 3. li. ubi habetur, ꝙ duo testes instrumentarii contradicētes instrumento, quamuis nō sint de numero necessario, reprobant instrumentum & in consi. 42. in 4. li. uisis & ponderatis. ibi: quomodò debeant deponere testes cōtra dicentes instrumento: maximè, qñ dicunt, nō fuisse aliquid dictum. quia debent dicere, ꝙ illo tempore non potuit dici, quin audiuissent. & ibi: an testes sint singulares si deponant, non interfuisse, unoquoque deponente de seipso. & alia multa. & per Soci. in consi. 46. col. fi. in fi. vbi dicit, ꝙ nō probat instrumētum, si unus ex testib. ibi descriptis contradicat instrumento: vel, se nō interfuisse, dicat. & ī consi. 143. colu. ij. in fi. & in consi. 171. col. ii. in prin. & ꝙ instrumentum reprobetur per duos testes, ēt in ipso instrumēto nō descriptos. & in consi. 274. col. 9. uer. postremò dico. & per Cor. in consi. 261. in 4. li. nu. 10. vbi concludit communem esse opinionem, quòd per duos testes instrumentarios fides instrumēti uacillat. & ibi pulchrè habes, quomodò debeant deponere testes: & disputatur plenè, quomodò defendatur instrumentum à falsitate obiecta. & in consi. 260. lib. 4. nu. 2. habes, an instrumētum carens debitis solennitatibus præsumatur errore, an dolo confectum. & in consi. 216. in 4. lib. habetur, per quot testes reprobetur instrumētum. & ibi dicitur, quòd per duos, uel tres. & per Are. in cō si. 88. vbi habetur, quòd per duos testes reprobatur instrumētum, si sunt de descriptis in eo: & ꝑ Cor. in consi. 232. nu. 5. pri. li. & per Bertran. consi. 265. 2. lib. etiam cū ijs. & an testes mortui descripti in instrumento iudicentur pro instrumento, plenè per Aymo. Craue. consi. 56. pri. lib. & per eundem in consi. 75. nu. 56. pri. li. & ibi etiam habes, quòd ad hoc, ut instrumentum reprobetur per testes, debeāt ipsi deponere de toto eius tenore: ut nu. 28. & ibidem: an reprobetur instrumentum per testes, quorum quilibet deponit de sensu suo, se non audiuisse proferri tale quid per disponentem: ut nu. 29. & per Marsil. consil. 27. num. 14. ibi: an reprobetur instrumentum, si duo ex tribus testibus instrumentariis contra instrumentum deponant, & illorum tertius deponat pro instrumento. vide plenè per Guliel. Mainer. in l. vbi repugnantia. §. de 65 reg. iur. † Sed redeundo ad quæstionem

bus:maximè,si in instrumento apparet,ipsum se aliquatenus retulisse ad cōfessionem seu mandatum partiū.secundū Bal.ibi.vel si verba notarii de necessitate nō significant realē numerationē, sed possunt aptari ad fictam : & hoc modo procedat opi.Bart.in d.l. prædia.secùs si de necessitate significant realē,& effectualem numerationem.quia tūc ptocedit opinio contrà Bar.& hoc modo concordantur opiniones secundū Vero. consil.xxij.iiij. col. & ideò dico, quòd ista verba , habuit , & recepit,si aliud nō dicatur de necessitate,nō inferunt realē satisfactionem:sed aptari possunt ad fictam per confessionē partium : videlicet,habuit & recepit, vt ipsæ partes cōfessę fuerunt.sed si dicatur: habuit & recepit in pręsentia mei notarii:vel si dicatur,dedit & numerauit in nostra præsentia,tunc hæc verba malè possent aptari ad fictā solutionem significatam per confessionem partiū : & sic notarius incidit in falsum,& ita intelligo quæ dicta sunt suprà . vide Bald.in l.vni.C. de conte.in 9. & 10.col.& in l.si ex cautione.C.de non nu.pe. pōt etiam probari ad excusationē notarii. ꝙ fuerit demonstratum marsupiū,in quo esse verosimiliter viderenē dicti ducati centum : & ꝙ pro tanto pars aduersa receperit.item pōt probari legalitas,bona uita, & fama ipsius notarii. item pōt probari bona existimatio ipsorum contrahē tium:ita, ꝙ nō poterat videri verosimile,ipsos se inuicem deceptos, taliter verò etiam ꝙ quilibet credidisset eis cōtrahentibus. tūc enim excusaretur notarius eis credendo.arg.eorū quæ no.Marsi.in sua praxi cri.§.principium. nu.8. cum sequē. & tūc subdatur alius articulus, ꝙ partes ipsæ vnanimiter mādarunt ipsi notario, ꝙ scriberet ita,quia ita se haberet veritas.istis ꝓbatis puto excusari notarium à falso,quia qualibet iusta causa excusatur.ꝓ hoc facit,quia notarius credens schedulæ excusatur.secundū Alex.in l.si quis obrepserit.ff.de fal.† Quòd si instrumentum sit falsum in uno cap.an sit idcirco falsum in omnibus?reperio in hac quæs.tres opiniones. prima fuit Glo.l.si ex falsis.C. de transa.distinguentis,ꝙ aut capitula sunt separata,aut connexa. primo casu non redditur falsum in aliis capitulis separatis.secūdo casu sic.secunda fuit opi.Bar.Brixi. in qōnibus suis 138.inci.aliquod instrumentū.& Glos.in ix.distin. c.si ad scripturas sacras.vt ibi per Archi. & Glos.23.q. v.c. quid ergo.ꝙ totū instrumētum reddatur suspectū per falsitatem vnius capituli.& hāc opinionē tenet Marsi. de Fano.Iacob.de Are. & Galeo. & Spec.in tit. de instru.edi.§. restat.versi. quid si aliquod instrumentū.& hāc sequitur Inn. extra. de offic. delega.c. cū in iure peritus.& extrà.de hære.c.fraternitatis, vt refert Alber.de Rosa. in.d. l.si ex falsis.vbi dicit dictā opinionē de scripto iuris rigore esse veriorē,modò notarius iurauerit,se suū officium fideliter exciturū. c.ad audientiā.extrà. de præscrip. ex quo ergo perierauit falsum cōmittēdo in vno capit.suspectus ēt est in aliis capitulis.l.si cui. §.iisdē.ff.de accu.c.semel mal⁹.extrà. de reg.iur.tertia fuit opi.Bar.ī.d.

l.si ex falsis. & antè eum Martin. Sylla.& Cy.ibidem, vt refert Alberi.de Ros. quòd instrumentum est suspectum, & falsum propter vitium notarii, & ratione falsitatis:aut propter alium defectum. primo casu in totum est falsum. secundo verò casu aut defectus est circà substantialia,vt circà diē & cōsulem:& vitiatur totum, aut circà substantiam instrumenti, & tunc prosequere, vt per Bart. ibi. & in hac opinione videntur concurrere Alber.Sali.& Ange.& magis communiter scibentes: vt refert Ias. ibi. & sequitur consulendo Cor.in consi.lxj.in iij.lib. nu. 23.& Alex.consi.42.in iiij.lib. sanè tamen eorum dicta intelligenda sic sunt, vt procedāt si pars nō fatetur aliud capitulum: sed simpliciter dicit totum falsum, ad cuius probationem adducit falsitatem vnius capituli,nec ex aduerso probatur veritas aliorum capitulorum:vt voluit Bald.consulendo in consi.228.in ij.lib.incip.in quodam instrumento. & ita intelligitur Glo.in l.ij.C.de fal.quam simpliciter secutus fuit Bal. in d. l.si ex falsis, proùt etiam tenet ibi Ias. in secunda limitatione. item procedunt prædicta, quando falsitas est in capitulo substantiali: secùs,si in aliis.item procedunt prædicta,quando sumus in verè falso: secùs, si in præsumpto, vel quasi falso:puta in rasura instrumenti, & ita videtur tenere Alber.vbi suprà,& cæteri Doc.si rectè inspiciātur.refert & sequitur Ias. vbi suprà,vide etiam Cor.in consi. 149. iij.lib.& consi. 163.nu.7.in iiij.li.

69 † Quòd si notarius dicat omnes Canonicos interfuisse,vel omnes de collegio,cùm eorum unus abfuerit,an dicatur falsarius?Bal.in l.fi.C. si cen.uel rele. dicit, quòd sic,arg.l.si is,qui ducenta.§.utrū. de re.du.sed Bal.in l.j.C. comm. de leg.dicit,ꝙ si in instr.dicatur, ꝙ omnes consiliarii interfuerūt, & appareat, ꝙ aliqui nō interfuerunt,saluabitur instrumentum.dicit tamen Bar.quē sequitur Alex. in l.inter omnes.ff.qui satisd.cogau. ꝙ si in instrumento dicatur, ꝙ talis reformatio ꝓcessit de uoluntate omniū de collegio,intelligitur omniū scilicet præsentiū. plura alia exempla, & plures etiā casus, quibus notarius potest falsificare instrumenta, uide per Doct.

70 † Videamus modò, quæ nā pœna sit statuta in regno contrà notarium falsum fabricātem instrumētum in quo breuiter, quicquid sit de iure communi, in isto regno est pœna ultimi supplicii ꝑ tex.const.Iudices.sub titu.de apparitoribus.& ita fuit decisum in sacro regio consi.Neapo.testatur Cap.in decisi.253.incip.notarius Petrus.& Gram.in decisi.27.licet Afflic.in d.consti.iudices.intelligat illam const. procedere in falsificante acta iudicialia,& non cōtractus extrà iudiciales: & malè, ut ex ꝑdictis patet.

71 † Quòd si orta suspitione falsi contrà notariū appareant testes contradicentes instr. & fiat instantia ut notarius exhibeat matricem scripturam,& & primam imbreuiaturam: ipse uero non uelit producere,uel differat,an possit torqueri: dicas, ꝙ sic,secundùm Bal. in rub. C. de fi. instru uersi.quæro dixi superiùs. & Fran.Cur.seni.in consi.lvj.nu. 38.& Lud.Rom.in consil.174. in ult.

ult. col. ubi dicit, ꝙ neminem ha-
72 bet contradicentem. ¶Fis.†Qua
pœna plectatur testis deponēs fal
sum contrà fiscum?¶Iv. Dicas, ꝙ
est pœna arbitraria. secūdū Mar.
in l. j. §. præterea. nu. 6. ff. de sicar.
73 & Alex. in consi. lv. in 7. vol.†Itē
est aduertendum, ꝙ qui cùm cre-
dit se dicere ueritatem, dicit fal-
sum, non est periurus, & falsarius.
secundùm Bal. in l. ij. §. quod ob-
seruari. in iij. no. C. de iura. calū.
& sequitur Pet. de Anc. in c. ij. de
iur. cal. in vj. quos refert & sequi-
tur Feli. in c. j. circà fi. de lit. cōte.
in vj. & Marsi. in con. lxxvij. & in
d. l. j. §. præterea. nu. 13. & Feli. in
c. si autem. de rescri. ij. col. & pro-
cedunt prædicta etiam in teste di
cente falsum, quum credat esse ve
rum: vt plenè per Marsi. in rub. ff.
ad l. Cor. de fal. nume. 3.

¶ Item quòd fuit captus in flagranti crimine. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Captus in flagranti crimine debet damnari ex abrupto.*
2 *Defensio non est danda capto in flagranti crimine.*
3 *Ordo iuris non est seruādus in capto in flagranti crimine.*
4 *Appellatio non admittitur in flagranti crimine.*
5 *Capi à quocunque potest repertus in flagranti crimine.*
6 *Clericus in flagrāti repertus, potest per laicum capi, vt portetur ad ecclesiasticum.*
7 *Testes idonei sunt illi, qui capiunt aliquem in flagranti contrà eum.*
8 *Copia repertorum non datur capto in flagranti.*
9 *Captus in flagranti quis dicatur. & nu. 10. & 11.*
12 *Ordo procedendi contrà captum in flagranti crimine.*

FISCVS.

1 VLTRA prædicta prætenditur
hunc Inquisitum in nōnullis cri-
minibus & delictis fuisse captum
in flagranti crimine: quo casu de-
bet ꝓcedi ad condēnationē absq;
processu, & ex abrupto. secundùm
Mar. in l. vnius. §. cogniturum. ff.
de q. in pen. col. & Alex. in consil.
cclxxv. viso themate, j. col. 2. lib.
& Ange. in lib. male. in verbo, che
me hai adulterata la mia donna:
col. xvij. vers. quid si pater vel ma
ritus. & Mar. in l. vnica. xviij. col.
nu. 95. C. de rap. uir. & in indiui-
duo decidit const. regni incip. iu-
stitiarij non per Calē. vt ibi ꝑ Af
2 flic. in 4. no.†Et intantū hoc pro-
cedit, vt nec sit ipsi danda aliqua
defensio. secundū Par. de Put. in
tra. syn. in verbo cōdemnatio. in
tit. an potestas. fo. 83. in paruo vo
lu. & firmat Bald. secundùm eū in
l. j. C. qui accus. non pos. & in l. si
quis nō dicam rapere. C. de episc.
3 & cleri.† Nec debet seruari ordo
iuris: imò ordo est, ordinē non ser
uare: vt plenè dicit Ang. in lib. ma
le. in ver. etiam per modum noto-
rii. & per Feli. in c. euidētia. de ac
cu. & in c. cum non ab hoīe. de iu
di. & nouissimè pulchrè per Do.
Grāma. in deci. 36. nu. 78. cum plu
4 ribus sequētibus.† Item, in talib⁹
non admittitur appellatio ad esse
ctū, vt iudex à quo tenetur tenea-
tur

tur deferre appellationi: sed benè, vt iudex appellationis cognoscere possit de ipsa appellatione, an sit admittenda, vel respuenda. per no. in c. pastoralis. de appel. & per Glo. in verbo, oneramus. in cle. j. de iure patro. vt dicit etiam Grāma. in suprà alleg. dec. nu. 78.
5 † Itē adeò sunt vera prædicta, vt de iure permittatur vnicuiq;, ad quem spectat, capere repertū in flagrāti crimine, dūmodò portet eū ad iudicem. vt est tex. in l. raptores. C. epis. & cleri. & voluit And. de Ise. in d. consti. iustitiarii nō per Cal. in 4. no. imò etiā permittatˆ aliis, ad quos nō spectat. per l. iij. ff. de fur. & l. defensores. C. de defenso.
6 ciuit. † Imò licet aliàs clericus nō possit capi etiā per iudicem laicū, nisi cū licentia superioris: tamen cū fuerit repertus in flagrāti crimine, etiā priuata persona pōt eū capere: dūmodò portetur ad iudicem ecclesiasticū. secundū Ange. in li. male. in verbo fama publica. versi. nono no. & dicit hanc fuisse doctrinam Inno. in c. vt famæ. de sen. excō. & tenet Bald. in c. j. de pa. iur. fir. & oēs Doct. quos vidi, mouētur per doctrinam. Inn. licèt possit dici, ꝙ ibi Inn. nō firmat pedes: imò allegatur pro contraria opinione, vt fateẗ Bal. in l. si qua per calūniam. C. de epis. & cler. vt per Barb. in addi. Bal. in d. l. si qua per calūniam. tamen ibi Barb. per alias authoritates firmat hāc opinionem, & precisè per doctrinam Abba. in c. cum nō ab hoīe. de iu di. & ibi Feli. col. j. in Glo. j. & ita concludit Par. de Put. in li. syndi. in verbo. clericus in fi. & Affli. in consti. iusticiarii nō per Calen. in 4. no. & Marsi. in con. cxxvi. in ij.
7 lib. num. 23. cum sequen. † Et illi, qui capiunt aliquem in flagranti crimine, sunt idonei testes contrà eum, qñ per alios probari nō pōt, & dictis testibus aliud non obstat secundùm And. de Iser. in consti. humanitate. & ibi Afflic. licèt in hoc multùm versari debeat solicitudo iudicis, qui debet modis om
8 nibus perquirere veritatem. † Nec etiā capto in flagrāti crimine datur copia repertorum: nec requiritur citatio ad sententiam: vt per Grāma. vbi suprà. nu. 71. cum se-
9 quentibus. ¶ In. Nullibi ex processu apparet captum fuisse in flagrāti crimine: & sic vera sunt prædicta, & benè procedunt in capto ni flagrāti crimine: sed cū ex processu minimè constet hoc: taliter, ꝙ possint verificari prædicta: ergo sequitur, ꝙ ex eis nō est fiēda vis: & vt cognoscatur hoc, prēmittendum est, ꝙ captus in flagranti ille dici pōt, qui in ipso actu deprehēsus erit: vel ille qui deprehēditur, antequàm veniret ad locum destinatum: vel cum latitaret, non ita longè post alio actu extraneo in medio nō existente, fuit repertus vt benè declarat Andr. de Iser. in d. consti. iustitiarii non per Calē.
10 post Glos. † Et ea sunt delicta flagrantia, & sunt notoria adeò, vt si ne accusatore possint puniri: vt habetur in l. ea quidem. C. de accusa. & ideò est, quia nulla tergiuersatione celari possunt: vt dicit tex. in d. consti. iustitiarii nō per
11 Calendas. † Et quando sic captus esset, fateor, ꝙ procederent prædicta. sed in casu nostro nō ita fuit captus: sed fuit captus cum rebus furto subtractis longè post furtū cōmissum: & postquàm peruenit ad

ad locum destinatū:& constat ad dictum locum destinatū reposuisse dictas res: & actus extraneus in medio interuenit,cùm statim vbi venisset ad locum destinatum,reposuit res ibidem, demum exiuit foras,& emit res comestibiles: & reuersus comedit, & fuit captus: & sic, si talis potest dici captus in flagrāti, iudicet dominus Iudex, qui habet cuncta rimari. ¶Iv. Optimè fundat intentionem suam Inquisitus: & procedunt de iure allegata per eum. sed quia ex facto ius oritur.l. si ex plagiis.§. in cliuo.ff. ad l. Aquil. ideò variato facto,variatur ius.cōcludo igitur ꝙ non potest dici captus in flagrāti.

12 †Et vt sciatis,qualiter procedatur contrà captum in flagrāti crimine,est sciendum,ꝙ aut quis deprehenditur in flagranti crimine per officiales ad hoc deputatos: aut per alios,vtputa, consanguineos & amicos. primo casu, præsentato & exhibito capto coram iudice, scribatur actus præsentis causę hoc ordine:Die,&c.coram, &c.cōparuit T. barrigellus & capitaneus ad maleficos capiendos cum suis satellitibus,& sodalibus: & ipsi curiæ præsentauit T. reum præsentem, audientem, & intelligentem:quem cum suis sodalibus & aliis deprehendit occidisse talem:& ipsum in ipso actu homicidii, alio actu extraneo in medio non interueniente,cepit in tali loco hodiè prædicto die de præsenti mense,&c. regnantibus,&c. dominante,&c.sub præsidatu,&c. & captum in vestris fortiis, reduxit & asportauit, vt sic possit contrà ipsum procedi, vt iuris erit, &c. quo facto statim examinentur testes,barrigellus,& sodales, & alii, si haberi possint, in præsentia illius capti audientis,uidētis, & intelligentis:qui testes dicant vidisse, & captum fuisse per familiam curiæ in ipso actu homicidii ilicò, & nullo temporis interuallo interueniente: sic captum & carceratum statim in fortiis curiæ fuisse redactum,& asportatū,præsentibus T.& T. examinatisq; testibus, examinetur statim principalis,si videtur super omnibus interrogatoriis,interrogādo de nomine & cognomine: & quare sic captus reperiatur,vbi & per quos captus fuerit: & an commiserit delictum, de quo inculpatur: & aliàs, vt natura facti expoposcerit:qui si confitetur delictum,scribatur eius confessio sigillatim, & particulariter: qua confessione facta, iudex eum ilicò condemnet, & exequatur sententiam, etiā nullo termino dato ad se defendendum:quia secundùm Bald.in l. vt vim.ff. de iusti. & iur. non datur terminus capto ad se defendendum ratione flagrantis delicti: & hoc benè procedit retentis termini nis quæstionis quādo capitur per officiales ad hoc deputatos:secundùm And.de Iser.in consti.humanitate.& habetur per Afflic.in d. consti. iusticiarii non per Calendas.in 4.no. non autem quādo capitur per alios.vnum tamen dicerem in hoc,ꝙ dictum Bal. fundatur in l.iij.§.si ad diē.ff. de re milita.& tamen si rectè inspiciatur ille tex.videtur dicerè oppositum: cùm ibi dicatur, ꝙ non obstante, quòd constet aliquem non venisse die statuta, non potest condemnari,nisi dato termino ad docendum,

cendum, num iustè fuerit impeditus. sed pro Bald. potest dici, quod eius dictum procedat, quando per captum in flagranti nulla defensio allegatur: & constat ei nullam defensionem competere: & nō petitur terminus ad se defendendū. aliàs autem ego dubitarem seruare dictum Bald. simpliciter. & mihi uidetur, quòd Andr. de Iser. in d. consti. humanitate. in pen. col. uersi. si autem uoluerit se defendere. tenet oppositum, dum dicit: quod si captus in flagranti uoluerit se defendere, ut quòd fecit ad sui defensionem, uel quòd testes sunt sibi inimici, uel aliter, tunc audietur: & allegat text. in d.l. ea quidem. C. de accu. ibi: uerùm falsis necnon notoriis. super quo cogitandum est, cùm casus euenerit. Si autem neget delictum, tunc faciat affrontationem cum testibus lecta & diuulgarisata eisdem eorum depositionem, ipso capto uidente, audiente, & intelligente: & ipso in negatione persistente, dicat iudex ipsi capto, quòd testes omnes, ut audiuit & uidit, dicunt eum cōmisisse delictum, & fuisse captum in flagranti crimine: & iterum eo negante faciat publicationem in ipso processu: & demū ipsum tormentis subiiciat ad sciēdum qualitates delicti, cōplices, & fautores, citrà præiudiciū plenè probatorum, & sic absque aliquo ordine iudiciario: ut etiā statuit ca. regni incip. tormentis. & licèt suprà dixerim, dari defensiones, & terminum ad se defendendum: tamen quotidiè practicatur dictum Bald. in d. l. ut uim. intelligendo secundum Iserni. & Afflic. ubi suprà. uerùm ut dicit Iser. quādo allegatur aliqua defensio, ut quia dicat delictum fecisse ad defensionem: uel quòd testes sint sibi inimici, debet iudex ab eisdē testibus se īformare de allegatis: & in acta redigat: & si constiterit esse uera, ipsum audiat: si autem constiterit non esse uera, procedat ut suprà, nulla dilatione data, vt dixi. & si in tortura confiteatur, die sequenti ratificari faciat: & demum procedat ad condemnationem, & executionē iustitiæ, non obstante appelatione forte fienda, cùm non debeat admitti: nec data aliqua dilatione. si uerò adhuc induratus persistit ī negando, tunc, quia conuictus est, captus in flagranti esse, condemnet ipsum prius data ei dilatione ad se defendendum. secūdùm Affli. in d. consti. humanitate. & nihil probante ad suam defensionē in termino. secūdo uerò casu principali, quando captus est per consanguineos & amicos, & alios: quàm per officiales, tunc per omnia seruanda sunt prædicta: sed cum maiori moderantia debet procedere iudex, dando dilationes, & non respuēdo omnino defensiones, quæ offerūtur ad exclusionem delicti. sed iudex ex officio inquirat, nū ea, quæ allegantur ad defensionē, vera sint: & consideret, quanta fides sit testibus adhibēda: & num uerosimilia sint: & sit in hoc ualde circunspectus, ne damnet animam & corpus. regulariter enim ut dixi reperto in flagranti crimine, non datur terminus ad se defendendum: nec etiam datur copia repertorum, ut suprà dixit Fiscus, & est uerum, ut ego dixi.

¶ Item

¶ Item quòd est notorius delinquens. Rub.

SVMMARIVM.

¶ FISCVS.

SI rectè inspiciatur ꝓcessus, constat eundem inquisitum esse notorium delinquentem in nonnullis criminibus & delictis.
1 † Quo casu debet procedi ad cōdemnationem absque aliquo ordine iuris. secundùm Spec. in ti. de expen. §. fi. in fi. & Bal. in l. cū fratre. C. ad Syl. & Abb. in c. quia clerici. de iure patro. & Alex. ī l. ij. §. si publico. de adulter. & Bal. ī l. postquàm. C. de pact. & in l. j. C. de iudi. & Bart. in l. j. §. fi. de uar. cognitio.

cognitio. † Adeò, ut dicat Bald. in l. milites. C. de q. quòd nec debeat procedi, nec habeat locũ tortura: sed sola cõdenatio. quia cũ tortura detur ad inuestigandam ueritatem, ueritate manifesta & notoria non habet locum tortu-
3 ra. † Et notoriè criminosus potest absque accusatore, & denuntiatore condemnari ex solo officio iudicis. l. ea quidem. C. de accu. l. ij. §. si publico. ff. de adulter. & l. congruit. ff. de Offic. præsi. & latè prosequitur Anto. de But. in trac. de notorio. in 4. articulo, in
4 prin. † Licèt debeant fieri aliqua capitula seu aliqua facti narratio, ut sciat reus id, super quo inquiritur: & id exponi secundũ Innocen. in c. tua. in Glo. magna. in uerbo, itẽ dicim⁹. & sequitur Anto. de But. in trac. suprà allega. in
5 4. arti. nu. 19. † Nec etiam requiritur litis cõtestatio secundũ cõmunem sentẽtiam, in casibus maximè, in quibus ex officio proceditur: & idem in casibus, in quib⁹ ex officio procedi nõ potest: nec attingunt materiam peccati: sed agitur ad commodum priuatum: siue agatur in absentem, siue in præsentem: & quæcunque sit species notorii facti, siue interpellati, siue momentanei, siue continui: & ita concludit relatis pluribus opinionibus Anto. de But. in d. tra. de noto. in 4. arti. nu. 25. cũ
6 sequentibus. † Sed iudex examinato reo super crimine & qualitate notorii, ipsum potest condemnare statim, si confitebitur: & si negauerit, & allegauerit aliquas defensiones seu excusationes, ipsas audiat & recipiat. sententia tamen nõ dicetur nulla ex sola omissione admissionis defensionum: sed benè dicetur iniusta: nisi aliter euidẽter pateat, causæ cognitionẽ esse exclusam: & hoc, quia multa possent iudicem mouere, quæ non patent: ut in c. in præsentia. extrà de probat. & ita firmat Ant. de But. in c. ecclesia Sãctæ Mariæ. extrà. de consti. & in tra. de notorio. in 4. arti. nu.
7 28. & 29. † Nec obstat, si dicatur, ꝙ nõ fuit datus terminus ad faciendas defẽsiones. quia licèt regulariter debeat dari termin⁹ ad se defendẽdũ: tamẽ quando eiuscemodi est factũ, ĩ quo nõ cadat defensio & excusatio, tũc nulla datur dilatio. secũdũ Gemi. in c. ordinarii. §. j. de offi. ordina. ĩ vj. & pulchrè per Feli. in c. cũ nõ ab homine de iudi. nu. 11. & nu. 10. & ꝑ Grãma. in decisi. 36. n. 57. cùm ergo ex ꝓcessu apparet esse tale factũ ĩ quo nulla cadit defensio, nõ
8 debet dari dilatio. † Nec etiã notorio delinquẽti debet copia repertorum tradi. secũdum Ang. de Are. in lib. malefi. in uerbo, etiam per modum notorii. & sequitur Gramma. in decisio. 36. nu. 56.
9 † Nec ĩ aliquo obstare potest, ꝙ plures fuerũt oppositæ exceptiones, & eas nõ admisit iudex. quia respõdeo: ꝙ cùm sint notoriè friuolæ, debuit illas iudex repellere. l. ij. C. de fal. c. post electionẽ. extrà. de cõce. præbẽ. c. bone. extrà. de postula. prælato. el. j. & plenè per Anto. de Butri. in loco suprà
10 allega. in 4. art. nu. 48. † Nec etiã obstat, quòd nõ constat in actis probatam esse occisionem: & sic ipsum factum principale. quia dico, quòd notorium, nõ eget probatione. l. emptorẽ. in prin. & §. j. & ibi

& ibi Bar. ff. de actio. emp. l. ea quidē. & ibi Bal. C. de accus. c. iij. de testi. cogē. c. euidētia. de accu. sa. Bar. ī l. j. C. qui, & aduer. quos. sed sat erit, si probetur notorium esse. secundū Glo. no. in c. ad nostrā. extrà. de empt. & uēditio. & in c. consuluit. de appel. probato enim, quòd notoriū est, quòd Titius occidit Seium, nō est probāda occisio, quę est notoria. l. si uerò. §. j. cum Gl. ff. qui satis. cogā. & in l. ea quidem. C. de accu.

11 ¶ INQVISITVS. † Facilis est respōsio ad obiecta tua domine Fisce. dico enim ex pluribus ex processu apparētibus, & ī iure notis, nō obstare. & primò dico nō esse notoriū: quod quidē triplex est: notoriū facti, iuris, & pſumptionis. primū autē notorium habet tres species. aliud enim dicitur notorium facti actu transeuntis, seu cōtinens actū momentaneū, id quod idem est: aliud est notoriū facti interpellati: aliud est notoriū facti permanētis: ut benè declarat Ant. de But. ī trac. de not. parte alle. ī pri. arti. nu. 12. omissis autem aliis speciebus notorii, quia nō faciūt ad rē nostrā, hic si notoriū dici potest, est notorium actu trāseuntis: cùm sit de homi-

12 cidio. † Vt uerò dicatur cōcludēter probatū esse notorium requiritur, ut testes cōcludant notoriū esse ratione loci: quippè, ꝙ fuit factum in loco publico & patēti: ratione personarū, quòd fuit in cōspectu totius populi, uel maioris partis ipsius: ratiōe tēporis, quòd fuit de die, & non de nocte: & ut cōcludant, ꝙ est adeò publicū & notorium, ut totus populus, seu maior pars ipsi⁹ possit esse testis: & debent etiam taliter testes deponere, ut cōcludant facti certi scientiam populi, uel maioris partis: hoc autem concludere non possunt, nisi uiderint populū uel maiorē partem populi facto præsentē: nec sufficit, si dicāt, se audiuisse dici à populo. quia sic deponerent de eo, quòd perciperent sensum alterius. & hoc procedit, quādo delictū est recēs. quia si esset antiquum, sufficeret, si dicant & cōcludāt de auditu: ut no. extrà. de uerbo. signi. li. vj. c. ueniēs & ꝑ Ant. de Butr. in c. quid ꝑ nouale. eo. ti. cū ergo ī casu nostro homicidium prætēdatur factū in domo, & de nocte, nō potest dici

13 notorium. † Præterea ad hoc, ut iudex possit ꝓcedere super notorio tāquàm in notorio, debet antè omnia se informare de qualitate notorii, omissis omnibus opinionibus. Docto. & sequēdo communē sentētiam. si uerò qualitas notorii exigatur ad fundādā potestatē iudicis, & eius iurisdictionē (quia certè sūt casus, ī quibus ex ui notorii iudex cognoscere pōt) tūc ad hoc, ut possit procedere, est necesse, ꝙ cōstet de qualitate notorii, tanquàm fundāte eius iurisdictionē. & hoc habet locū etiāsi nō negetur notorium: sed si negetur notoriū, recurrendū est ad Gl. c. j. de electio. li. vj. ut se informet super hoc summarie: ut uideat, an sit iudex: & secūdū quod inuenit, ꝓcedat, uel nō procedat. ut l. si quis ex aliena. ff. de iudi. c. super literis. x̄ de rescri. si uerò allegetur aliqua defensio vel excusatio, adhuc sufficit iudici factū principale fore notoriū, nō attēta obūbratione accidentali circunstantiarum,

cunstantiarum, ut ipse possit super notorio procedere. & quidē aliter hoc casu processus non ualeret, nisi habita informatione super notorio. quandoque qualitas notorii exigitur solùm ratione ꝓcessus, ut iudex possit uia extraordinaria, & iuris ordine non seruato, procedere. & tunc si iudex elegit procedere uia ordinaria, & iuris ordine seruato, ac si non foret notorium, non est necesse capere informationem de qualitate notorii. sed si elegit procedere uia extraordinaria, ubi potest, tunc iura & legistæ exigūt, quòd sit notorium, & quòd iudici cōstet: & sic est necesse, quòd capiatur informatio de qualitate ipsa: & sic intelligitur Gloss. in l. j. C. qui & aduer. quos. & in l. iij. §. eiusdē. ff. de testi. & sequitur Gratia. in ii. q. j. §. quando autem. & tenet Gloss. in c. ad nostram. extrà. de iureiuran. & sic dicunt Doct. practicari. l. ea quidem. C. de accu. nam de notorio, uel delicto non stabitur dicto denuntiantis: sed se informabit iudex super notorio, & posteà procedet ad dictum eius: & si aliter fiat, ꝓcessus est nullus eo casu, quando qualitas notorii exigitur ad fundandam iurisdictionem, & proceditur in absentem, uel in præsentem negantem. sed si proceditur in præsentem non negantem notorium, tunc ualet processus: quia ea, quæ ponītur in libello, quoad modum procedendi, habentur pro ueris, ex quò per partes non negantur, etiam quo ad fundandam potestatem iudicis: ut dicit Inno. in c. cæterum. extrà. de iudi. & c. si clericus. & c. conquestus. extrà. de foro competen. & l. cum quædam puella. ff. de iur. omn. iud. sed ubi exigitur qualitas notorii quo ad modum procedendi, tunc si non præcedit dicta informatio, processus erit nullus: & ita in prædictis omnibus post relatas plures opiniones, firmat iuris esse Anto. de Butri. in tra. de noto. in 4. articul. nu. 29. & 40. cum intermedijs. & Aret. in consi. clxiij. incip. sicùt Ioannes dicit in Apocalyp. cum autē hic fuit processum iuris ordine non seruato ex ui notorii, 1
nō cōstito priùs de qualitate no-
14 torii: ergo, &c. † Prætereà ex alio non obstant prædicta, ex eo, quia nulla in actis apparet facta pronuntiatio, delictum esse notorium, & uelut in notorio esse procedendum: cum id de iure requiritur, siue negetur esse notorium: siue non negetur: ut not. Abb. in c. ad nostram. el. iij. extrà de iur. iuran. & Cardi. in cle. pastoralis, in prin. 17. nota. & sequitur Grāma. in decisio. 65. nu. 12. & uidetur transire cū ista opinione Afflict. in cōsti. humanitate. in viij. no. & Gādi. in ope. male. in titu. quo. pro. quando cri. est noto. & hoc ad cautelam, & debet audiri pars: ut consuluit Aret. in d. cōs. 2
clxiij. quo pronuntiato, quòd sit notorium. ex tunc iudex procedat non seruato iuris ordine: nisi ab hac declaratione extitisset appellatum, quia potest appellari. secundùm Gandi. ubi supra, sed Salic. in l. ea quidem quæ. C. de accu. tenet, quòd tunc est necessaria pronuntiatio, si negetur noto-
15 rium ¶ Ivd. † Sat benè confutasti Fisci opinionem, & ex processu

cessu liquet, non esse notorium: quocirca non opus est, vt ultrà procedas, sed ut aliqua sup isto notorio dicam, patiẽter audiatis, quia tradam uobis modum & formam procedendi super eo: quæ erit, hæc: Coràm uobis magnifico Straticoto Salerni comparet Tit. denuntiator, & dicit hodiè prædicto die fuisse commissum homicidium in platea publica huius ciuitatis, in personam talis ibi astãtis sub protectione Dei, & regiæ maiestatis, per Tit. suis iuribus non contentum, & animo diabolico ĩstigatum, temere, dolosè, sciẽter, & appensatè, regnantibus, &c. dominante, &c. sub præsidatu, &c. de anno, &c. de præsenti mense, & in conspectu totius populi ibi tũc temporis existentis, seu maioris partis ipsius: adeò, quòd est publicum, notorium, & manifestũ dictum homicidium: & fore patratum & commissum per d. talem: & uniuersus populus seu eius maior pars poterit esse testis de hoc: ita quòd nulla tergiuersatione celari potest, & tanquàm contrà notorium criminosum & delinquẽtem debet procedi omisso iuris ordine: cùm in talibus ordo est ordinẽ non seruare. quocircà ipse vestræ curiæ denunciat, ut ualeatis de iustitia prouidere. præcedente autẽ hac denunciatione, iudex capiat informationem: & si uult procedere uia extràordinaria ex ui notorij, & tunc aut præsens sit reus, aut absens, primo casu in sua præsentia examinet testes de qualitate notorii, qui taliter deponãt, vt concludant notorium esse ratione loci, uidelicet, quod fuit in loco publico, vbi singuli, & omnes de ciuitate conuenire solent: ratione personarum, quod fuit in conspectu totius populi, uel maioris partis ipsius: & ratione temporis, quod fuit de die, & hora, qua totus populus, seu maior pars ibi conuenerat, & debent concludere dicti testes causam scientiæ ex uisu: taliter, quod habeant certi facti scientiã: videlicet, concludendo, quòd uiderint totum populum, uel maiorem partem populi facto præsentem. nec sufficit, si dicant audiuisse dici à populo, quod fuit præsens, quia sic deponerent de eo, quod perciperent sensu alterius: quod non sufficit, quando delictum est recens: si uerò esset antiquum, benè sufficeret: ut no. extrà de uerb. signi. li. vj. c. ueniens. & per Ant. de Bu. in c. quid per nouale. eo. tit. & ad faciẽdam fidẽ de notorio sufficit, si testes deponant de præsentia populi in facto: licèt non deponãt directè de facto. & hoc põt cõtingere, qñ testes uiderunt magnũ tumultum, ad quem totus populus, seu eius maior pars conuenerat, & post commissum homicidiũ sedato tumultu uiderunt Titium captũ, qui publicè dicebat cõmisisse dictum homicidium: vel qñ uiderunt Titium inde aufugientẽ cum gladio sanguinolento, & publicè ferebatur, ipsum commisisse dictũ homicidiũ. nã licèt testes ipsi non uiderint actum occisionis: tamen
16 sufficit. † Et ad faciendam fidẽ de notorio sufficit examinari duos testes: vt est Gloss. ij. q. j. c. Deus omnipotens. §. quando autem. & no. Archi. in c. j. li. vj. extrà. de off.
17 deleg. † Sed est aduertendum, quòd ad hoc, ut dicatur notorium, est necesse, quòd omniũ sit

P notitia

notitia de ciuitate, uel maioris partis eorum. maior autẽ pars potest esse minoris numeri, quàm decem. porrò si factum est prorsus notabile & arduum, tunc notitia totius populi ciuitatis exigitur, si modò in ciuitate id sit patratum: & si i uilla, uel castro, toti⁹ castri, vel uillæ: si autem sit factum non ita grande & arduum, ut planè in notitiam totius ciuitatis, uillę, vel castri debeat transire, tunc sufficit, si uniuersæ viciniæ populo innotescat. quare cùm cócubinatus presbyteri alicuius facilè nõ posset transire in notitiam totius ciuitatis, sufficit, si innotescat uniuerso populo suæ parochiæ, uel eius, in qua concubinatum agit; vel uniuerso populo illi⁹ uiciniæ, non tamen possunt esse pauciores

18 numero, quàm decem. †Et sic debet iudex examinare omnes de illa uicinia, vel parochia, vbi delictum est commissum: ut sic appareat esse notoriũ absque alia probatione. & est optima cautela tradita per Sali. in l. ea quidem quæ. C. de accusa. nu. 91. & nu. 82. in fi. & prædicta tenet Sali. ibi; post relatas plures opiniones ex mẽte o-

19 mnium, & sic est seruandum. †Capta autem informatione, ut dictũ est, debet examinari reus super omnib⁹ interrogatoriis necessariis ad factum, super quo proceditur: & si confitebitur, damnandus erit aliquo iuris ordine nõ requisito: si autem negauerit, tunc nulla facta litis contestatione, quæ in notorio non exigitur, ut suprà demõstrauit Fiscus: si est factum, in quo nulla cadit defensio seu excusatio, nec aliqua allegatur, etiã nulla data dilatione ad cõdemnationem procedendum est, ut etiã suprà dictũ est: si uerò aliqua excusatio, vel defensio fuerit allegata, quam uiderit iudex posse competere: uel est factum, in quo potest cadere defensio & excusatio, licèt non allegetur, tunc iudex statuat ei competentem terminum ad se defendendum: & licèt petierit copiam repertorum, non est danda, vt suprà dictum fuit: & si uiderit iudex opponi exceptiones notoriè friuolas, eas repellere debet ex officio suo. l. secunda. C. de fal. &

20 suprà dictum fuit. †Demum procedatur ad sententiam condemnatoriam, quæ requiritur in isto casu: licèt non in scriptis, & cum solennitate, de qua in c. fi. de re iud. li. vj. & in tit. de senten. ex breuic. recitan. C. per totum; & tenet Archidia. in ij. q. j. c. quæ Lotharius. super Gl. & in c. fœlicis. in verbo. pontificiali. ad fi. Gl. magnæ & sequitur plenè Anto. de Butri. ubi suprà. nu. 15. sed poterit saltem notificari delinquenti, quòd mittitur ad supplicium pro tali causa; ut sic habetur loco condemnationis: sicut dicimus in confesso, vt dixi in prima parte tertiæ partis

21 principalis. nu. 98. †Et si appellabitur, non debet admitti eius appellatio; ut traditur in c. cum sit Romana c. peruenit. c. consuluit. extrà de appel. vbi Philip. Fran. & Dec. est tex. & Glo. in c. Romana. §. si autem. de appe. in vj. Bal. in l. addictos. C. de epis. audien. & in l. addictos. C. de appella. Alex. post Bar. in l. constitutiones. ff. de app. Panor. in c. quàm perniciosum. de vsur. Ange. in lib. malefi. in uerbo, præsente Caio & appellante.

22 † Sed hoc est verum, & procedit

dit in sententia condemnatoria super ipso crimine: sed si appellatur antè sententiam propter defensiones probabiles & excusabiles, quas non admittit iudex, potest appellari: & appellatio est admittenda quo ad oēm effectum. & ita intelligit Ant. de But. in d. tract. de noto. cri. in iiij. artic. num. 53.

23 †Si uerò proceditur ī absentem. in casibus, in quibus ad definitiuā procedi potest contrà absentem: hoc casu omissis omnib. aliis opinionibus placet mihi opinio Sali. in d. l. ea quidem. C. de accus. ubi distinguit, quòd aut agitur ad repellendum: aut ad puniendum. primo casu aut à quæsitis, aut quærēdis. primo casu est necesse, ꝙ ipse delinquens citetur. aliàs non præcedente citatione, non potest procedi contrà eum: licèt sit notoriū crimen. secundo casu non est necesse, quòd citetur: sed ille, qui habebat aliquid concedere ipsi absenti, vel ipsum confirmare, potest illum repellere, ut notorium criminosum. si uerò agitur ad puniēdum, est distinguendum inter citationem realem, & uerbalem. quādo igitur est periculum in mora, tunc statim debet fieri realis citatio uerbali omissa: si autem periculum non est in mora: uel quia realis est impossibilis (quia ille iā aufugit) tunc citatio uerbalis est necessaria: vel quia crimen est tale, in quo contrà absentes non potest procedi ad definitiuam, & tūc est necessaria citatio propter annotationem bonorum, ad quam aliter perueniri non potest: aut demum quia sumus in casu, in quo ipse procedit contrà absentem: & idem est, quia hæc sunt compatibilia: delictum ab alio esse commissum: & notorium esse: & tamē illud esse impunibile: puta, si merentem occidit, vel bannitum. igitur ne huiusmodi defensiones auferantur, debet ipse citari: maximè, quia de magno prēiudicio tractatur. & ita residet, & placet mihi eius opinio. & sic capta informatione contrà absentem, & constito de qualitate notorii, debet expediri citatio ad informandum curiam, ad recipiendum copiā capitulorum: ad uidendum iuramenta testium: publicationem fiendā. & ultimo loco ad audiendum sententiā, seu dicatur ad oēs seu singulos actus usque ad sententiæ prolationem inclusiuè: quod idē est: & tunc procedatur ad repetitionem testiū examinatorum, fiatq; publicatio processus, ac si reus esset præsens. & demum ad sententiæ prolationē procedat, ut iuris erit.

24 †Et est sciendum, ꝙ quādo negat notorium per delinquentem, est distinguendum, ꝙ aliqn̄ negatur factum: non tamen qualitas facti: & tunc per negationem non efficitur res dubia propter virtutē notorij. c. ad decimas. extrà. de resti. spolia. lib. vj. & per Inno. in c. uenerabili. extrà. de censi. & c. ex parte. extrà. de verb. signifi. & per Gl. c. j. de offic. deleg. lib. vj. & tenet Do. de Rot. in decisi. 322. sed hoc procedit, nisi negatio habeat aliquam causam annexam, & euidentem. ut d. c. ad decimas. talis enim negatio habens notorium contrà te, non est probabilis. & negatio tunc demum facit rem dubiam, quando est probabilis. quandoque negatur notorium tantùm, & sic qualitas notorii: &

tunc oportet, quòd probetur illud notoriũ esse iudici, ut suprà dixi.
25 † Si uerò allegentur aliquæ circunstantiæ, talis allegatio nõ infi cit notorium, nec effectus procedẽdi super notorio: attendi enim debet regulariter natura facti: & sic si factum sui natura arguit maleficium, erit maleficium notoriũ: si uerò factum arguit bonum, erit & notorium bonum, non attentis circunstantiis extrinsecis, & accidentalibus, quæ habent se ad esse, & non esse: ponderatur enim factum secundum naturalẽ cursum ipsius. ut l. suus quoq;. ff. de hære. insti. §. fi. & l. j. C. ad l. Cor. de fica.
26 † In notoriis uerò actus permanẽtis, & interpellati similiter procedatur: licèt in notorio facti permanentis dicat Bal. in d. l. ea, quæ. viii. col. quòd nullus ordo est seruandus, sed dicendum erit, ꝙ aut est notoriũ iudici, & aliis, & tunc iuris ordo non est seruandus: aut est notorium aliis, & nõ iudici, vt iudici: & tunc est seruãdus ordo iuris, saltem quò ad probationem & examinationem, ne reo defensiones subtrahãtur. secundùm Gl. c. ad nostram. extrà. de iureiu. quã sequuntur cõmuniter Canonistæ, vt refert & sequitur Sali. in d. l. ea
27 quidẽ quæ. nu. 74. † Si uerò loquimur in notoriis iudicij (quòd est, quando iudice pro tribunali sedẽte, vel ius inter partes reddẽte, aliquis deliquit) tunc modus hic ꝓcedendi erit: iudex curabit scribi sub hac forma: hæc est annotatio, quæ fit per uiam & modum notorii contrà Titium, ex quo hodiè de præsentibus anno & mense in palatio, vbi curia regitur & regi solet, regnantibus, &c. dominante, &c. sub præsidatu, &c. curia ꝓ tribunali sedente, multis astantibus, dictus Titius suis iuribus non contentus, &c. alapam dedit Seio ibi astanti sub protectione Dei, & regiæ maiestatis, & dictæ curiæ: su per quibus omnibus fuit processum, ut infrà. & statim procedatur ad examinationem ipsius principalis, qui si confitebitur, statim condemnetur: si autem negauerit, examinentur in ipsius præsentia testes, qui uiderint: ac iis examinatis condemnetur, & dicti testes debent cõcludere, quòd illud tale sit dictum vel factum: & ꝙ uiderunt: & quòd curia pro tribunali sedente & multis astantibus. & ita docet practicari Luc. de Pen. i l. quoties. de dignita. lib. xij. quem refert & sequitur Par. de Pu. in li. syndica. in verbo, notorium. & debet fieri condemnatio, antequàm discedat ipse reus à tribunali, & præsentia iudicis: aliàs non posset condemnari absque citatione ad sententiam, & à tali condemnatione non potest appellari: nisi nimis ea fuerit seuera & acerba: vt habetur in l. abstinendum. C. quo. appella. & per Doct. in d. l. ea quidẽ. & habetur in l. executorem. C. de execut. re. iudi. & in l. ab executione. C. quo. appe. & Par. de Put. in loco suprà allega. † Sed an iudex possit se informare super ista qualitate notorij de plano, non citata parte: dicit idẽ Ant. de But. vbi suprà, quòd potest iudex de plano parte non citata, & testibus non iuratis receptis se informare de hac qualitate. & hoc per text. c. bonæ. extrà. de electio. & dicit idem uoluisse Inno. in fin. primæ Gloss. magnæ, & ibi allegat l. si uerò.

uerò. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satis. cogan. & extrà. de appella. c. interposita. §. fin. sed in contrarium consuluit Aret. in consil. clxiij. suprà allegato. vbi dicit in tali informatione debere citari partem, ex multis, de
29 quibus per eum. † Sed si quis in iudicio deliquerit, ubi nullus est testis, & notarius de mandato iudicis scripserit, illum deliquisse, dubitat Par. in loco, de quo suprà, an debeat fieri condemnatio: & an isto casu credatur actis: & tenet post multa, quòd non: licèt posteà dicat, quòd fauor iudicii, & uisio iudicis, ac odium delinquentis in tribunali operentur, ut credatur iudici, & nunc pendet in facto hic Salerni coràm me: ubi syndicum magnifici regij auditoris Ioannes Carolus Borda iure persequitur, quòd ab ipso multatus sit, quia in examine ipsius dixisset, rinegho de Dio che me ha despiaciuto: cum tamen id nullo, nisi magistri actorum scripturæ testimonio comprobaretur, ipseque negaret, sed cùm insuper scriptum sit, ipsum posteà, quid ita dixisset, interrogatum respondisse: che la colera ghe lo hauea fatto dire: uisum est, ipsius adesse confessionem. quo casu dixi benè fuisse prouisum: licèt renunciasset querulator, & non fuit deuentum ad senten-
30 tiam. † Et blasphemans Deum coràm iudice, potest ad pœnam pecuniariam puniri: ut habetur per Gloss. c. Deus omnipotens. in uerbo, iudicis. ij. quæstio. j. & in l. prima. C. qui & aduer. quos. & refert & sequitur Cassa. in consuetu. Burgu. in tit. lamende de simple rescousse. nume. 3. fol. 74. sed Gloss. illa non loquitur de blasphemante: sed generaliter de committente delictum coràm iudice. undè dubito propter regiam prag. qua cauetur pœnam non posse commutari in pecuniariam in blasphemia.

¶ Item quòd commisit crimen læsæ maiestatis. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Crimen læsæ maiestatis committit ille, qui mittit nuntiũ vel literas hostibus populi Romani. & nu.* 8.

2 *Socius criminis admittitur cõtrà socium criminis ĩ crimine læsæ maiestatis.*

3 *Testes singulares, & varij probant in crimine læsæ maiestatis.*

4 *Crimen læsæ maiestatis committit ille, qui mittit pecuniam hostibus populi Romani. & nu.* 9.

5 *Testes inhabiles & infames admittuntur in hoc crimine læsæ maiestatis. & nume.* 87. 108.

6 *Minores torquentur in hoc crimine læsæ maiestatis.*

7 *Crimen læsæ maiestatis committit ille, cuius opera iniussu prin*

 cipis

107 *Appellatio non permittitur in crimine læsæ maiestatis.*
108 *Quando infames, & alij ad testificandum non idonei, ad ferendum testimonium de crimine læsæ maiestatis admittantur.*

FISCVS.

1 ADHVC & alia longè maiora ex fabricato processu, si rectè inspiciatur, liquere dignoscūtur. apparet enim eundem intinctum esse crimine læsæ maiestatis:quod quidem quàm sit horrendum & atrox, nemo est qui nesciat: constat autem ex protestatis, eundē inquisitum misisse literas & nuntium hostibus & rebellibus Cæsareæ maiestatis:quo casu crimē læsæ maiestatis commisit: vt habetur in l.j.ff.ad l.Iul.maiesta. dum in indiuiduo dicit:item is, qui hostibus populi Romani nuntium
2 vel literas miserit.†Nec obstat, si dici potest. quòd ille, qui hoc deponit, sit socius criminis. quia dato, ꝙ hoc sit verum cogitari debet, quòd in hoc crimine socius criminis admittitur contrà sociū criminis:licèt aliàs sit secùs: vt in l.j.§.diuus.ff.de quest.& in l.quo
3 niam liberi.C.de testi. † Nec etiā obstare uidetur, ꝙ non sit contestis cū aliis testibus examinatis. quia in hoc crimine læsæ maiestatis non obstat singularitas testiū, nec etiam varietas:maximè, quando contrà aliquem inquiritur de crimine læsæ maiestatis in genere, non de aliquo facto specifico: vt hic factum fuit, cùm generaliter fuit inquisitus de hoc crimine læsæ maiestatis, & in ea informatione multa verificantur, quæ tendunt non ad vnum specificum actum criminis læsæ maiestatis, sed ad plura. & testes ipsi concurrūt, & se concordāt in eundem rei finem, quòd commisit crimen læsæ maiestatis. quo casu id sufficit, vt per multa latè concludit Marsi. in consi. pri. in pri. li. nu. 27. cum plu
4 ribus sequētibus. † Item constat, quòd dum esset in vrbe, pecuniam misit hostibus regiæ maiestatis, & sic crimen prædictum clarè commisit: vt habetur in l. iiij. ff. ad l.
5 Iul. maiesta.†Nec obstat, quòd testes hoc deponētes sint minores, quia in crimine læsæ maiestatis admittuntur testes aliàs inhabiles, & etiam infames: vt latè concludit Marsi. in consi. suprà allega
6 to.†Imò minores in hoc crimine torquentur, vt habetur in l. de mi
7 nore. ff. de quęst. † Item cōmisit crimen læsæ maiestatis eo, quia de eius consilio factū fuit, vt obsides iniussu principis aufugerent, & liberarentur. habetur in l. j. ff. ad le. Iul. ma. ex quibus omnibus simul iunctis debet ad mortē con
8 demnari. †IN. Sæpius dixi, quòd cautè procedētes priùs factum benè calculatum & ponderatū proponunt, ac ius postmodum ex eo eliciunt, cùm ex facto ius oriatur: quam ob rē cùm ex processu simpliciter constet de missione literarum, & nuntii, non potest dici cōmissum esse læsæ maiestatis crimen, non constito, quòd miserit literas vel nuntium hostibus, quibus denuntiaret, oportunitatem esse capiendi ciuitatem, & dominium illius, vel aliquid aliud machinandi

chinandi contrà regiam maiestatem aliàs si ad hunc finem nõ miserit, non incidit in crimen læsæ maiestatis. secundùm Marti. Lauden. in tra. de cri. lę. maie. §. ij. vbi dicit, quòd requiritur, quòd dolo sè mittat. & sequit Ludo. de Ro. in consi. ccclxv. in fi. & Cepol. in consi. xvij. col. vij. in prin. & Oldra. in consi. xxxxiij. in vj. qõ. & Boër. in tra. de seditio. in vj. præmisso. nu. xv.

9 †Quò verò ad id, qđ dicitur de pecunia hostibus missa, replicatur, quòd tunc dicendus solum est aliquis cõmisisse crimẽ læsæ maiestatis, quãdo probatum est, quòd sciuerit illum esse hostẽ, inimicum, & rebellem domini: puta, quia seruiret in armis, aut con silio contrà dominum. arg. text. l. diuus. ubi Bart. ff. de testa. mili. & uoluit Aymo. Creuet. in consi. vj. nu. 72. in pri. lib. item tunc quoque, quando constat, dedisse illũ pecuniam, uel aliter auxilium in damnum & præiudicium domini. aliàs enim, si tantùm cõstaret dedisse ipsum pecuniam, non esset cõcludenter probatum: ut habetur latè per eundem Aymo. in d. consi. vj. nu. 87. uersi. xj. arguitur. uide Fran. Cur. seni. in consil. xx. incip. sæpè numero. colu. xx.

10 †Quò uerò ad id, quod obiicitur, quòd de eius consilio factum fuit ut obsides iniussu principis aufugerent, respondeo, quòd nõ apparet probatum, quòd id factũ fuit dolo malo: ut requiritur ad hoc, ut committatur læsę maie. crimẽ. probatur d. l. j. ff. ad legem Iu. maiesta. quocircà pręsupponendo, dictum inquisitum dedisse consiliũ, ut dicti obsides asportarentur ad alium locum causa maioris securitatis: si posteà contrarium eueniat: videlicet, si in itinere aufugiant, aut aliter liberentur, satis defensionis erit, ꝙ dederat consilium ad bonum finem. nam vt sæpè dixi, nemo sic præsumitur delinquere. l. merito. ff. pro so. & sic res erit clarior. debuit enim concludi, ꝙ de eius cõsilio, animo, & proposito offendẽdi regiam maiestatem sciẽter & dolose actũ fuit, vt obsides iniussu principis liberarentur: proùt effectualiter liberati fuerũt: & sic cuncta non cõcludantur, sed simpliciter probetur, ꝙ etsi dederat consiliũ, vt obsides asportarentur de vna ciuitate ad aliam, & in itinere per hostes fuerint erepti, & sic res malè successerit: nõ tamen ob id cõstare, ꝙ dolosè id fecerit, id quod omninò requiritur, vt in crimẽ læsæ maiestatis quis incidat. cõsilium porrò illud oportebat esse bonũ, vel malum: sed debet præsumi bonũ legis authoritate, & fauore hominis: & debet interpretari ab hoĩe illo, qui cõsilium dedit: secundum Bal. in l. j. in v. col. versi. & no. qđ cõsilium. C. de ser. fugi. item cõsilium nõ obligat ad delictum: nisi procedat ad delictũ specificè: secũdùm eũdem Bal. in d. l. j. in ij. col. cum ergo non probetur, ꝙ fuerit datum cõsilium ad cõmittendum delictum, sequitur, ꝙ nõ potest dici, inquisitum deliquisse: & sic ex istis cessant allegata per fiscum.

11 ¶I v. †Equidem optimè, & cõcludenter in medium attulisti Inquisite, quæ pro te facere videntur: adeò, vt pro Fisco hucusque nihil video relictũ. Quare prosequere tu Fisce, si alia habes in hoc eodẽ crimine. ¶Fis. Alia quidem sunt

nam & hic in patria sua congregauit nonnullos hoïes armatos, qui paulopòst cõmota seditione in ciuitate irruperũt in nõnullas domos magnatũ illam sedare conantiũ,quo casu crimẽ læsæ maiestatis cõmisit: vt habetur in ea.l.
12 j.ff.ad le.Iul.maie. † Item similiter cõstat tractasse cum nõnullis exulibus & cõtumacibus, vt tẽpore aduentus hostium regiæ maiestatis sumerẽt arma aduersus eandem regiã maiestatem in fauorẽ hostium.& sic crimẽ læsæ maiestatis in pri.capite cõmisit:vt in d.l.
13 j. latiùs habetur. † Item cõmisit crimẽ prędictum ex alio,quia dederat cõsilium hostibus,vt si vellẽt victoriam obtinere,accederẽt ex tali latere ciuitatis, & ibi præliarẽtur,& sic in prædictũ crimen incidit in j.capi. vt in d.l.j. & ibi
14 per Docto. habetur. † Item vlteriùs cõstat,solicitasse ipsum & cõcitasse hostes, vt quàm ocyssimè possent, sumerent arma aduersus regiã maiestatem.quo casu crimẽ læsæ maiestatis in pri.capite commisit: vt l.iij. ff.ad l.Iul. maiesta.
15 † Item cõstat concitasse milites, & sodales exercitus regię maiestatis ad tumultum & seditionẽ aduersus ipsam regiam maiestatem, quo casu specificum crimen læsæ maiestatis in j.capi. cõmisit:vt in allegata l.j.cõtinetur. ff.eo.tit. & sic ex omnibus prædictis, & vnoquoq; ipsorum nõ video rationẽ, cur dici possit, nõ esse vltimo sup-
16 plicio plectẽdum. ¶ IN. † Ad hæc nouiter obiecta facilis est responsio.quatenus ergo dicitur,eundẽ inquisitum congregasse hoïes armatos in ciuitate, à quibus mota ac concitata seditione nõnulla loca occupata,& quędam alia facta crudeliter essent,sciẽdum est,non sic committi crimẽ læsæ maiestatis, nisi qñ id fiat in ciuitate Romana, vel alia non agnoscẽte superiorem:vt no. Gl.in d.l.j.ff.eo. titu.in verbo, in vrbe sint. & ibi
17 Bar.& Alexan.in addi. † Prætereà non apparet concludenter probatum, ꝙ dolo malo consilium initum sit, vt armati hoïes in ciuitate sint: vt cœtus cõuentusúe fiãt, & hoïes ad seditionem conuocentur,animo & intẽtione dictam ciuitatem debellandi,& vt principi auferatur.nam tunc dato, ꝙ prædicta nõ fuissent facta in vrbe vel ciuitate non cognoscẽte superiorem(vt suprà dixi) cõmittitur tamen crimẽ læsæ maiestatis, quia offenditur regia maiestas: vt plenè per Boër.in trac.de sedi.in vj. præsupposito per totũ per allegata per eum,& Bald.in consi.lix.in j.lib.& con.lviij. eo.lib.sed si fuerint congregati hoïes ad finẽ, vt cõmitteretur seditio, & sic dolo malo cõmittitur seditio tãtùm: si non ad finem occupãdi dominiũ eius ciuitatis:vel,vt ea debellare-
18 tur. † Imò etiam dico,ꝙ nec pœna seditionis posset plecti,stante, quia dicta congregatio gentium facta fuit ex priuata inimicitia, quã habebat ipse cum illis de Zechinis:& vt illi penitus extirparẽtur:& non animo committẽdi seditionem in ciuitate ipsa: vt voluit Boër.in tra.prædicto de sedi. in 4.præmisso circà finem.nec aliquid fuit secutum procedẽdo ad
19 aliquẽ actum. † Et ille dicitur propriè seditiosus, qui se ditionẽ vel proditionem tractat de aliqua ciuitate vel castro habendo: vel dãdo

do causam faciendi guerram con
trà publicam vtilitatē: vel tractat
facere nouitatem in ciuitate : vel
bonum publicū statum mutat:vel
tractat,vt fiat dominus terræ , vel
alterius loci.secūdum Bonifa. in
tract. criminū.in tit. de sedi.& fa
cit id,quod scribit Bald.in consi.
ccxxx.incip.decretū domini.vol.
j.& sequitur Boër. in d.tra. de se-
20 di.in 2.præsuppo.† Est enim sedi
tio quietis publicæ perturbatio.l.
21 j.&.2. C. de sedi. † Et licèt dicat
Ang.in.l.in eadem causa.ff.de vi.
pu.ꝙ congregās gentes animo &
proposito faciēdi seditionem , li-
cèt ad aliū actum non ꝓcesserit,
ꝙ teneatur eadem lege . attamen
pulchrè & latè id tetigit Nicolaus
Boër.in trac.de sedi.in vij.& vlti
mo præsuppo.nu.39. cum sequen
ti.& post multa videtur conclude
re contrariū: ꝙ non est admissum
22 crimē læsæ maiestatis.†Ad id ve-
rò,quod dicitur tractasse cū exuli
bus & contumacibus,vt tempore
aduentus hostium sumerēt arma,
& cetera:replicatur,ꝙ id non con
cludenter probatur. nam ad hoc,
vt læsæ maiestatis crimen cōmit-
tatur in eo,quod dicit̄,debet pro-
bari,ꝙ dolo malo id fecerit: vt re
quirit tex.in d.l.j.& sic, ꝙ tracta-
uit cū dictis contumacibus & exu
libus , seu eis cōsiliū dedit animo
& ꝓposito regiam maiestatē of-
fendendi,vt contrà ipsam regiam
maiestatem arma sumerent.quod
quidem minimè constat esse ꝓba
tum,cū solum probetur dixisse,ꝙ
tempore aduētus hostium regiæ
maiestatis deberent parati esse in
armis.Id.n.ad bonū,& malum fi-
nem accipi pōt:ad bonum , vt re-
giæ maiestati possit succurri : ad

malū , vt possint hostes adiuuari.
& cū duplex coniectura pōt sumi,
vna includēs delictum,alia exclu-
dens , debet attēdi illa exclusiua
delicti,vt sæpiùs dixi in præceden
23 tibus.†Quò verò ad id,quod di-
citur,dedisse consilium hostibus,
quo iuuari possunt aduersus regiā
maiestatē,respōdetur similiter nō
esse cōcludēter probatū, vt requi
rit tex.in d.l.j.dum dicit:item il-
le, qui dolo malo fecit , vt hostes
populi Ro.cōsilio iuuētur aduer-
sus rempublicā . nō.n.est probatū
dolo malo.i. animo & proposito
offendēdi regiā maiestatē (proùt
effectualiter offensa fuisset, & de
facili offendi poterat ex illo con-
silio) datū fuisse illud consilium ,
imò totū econtrà prętēditur,cùm
ciuitas ex nullo alio latere est for
tior & aptior ad resistēdum, q̄ ex
eo, quod nominatur in prætenso
cōsilio dato.& sic potius id videt̄
actū & consultū, vt hostes ipsi in-
ciderent in Scyllā cupiētes euita-
re Charybdim: & sic in fauorē ip
sius regiæ maiestatis. & ita præsu-
mendum est,vt euitetur delictum
24 l.merito. ff.pro soc. † Quatenus
verò dicitur solicitasse & cōcitas
se hostes, vt citius venirēt aduer-
sus regiā maiestatē,dicendum est
ex probatis & apparētibus in pro
cessu,potiùs id fuisse actum in vti
litatē regiæ maiestatis,q̄ in fauo-
rem hostium: cùm si eo tēpore ve
nissent hostes,ꝓculdubiò regalis
exercitus, qui tunc temporis erat
valde potēs,deuicisset eos: & si ni
mis tardassent,futurum erat sec᷒,
secundùm cōem opinionem om-
nium de cōsilio armorum: maxi-
mè, quia fuerit auditum pluries à
d.inquisito antè & pòst,se ob hāc
causam

causam solicitasse hostes sub specie amicitiæ, vt citius in laqueũ inciderent. & de iure fictio tunc reprobatur, qñ est mala: nõ quando est bona: vt hic. & ad bonum finem: vt in Cle. j. §. quia verò. & ibi Car. de sta. mona. † Nec obstat aliud, quod opponitur: videlicet, ꝙ cõcitauit milites sodales regalis exercitus ad tumultum, & seditionem aduersus regiam maiestatem: quia respõdetur, & dicitur, quòd nõ est cõcludenter probatum, & taliter, quòd inciderit in crimẽ læsæ maiestatis, quia licèt probetur dixisse militibus, ꝙ non deberet mirari regia maiestas, si milites & sodales cõmitterẽt seditionẽ & tumultum, postq̃ eis non soluuntur salaria: non tamen apparet id dixisse malo zelo, doloq; malo: vt requiritur ad hoc, vt crimen læsæ maiestatis cõmittatur: vt benè cõcludit Aym. Crane. in allegato consil. vj. pri. lib. nu. 87. potiùs enim id videtur dixisse, non vt concitaret milites ad tumultum: sed quia verẽdum erat de tumultu, & seditione ob nõ solutionem salarii: quasi diceret, ꝙ id nõ deberet cõmitti per regios officiales: quia potiùs deberẽt sodales, & milites lætos regere & intertenere, q̃ eos in iram & desperationem cõcitare. verba enim dubia intelliguntur secũdum intentionẽ ꝓferentis. secundùm Bal. & Doct. in c. si de beneficio. de concessio. præben. tãtò magis, quia in ꝓcedentibus uerbis, & rõnibus habitis, fuit ad hunc esse-ctum ualde dictum, & inclinatũ, de iure uerba generalia & obscura declarãtur per precedentia clara & aperta. l. Titius. §. Lucius. ff. de lib. & post. & ibi Bar. & l. legatorum. §. fi. & ibi Bar. de leg. ij. & l. si seruus plurium. §. fi. & l. qui. si liabus. de leg. j. & l. qui non militabat. §. Lucio. ff. de hære. insti.

26 † Nec enim est curandum de verbis, postquã constat de mente. l. quoniam indignum. & ibi Bal. in uersi. item no. el. j. C. de test. & in l. ij. in j. col. versi. not. quòd ubi C. communia de leg. habetur per Spe. in tit. de instr. edi. §. nunc aliqua. uersic. pone testator.

27 † Nec obstat, ꝙ multi sodales deponunt ꝙ ob illa uerba maxima ira accẽsi fuere: adeò, ꝙ ad seditionem & tumultum ipsos induxerũt, quia ad id est responsio, quòd uerba instituta sunt ideò, ut ꝑ ea quisq; proferat cogitationes suas in notitiã alterius: nõ ut se fallãt. undè uerborum color nõ debet attẽdi: sed ueritas cõsistẽs in cõtentione sermonis. secundùm Spe. in ti. de aduo. §. nunc de exordiis. uersi. aduocatus ergo cum. in vj. col. & uerba taliter ꝓlata debuerunt intelligi ciuiliter. l. si cui. de ser. & ibi Alex. & sic si aliter intellexerunt, id ꝓcessit ex malo aĩo, & dolo ipsorum. & quia qui uult diuertere ab amico, occasionẽ quærit: & nõ est imputãdum ei, qui bona fide uersatus fuit. & ad id, qđ suprà dixi, ꝙ potuit inquisitus absque metu incidẽdi in crimẽ læsæ maiestatis simulare se amicũ hostium, & eos solicitare ad bonum finẽ, adde uidendum d. Grãma. in deci. 18. incip. in cã magnifici ac strenui. nu. 6. cum seque.

28 † Et tantò magis prædicta oĩa non habẽt obstare, cùm constat curiæ omnes prædecessores inquisiti fuisse & esse fidelissimos Cæsareæ maiestatis

maiestatis, & semper fuisse secu-
tos partes dictæ Cæsa. maiestatis.
præsumendum enim est, eum non
esse dissimilem eorum: ut inquit
Spec. in proœmio suo. in versic.
cæterum. & habetur in l. quòd si
nolit. §. qui mancipia. ff. de ædi. e-
di. l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. &
firmat Neapoli. in consue. Neapo
li. & si testator. in versi. disponere.
& prosequitur latè Gramma. in d.
29 decisio. in principio. † Item con-
stat ipsummet nonnulla magnifi-
ca facta fecisse in fauorem regiæ
maiestatis. propter quæ uerosimi
liter expectabat præmium: undè
non sit præsumendum, uoluisse il-
lum diuertere à regis fidelitate, &
perdere quicquid gratiæ antè ꝑ-
meritus esset: concurrente maxi-
mè bona uita, fama, conscientia,
30 & legalitate ipsius. † Nec habet ei
obstare, quòd dum esset in urbe:
eoque aduenissent hostes, cum e-
isdem conuersatus fuerit. quia ad
id benè respondetur, quòd hoc nō
obstat, cum non ipse dolo malo
accesserit eò, ut ualeret conuersa
ri & commorari cum hostibus:
sed quæ ibi haberet negotia, exe-
queretur. si autem posteà ibi repe
rijt hostes, & cum eis conuersatus
fuit, non ob id commisit crimen
læsæ maiestatis: si modò cum ip-
sis non fuit in usu armorum in o-
pem eorum: vt benè consuluit Ol
dra. in suo consil. 43. in ij. colum.
versi. circa sextam. & prosequitur
latè Gram. vbi suprà. num. 14. cum
sequentibus. & sic ex istis omni-
bus simul iunctis nemo sani capi-
tis dicet, eum incurrisse in crimē
læsæ maiestatis. ¶ Iudex. Hæc
omnia in facto consistere uiden-
tur: & non est dubitandum, quin
si aduersus illa capitula criminis
læsæ maiestatis obiecta per Fiscū
hæ defensiones propositæ compe
tierint, potius iudex debeat decla
rare, non esse intinctum crimi-
ne læsæ maiestatis, quàm aliter.
quare prosequere Fisce, si alia ha
bes, in eodem genere criminis.
¶ Fis. Omnia contenta in. j. & ij.
capite criminis læsæ maiestatis
hic talis commisit. idcircò si præ
dicta non sufficiunt, sequentia cer
tè videbuntur sufficere. in primis
autem mirificè ipsum, dum in vr-
be esset, gratificatum esse hostibus
constat, iam donando equos, iam
pecuniam, iam innumera alia pro
eis faciendo, ex quibus apparēter,
& uerè regia maiestas fuit offen-
sa: quo casu nulli dubium est, ip-
sum incurrisse læsæ maiestatis cri
men: ut apparet & constat ex tex.
l. iij. ff. eo. tit. ad l. Iul. maiesta.
32 † Item ex alio commisit crimen
læsæ maiestatis tradendo uictoriā
hostibus dolosè, & per industriā,
cùm aliàs poterat habere victoriā
in fauorem regiæ maiestatis: quo
casu prædictum crimen commi-
33 sit. ut in d. l. iij. habetur. † Itē cùm
se contulisset in castrum & arcem
ciuitatis Brundusij, & pluries fuis-
set ei iniunctum & ordinatum no
mine regiæ maiestatis, ut indè di-
scederet, semper renuit tenendo
dictam arcem contrà uoluntatem
principis: quo casu reus est crimi-
nis læsæ maiestatis, ut ea. l. iij.
34 † Item ex posteà superuenienti-
bus hostibus dictum castrū eisdē
tradidit & concessit, incidit etiam
propterea in dictum crimen, vt
35 ibidem habetur. † Item dum e
set cum exercitu in confinibus re
gni, absque permissu & licentia
pria-

principis, bellum gessit cum hostibus, & inimicis regiæ maiestatis. & dictum crimen ob id, commisit, ut in d.leg. iij. habetur.

36 † Item creauit magistrum militum absque permissu & ordinatione principis, & exercitum præparauit. commisit etiam ob id dictum crimen, ut ibi habetur. & hoc procedit etiamsi prosperè ei successit, per Albe. in d. l. iij.

¶ INQVISITVS. Ex infrà dicendis patebit prædicta illa parũ aut

37 nihil veritati officere. † Et ideò ad primum de ope præstita respõdeo, quòd non ex hoc commisit crimen læsæ maiestatis, quòd donauit equos & pecuniã hostibus: quia non in perniciem & læsionẽ regiæ maiestatis id fecit: sed potius quodam metu, ne in quorum manu iam esset, incommodi quippiam ab iis acciperet. & licèt contrahatur amicitia cum hostibus, dummodo non fiat in perniciem & præiudicium regiæ maiestatis, non incurritur in crimen prædictum, ut suprà dixi. & habetur per Aymo. in suprà allegato consi. & per Gramma. in d. decisio. 18. nu. 6. cum pluribus sequẽ-

38 tibus. † Imò crimen læsæ maiestatis nunquam committitur, nisi publica principaliter lædatũ maiestas. l. j. in prin. & l. iij. cum Glo. j. iij. iiij. & aliis. ff. ad l. Iul. maiesta. & not. Azo in summa. C. eo. titu. & est generale, vt is demum dicatur offensus, in quem principaliter fit offensio: adeò, ut secũdum Bal. in l. j. C. de princi. Cor. prope fi. quãdo maiestas publica læditur secundario, non dicatur committi crimen læsæ maiestatis & habetur latiùs per do. Albertũ. Bru. in con. 69. incip. uiso pcessu

39 inquisitionali, &c. nu. 5. † Quò verò ad id, quod dicitur, quòd tradidit uictoriam hostibus, &c. replicatur primò, quòd non constat id illum per industriã fecisse, & dolosè, animoque lædendi regiam maiestatem, & opem tradẽdi hostibus, ut requiritur per allegata per Fiscum: nec constat, quòd aliàs poterat habere uictoriam in fauorẽ principis. id enim dependebat ab euentu & fortuna, nec erat in potestate ipsius, imò prorsus ediuersò constat, quòd totis uiribus nixus fuit ad habendam victoriam: & ita præsumendum est, cùm unusquisque appetat naturaliter honorem. secundum Spec. in tit. de cita. §. y. ver. de-

40 legatus quoque. † Nec ei obstare debet, quòd aufugit, & sic uictoria cessit hostibus. quia ad hoc respondeo, quòd id fuit propter timorem mortis: non autem, ut hostibus daret victoriã: metus. n. mortis ipsum habet excusare. secundum Bart. in indiuiduo in l. si ob turpem. in uersi. idem dico. ff. de cõdi. ob turp. cau. & firmat Grammati. in d. decisio. 18. non enim debebat expectare periculũ, & sic se periculo exponere; ut dixit Innoc. & Bald. in cap. j. quod met. cau. hinc dixit pulchrè. Luc. de Pen. in l. si coloni. C. de agri. & censi. lib. xj. quòd sufficit timere saltem probabiliter, & si non iu-

41 stè. † Secundo principaliter respondetur, quòd si rectè inspiciatur, nullam uictoriam habuerunt hostes; uel saltẽ talem, ut aliquid acquisierint: seu aliquod damnũ, & præiudicium regiæ maiestati sit illatum. tex. enim in l. iij. intelligitur

ligitur de notabili uictoria, ex qua
fuerit causatum aliquod graue in
teresse ipsi regiæ maiestati: puta,
perditio alicuius terræ, castri, ci-
uitatis, vel occisionis exercitus,
vel maioris partis ipsius: & quòd
id per insidias & industriã factum
fuerit: puta, si duxerit exercitum
per eum locum, ubi erant insidiæ
præparatæ, cum hoc sciret. argu.
text. iuncta Glos. in uerbo, falsa
indicia. in l. iij. ff. de sicar. hîc au-
tem nulla perditio, nullumq; gra-
ue interesse successit. solùm enim
perierunt centum sodales, & ex
parte aduersa quinquaginta: ut
sic dici possit illud uulgare: Afri-
42 ca plange, Italia non ride. † Ad
id uerò, quod dicitur, quòd ca-
strũ tenuerit citrà uoluntatẽ prin
cipis, & quòd noluerit relinquere
ad iussionem principis, respõdeo,
quòd non constat ipsum id fecis-
se, ut principi non obediret: sed
quia stantibus suspitionibus bel-
li, & quia hostes erant proximi,
dubitauit, num essent ueræ prouí-
siones regiæ maiestatis: imò etiã
vero similiter uidebatur suspectę,
cum paulò antè recepisset literas,
quibus præcipiebatur, ut benè &
& diligenter arcem custodiret.
43 † Et quando verosimiliter dubi-
tatur de validitate, & ueritate li-
terarum, non sunt semper exequẽ
dæ, sed rescribendum est princi-
pi: secundum Bal. in consi. lxiiij.
in j. par. vt hîc fecit, cùm princi-
pi rescripsit: & superueniente no
ua iussione ipsius principis, obe-
44 diuit. † Et de iure licèt quis non
paruerit pri. præcepto, non inci-
dit in pœnam, si paruerit secundo
Glo. & Ange. in auth. de nõ alie-
na. §. quia uerò. colla. ij. & p Spe-
cu. in titu. de contumacia. §. iij.
45 uersi. quid si duobus. † Quate-
nus verò dicitur dictum castrum
hostibus tradidisse, respõdeo, nõ
cõstat, id dolosè ipsum fecisse, &
per industriam, ut requiritur. se-
cundùm Capy. in decisio. ccxxx.
at è diuersò magis constat, id suc-
cessisse coactè. quia dum uoluit
arcem prædictam tradere ei, cui
princeps rescripserat tradi debe-
re, superuenerunt hostes ex insi-
diis iam præparatis, & magno im
petu eam occupauerunt absque
facto & culpa ipsius: quia occur
rere & puidere maluisset. quo ca-
su non tenetur, ut ibidem per Ca-
46 py. † Nullus enim dolus potest
hîc considerari: & in imponen-
dis pœnis corporalibus requiri-
tur dolus. secundum Bald. in l.
quicunque. vij. col. C. de ser. fu-
gi Pau. de Cast. in consil. cxc. &
47 consi. cxcij. † Ad id uerò, quod
dicitur quòd bellum gessit cum
inimicis absque permissione prin
cipis; respondeo, quòd id proces-
sit absq; dolo & culpa ipsius: sed
facto inimicorum, qui ab impro-
uiso inuaserunt eum. quo casu id
quod fecit, fuit ad eius necessa-
riam defensionem: & sic ipsi non
est imputandum modo aliquo:
quia id ipsi licebat, cùm defensio
contrà uiolentiam est de iure na-
turali: ut in pri. distin. ius natura
le. l. ut uim. ff. de inst. & iur. l. j. C.
vndè ui. nec aliquis cedere debet
vlli. l. iij. §. si ad diem. ff. de re mi-
lita. l. pe. C. de tempo. in integ. re-
stit. imò adeò permittitur defen-
sio, ut si quis se non defenderit,
cum potuerit peccaturus sit. 23.
q. iij. c. non inferenda. & c. fi. & c.
quantæ. cum Gl. & Docto. extrà.
de

de senten. excom.& iij.q.j.c.nul-
48 li. & c. sequen. † Quatenus uerò
dicitur creasse magistrum militū
absque permissione principis, re-
spondeo id fuisse absque culpa &
dolo ipsius, & processisse facto so
dalium & militum, qui accēsi ma
gno impetu & furore animi con-
trà magistrum militum à princi-
pe creatum, ipsum occidere uole-
bant, & transfugere ad hostes.
quod quidem quum facile ille ip
sis esse animaduerteret, simulque
quauis ratione isti malo occurrē-
dum putaret, creatione alterius
magistri in solita ipsos regiæ ma-
iestatis obedientia retinere coa-
ctus est. & de iure, ut euitetur ma
ius malum, permittitur minus. l.
si procurator rei. de doli except.
l.exigendi.in fi.C.de procurator.
& l. qui sub prætextu. C. de sac.
san.eccle.& c. non magnopere ne
cleri. vel mo.Glo.& tex.xxxij. q.
iiij. dixit. Sarra. Glo. & Card. in
Cle.pri.in princi. de hæret. Malū
enim respectu boni ex malo se-
quentis toleratur. ut iiij.di. c.de
nique.xiij.di.c.nerui Alex.in cō-
si. ccccxviij. Item mala sunt to-
leranda ratione pacis. ut xxiij.q.
iiij. per totum. & causa scandali
uitandi. ut xxxj.q.j.c. hac ratio-
ne. per Archi. quicquid autem ip
se fecit, factum ostenditur, ut eui
taretur maius malum, etiam ad
euitandum scandala, & ex causa
pacis & concordiæ: nō autem ad
offendēdum regiam maiestatem.
& sic non potest dici commisisse
49 crimen læsæ maiestatis. † Ad id
uerò, quòd dicitur, quòd exerci-
tum præparauit, respondetur id
non fuisse actum in exitium rei-
publicæ, uel publicę maiestatis:
sed in ipsius honorem & utilita-
tem. quo casu non committitur
crimen læsæ maiestatis: ut habe-
tur per Albertum Bru. in consil.
lxix. viso processu inquisitionali.
¶ IUD. Hucusque quàm optimè
video defensatam opinionem in-
quisiti: & etiamsi alia non con-
currunt, proculdubio tamen Fi-
scus inaniter laborauit. ¶ FIS. Di
xi, & dico, quòd omnia capitula
tam in primo, quàm in secundo
capite contenta, per eundem fue-
runt commissa. & ideò si prædi-
cta non sufficiunt, alia certè om-
50 nino sufficere debent. † Et ideò
dico, quòd ex alio hic talis læsæ
maiestatis crimen commisit, quā-
do cum esset cum exercitu in pro
uincia sibi commissa, exercitum
illū successori tradere recusauit:
vt habetur in le. 4. ff. eo. titu.
51 † Item, quia deseruit & dereli-
quit exercitum populi Romani,
vel regiæ maiestatis accedēdo ad
hostes. quo casu crimen læsæ ma-
iestatis in primo capite commi-
sit: vt in ea. leg. iiij. habetur.
52 † Item, quia dū ibi esset, sub iu-
reiurando promisit se facturum
proditionem aduersus ipsam re-
giam maiestatem, & ad id iusiu-
randum induxit etiam suum so-
cium, qui similiter ob id in uincu
lis adseruatur: ut ī dicta lege quar
53 ta. † Item, quia exercitus regiæ
maiestatis per eundem in insidias
deductus, & hostibus proditus fuit.
incidit enim & propterea in di-
ctum crimen: ut d. l. quarta.
54 † Item ex alio, quia præ manibus
habuit nonnullos rebelles, & ho-
stes regiæ maiestatis, & facto ip-
sius non peruenerunt in potesta-
tem ipsius regiæ maiestatis. & sic
quoque

quoque cõmisit crimen læsæ maiestatis: ut ibidem habetur.
55 † Item, quia eius opera & industria doloue malo nonnulli subditi Cæs. maiestatis ac fideles rebellauerunt, & effecti fuerunt hostes ipsius. incidit & ob hoc in dictum
56 crimen: ut d. l. iiij. † Item, quia cum rex Angliæ fuerat in præcincto obtemperandi regiæ maiestati, & ad eius fidelitatem perueniendi, adeò ipsi persuasit animo offendendi ipsam regiam maiestatem, vt minus ei obtemperauerit, dictum propterea crimen & hinc
57 commisit, ut ibidem. † Itẽ, quia eius dolo malo, & opera factum est, quò magis obsides, pecunia, iumenta hostibus populi Romani darentur aduersus rempublicã, vel regiam maiestatem. commisit etiam propterea dictũ crimen:
58 vt in ea. l. quarta. † Item, quia statuas, & imagines imperatoris iã consecratas corrupit animo offendendi regiam maiestatem. incidit etiam in dictum crimen: ut in le. qui statuas. ff. eo. titulo.
59 † Item, quia dolo eius factũ fuit, ut nonnullæ ciuitates proderentur hostibus. quo casu quoque in dictum crimen incidit: ut in leg.
60 pri. ff. eo. titu. † Item, quia tractatum & factionem fecit cum hostibus de occidendo principe, & eius collateralibus in eius damnum, & præiudicium, ac manifestam læsionem. commisit hic etiã dictum crimen: ut habetur in leg.
61 quisquis. C. ad l. Iul. maie. † Itẽ, quia aduenientibus hostibus, cõplures milites & sodales cassauit fictè, & hoc, ut accederent & cõfugerent ad ipsos hostes, quò ipsi commodiùs bellum gererẽt aduersus principem. commissum & hic crimen læsæ maiestatis est, ut in extrau. qui sint rebell. & ibi Bart. in Glo. in verbo, occultè.
62 † Item, quia nonnullas machinationes cum pluribus fecit, ut adueniente principe ei non præstaretur obedientia. commissum & sic est dictum crimen: ut in d. ex-
63 traua. & ibi Bar. † Item falsum in læsionem reipublicæ & regiæ maiestatis conscripsit in tabulis publicis. incidit sic quoque in dictum crimen: ut l. ij. ff. eo. ti. ad l. Iul. maiesta. & hæc omnia capitula continentur in primo capite, vt benè not. Capy. in decisio. 130.

INQVISITVS. ¶ Vt prius abs te obiecta nihil nobis officere Fisce clare demonstraui: sic etiam hæc nihil obfutura esse, demonstratu-
64 rum me confido. † Et respondẽdo per ordinem dico ad primum, quatenus dicitur non tradidisse exercitum successori, quòd rectè considerando processum, minimè appareat probatum, ut dici possit commisisse læsæ maiestatis crimen: cùm non constet dolo malo fecisse, quò minꝰ exercitus successori traderetur, ut requiritur: quia in atrocissimis solꝰ dolus punitur, & non lata culpa. l. in lege Cornelia. ff. ad l. Cor. de sica. de quo per Bart. in l. quod Nerua. ff. de posi. & l. j. §. nõ autem. ff. si quis test. lib. esse iu. fuer. & crimen læsæ maiestatis est de atrocioribus, ut apparet tam ex persona eius, qui per illud offenditur, quã etiã ex genere pœnæ, quæ imponitur pro huiusmodi crimine. quod etiam satis expressit Gl. C. de adulter. in rubrica. quo circà pœna huiusmodi criminis duntaxat puni-

Q tur

tur ille, qui dolosè sic peccauit. quod videtur satis exprimi in l. j. & multis aliis.ff.ad l.Iul. maie. & in indiuiduo habetur per Bertrã. in consi.249.in j.lib. imò constat non tradidisse exercitum, ut esset inobediens, & offenderet regiam maiestatem: sed ex eo, quia literæ, quæ præsentabantur ei per suc cessorem, uidebantur suspectæ.

65 † Eò quidem, quia carebant data diei, anni, mensis, & loci. constat autem literas debere continere locum, tempus, & datam. secundùm Bal.in addi.Spec.de rescrip.pœn. uersic.litera.ibi.Spec.§.iiij.uersi. item quòd non est. ibi: locus.

66 Et literæ malè formatæ non debent exire de cãcellaria.l.fi. & ibi Bart.de diuer.rescrip.debet enim in eis õseruari stylus: aliàs non seruantur. secundum Hostien. in ca. iu. nostra. de rescrip. quia quando sunt contrà consuetudinem, sunt erroneæ, & eis non est credẽdum.l.fi.& ibi Bart.C.de cano.ꝑ

67 sta.lib. x. †Et ideò non immeritò dixit Bald.in consi.64.in j. lib. quòd literæ principis non sunt semper exequendæ, sed rescribendum est prĩcipi, ut hic talis fecit, & altera superueniente iussione principis, ei paruit: & sic aliquis dolus in eo considerari nõ potest.

68 † Ad secundum uerò, quod obiicitur, quòd uidelicet deseruit exercitum accedendo ad hostes, respondetur, quòd non potest hunc talem dici deseruisse exercitum, cũ statim reuersus fuerit. arg.tex. l.iij.ff.de diuor. & ff.de ri. nup.l. plerunq;.& ff. de dona. inter uir. & vxo.l.vir mulieri.processit.n.id calore iracundiæ: & absq; aliqua offensione regiæ maiestatis ilico reuersus fuit. quanquam etiã potest ad hostes accedi, ut non committatur crimen læsæ maiestatis, si uidelicet id fiat citra armorum vsum & opem.secundum Oldr.in consi.xliij.in ij.col.ver. circa sextã.& Gram.in decisi.xviij.¶Fis.

69 † Atqui in crimine læsæ maiestatis uel solus conatus punitur.secũdum Pau.de Cast.& Ang.in l.j.§. fi.ff.quod quis. iur. & ibi Alex. & Ias.& Fel.in tract.de cona. in iiij. col.uer.& ideo dicit Bar.& Marti. Lauden.i tra.de crimine læsę maiest.§.xix.& sequitur Boër.in tra. de seditio.in septimo & ultimo ꝑ

70 suppo. nu. 44. † Imò si benè hic aduertatur, nedum adest conatus: sed plena consummatio delicti.nam attẽtare idem est, quod ad aliquem actum procedere. l. si quis non dicam rapere. & ibi per oẽs.C.de epi.& cler.& in authen. habita. ne fi.pro pat.tractare, est colloquium habere, qualiter quid geri possit c.cum olim. de arbi. c. dudum.de re.eccle. non alienã.li. vj.procedere, est prosequi incoatæ, & maleuolum actum animi, & propositũ conari producere ad finem.l.possessio.ff.de usucapio. cõsummare delictum, est id facere, quo incipiat esse delictũ.vndè aliqui dicunt delictum esse consummatum, qñ lex punit consiliũ prin cipaliter, non accessoriè.l.j.§.per suadere.ff.de ser.corrup.& quædã non consummata in opere, sunt consummata in crimine. quia factiosam uoluntatẽ notant: & multò fortiùs factiosam factionem. l. quæsitum. ff. qui & à qui. & tales ordientes lex censet reos. quia post factum non haberent iudicem punitorem. debet autem habere

bere factum ultorẽ.l. quisquis. C. ad l.Iul.maiest.& habet per Bal. ĩ consi.xxiiij.uol.iiij.& Boër. in d. trac.de sedi.ubi suprà. hic autẽ deseruit exercitum,& accessit ad hostes: ergo consummauit delictũ: & sic puniendus est dicto crimine læsæ maiestatis.obstat tamen tex. in l.iij.§. is qui ad hostes. ff. de re milit.sed an saltem minoretur pœna: & uidetur, quòd sic.l. non omnes desertores.in princi.ff.de re milita.iuncta Gloss. cogita super
71 prædictis.¶ INQVISITVS. †Non simpliciter dicit text.in l.iij.puniri crimine læsæ maiestatis eũ, qui exercitum deseruit: sed dicit,eum qui imperium exercitúmue deseruerit: quasi dicat eum committere crimen lęsę maiestatis in hoc capitulo, qui iurisdictioni & potestati imperij suppositus ab obedientia realiter se subtrahit, hostisque animum assumit,& domini sui aduersarius fit: vt declarat Oldra.in d.consi. xliij.hic autem tametsi exercitum deseruit, non dolosè id fecit tamen, animoque offendendi regiam maiestatem: nec imperium deseruit: & statim ad obedientiam reuersus fuit:nec aliquid machinatus fuit cum hostibus,uel intrà se cõtrà personam principis,vel ei⁹ honorem, nec cũ hostibus insecutus est principem & gentem eius:vt requiritur, priusquàm quis possit dici rebellis, & committatur crimen læsæ maiestatis.ut d. Bart.in extra. qui sint rebel.in Gloss. faciunt. ubi casus hic deciditur. & sic non obstant allegata in contrarium: quæ tum quidem procedunt, quando foret facta machinatio contra personam principis,uel ipsius collateralium in eius damnum: de ipso uel ipsis occidendis vel aliter prodendis,uel de lædenda republica: quorum neutrum hic interuenit.
72 ergo cessant.†Imò siquis has machinationes & coniurationes fecisset, vel ijs consensisset, posteaque pœnitentia ductus reuelasset principi, potius esset præmiandus,quàm puniẽdus.ut l.quisquis, §.sanè siquis.C.ad l.Iul.maiest. sic ergo etiã dicamus in isto,qui non fecit coniurationes, sed tantũ deseruit exercitum accedẽdo ad hostes,& ilicò reuersus fuit pœniten
73 tia ductus. † Ad tertium, uidelicet, quòd sub iureiurando promisit hostibus, se proditionem aduersus regiam maiestatem facturum, respõdetur, quòd id fuit per uim & metum: quo casu non tenetur crimine lęsæ maiestatis: ut per Gram.in d.decisi. xviij.item, quia reuersus statim ac spontè id reuelauit & patefecit principi, & effectus non fuit secutus: & sic excusatur,& præmio esset afficiendus:ut in d. l. quisquis. §. sanè si-
74 quis.C.ad l.Iul.maiest. † Ad id, quod dicitur, quòd exercitus per eum in insidias deductus fuit, & hostibus proditus: respondetur, quòd non probatur dolo malo, scienter, & appensatè id factum fuisse: ut requirit tex.d.l.iiij.verbi gratia:quòd ipse sciens, ubi essent insidiæ hostium præparatæ, illuc exercitum duxit, eumq; ipsis hostib. prodidit animo & intẽtione offendendi regiam maiestatem. atqui contrarium ponitur, cùm cõstare dicitur, ei iniunctum fuisse p ipsum principẽ,ut exercitum duceret in confinia regni: cui præcepto necesse erat pare-

rere. vt xiiij.q.j.c. quòd præcipit. & per Card.ī Cle.fi.de æta. & qualita. & tale præceptum domini excusat à pœna: vt habetur per Spe. in ti.de feud.§.quoniam. vers.xv. quæritur. & non obedire præcepto, est peccatum, & punitur.c.fi. xiiij.q.j. Nec potest ei aliqua culpa imputari: quia accessit per uiā rectam, solitam, & consuetam: & non per uiam insolitam. quo casu de eo, ꝙ per uiā ipsam acciderit, non tenetur. secundum Bart.in l. ij.C.de naui.nō excu.li.xj. & Bal.

75 in l.iij.C.de nauti. fœno.† Ad id uerò, ꝙ dicitur habuisse præ manibus nonnullos rebelles regiæ maiestatis, & facto ipsius nō peruenisse in potestatem principis: Primò respondetur, ꝙ nō tenetur crimine læsę maiestatis, quia ignorauit illos fuisse rebelles: & sic nō dolo malo fecit, quò minus peruenirent in potestatem regiæ maiestatis. vt requiritur per d.l.iiij. dū ibi dicitur: factúmue dolo malo cuius dicetur, quò minus hostes in potestatem populi Romani veniant. & probatur in l. Metrodorum.ff.de pœn. iuncta Gl. Secūdò respondetur, quòd minimè cōstat facto ipsius euasisse, & dolo malo, ac per industriam: sed potiùs cōstat euasisse casualiter, & absq; ipsius culpa: & sic ei non est imputandum ad crimē lęsę maiestatis: quod tunc commissum foret, si ipsos aufugere fecisset, ut non peruenirent in potestatem principis: & principaliter, vt læderetur ipsa regia maiestas: secùs si aliquid factum fuit, quod non principaliter in læsionem principis tendit. quia licèt secundariò, & per quandam consequentiam posteà lædit, non cōmittitur tñ crimē lęsæ maiestatis: vt habet per Albe. Bru. in allegato consi.lxix.

76 † Quatenus uerò dicitur, ꝙ eius dolo factum est, vt nōnulli subditi Cæsa.ma. ei rebellarent & hostes efficerent, replicatur, ꝙ licèt verum sit, id quod prætenditur probatū, ꝙ uidelicet pessimè tractasset subditos istos, & ꝙ nimis eos angariasset: non tamen ex hoc potest dici ipsum incidisse in crimen læsę maiestatis. quia id nō probatur factum ad effectum, ut hostes regiæ maiestatis fierēt, & ut rebellarent: idque dolo malo ac per industriam: ut requirit in d.l.iiij. quo casu licèt secundariò, & per quandam consequentiā lædatur regia maiestas: non tamen committitur crimē læsæ maiestatis, per ea, quæ proximè dixi.

77 † Ad illud uerò, quod dicitur, quòd eius opera dolosie malo factum est, quò minus rex exteræ nationis principi obtemperaret: respondetur, quòd non constat fuisse persuasum regi, vt non obtemperaret maiestati Cæsa. per industriam ac dolo malo. etenim licèt dum tractaretur de illo reducendo ad Cæsa. fidelitatem, dixerit, ac ei persuaserit, quòd si ad fidelitatem principis ueniret, deberet eam omnino seruare, aliàs malè successurum, quia soleat prīceps ægrè ferre refractariolos: non tamen id dixit animo & intētione offendendi regiam maiestatem: sed potius aīo persuadēdi ei⁹ fidelitatem pro omni futuro tempore. & quamuis rex propter illa verba se retraxerit ab intentione iurandi fidelitatem: non tamen potest dici commissum crīmē læsæ maiestatis: cum non principaliter

ter illa verba fuerint dicta ad illũ effectum, sed potius ad bonum: quo casu habet locum distinctio Bar. in l. non solum. §. si mandato meo. ff. de iniur. ĩ ij. col. seu tertia, vbi concludit, quòd aut persuadetur delictum, & tunc nõ fit distinctio, an aliàs persuasus fuisset facturus, an non, & an dolo id fecerit: aut non persuadetur delictum, & tunc fit distinctio, an dolo malo id p̃suasum sit, an nõ. & sic cùm in casu isto non sit persuasum delictũ, sed bonũ, licèt ex persuasione causetur delictum, debet distingui, an persuadens id fecerit dolo malo, an non. nã, vt sæpius dixi, crimen læsæ maiestatis non cõmittitur, qñ aliquid fit non principaliter, vt lædatur regia maiestas: licèt secundariò & per quandã consequentiam lædatur. & ꝙ non sit p̃suasum delictum, sed bonũ, & habens conformitatem cum iure cõmuni, patet in c. j. qualiter iu. de.

78 ua. do. fideli. †Nec etiam obstat, ꝙ dicatur, per eum factũ fuisse, vt obsides, pecunia, & iumenta hostibus darentur. quia respondetur duobus modis: primò, quia non constat, ea ipsum dedisse scienter hostibus, id est scientem tunc tẽporis istos esse hostes. nec etiam constat, ea data esse in læsionẽ & præiudicium reipublicæ, & regiæ maiestatis. quo casu uerum est, cõmitti crimẽ prædictum. ut d. l. iiij. hæc enim qualitas est fundamentũ, sine quo cessat dictum crimen, & debet probari, quia est quædam qualitas animi: & debet probari per testes, qui uiderint actus exteriores. secũdum Bart. in l. ijs, qui. §. diuus. in fi. ff. de tut. & cura. da. ab ijs. & plenè habetur per Aymo. Craue. in consi. vj. per totum. & probatur argu. tex. l. si quis ingenuam. §. in ciuilib⁹. ff. de capti. & postl. reuer. & firmat Auge. in l. j. ff. ad l. Iul. maiesta. circa me-

79 dium. †Minimè etiam obstare uidetur, quòd dicitur statuas imperatoris corrupisse, quia id fortuito casu, & non per industriã ac dolo malo euenit. quo casu nõ contrahitur crimen læsæ maiestatis: vt est text. in l. non contrahit. ff.

80 ad l. Iul. maiesta. † Quatenus uerò dicitur, quòd eius dolo & opera factum fuit, vt nonnullæ ciuitates ab hostibus caperentur, respõdetur, quòd non est concludẽter probatum, ut possit dici commisisse læsæ maiestatis crimen. nam licèt probetur scripsisse quasdam literas regię maiestati, quòd dictę ciuitates minimè possent resistere hostium potentiæ, quòd muri ciuitatũ ex tali & tali latere essent debiles, & non benè muniti aliis munitionibus, & has literas peruenisse in hostium manum, ac earum uelut instinctu ciuitates illas mox fuisse oppugnatas & captas: non tamen ex hoc sequitur commissum esse dictum crimen, quia patet has literas non hostibus, sed regiæ maiestati fuisse directas: & ad bonum finem, nempe vt regia maiestas valeret prouidere circà tuitionem dictarum ciuitatum: & sic non dolo, & per industriam, vt requiritur in l. pen. ff. ad l. Iul. maie. & quòd peruenerunt in manus hostium, id euenit fortuito quodam casu, & non dolo, vel culpa ipsius: nuntius enim, qui literas portabat, erat nuntius solitus, fidelis, & approbatus à curia: & solebat literas secretas ferre &

Q 3 referre,

referre, vt nulla culpa possit imputari circa ipsius electionem: ut est doctr. Bald. in l. si is cui. C. de fur. vbi hoc simul discere licet, quod si debitor miserit pecuniam creditori suo per fidum nuntium, solitũ, & consuetum, & qui solet esse bonus, eaq; illi eripiat, vel aliud sinistrè eueniat, excusabit, & amplius non
81 tenebitur. † Nec obstat, quatenus dicitur, quod proditor dicitur, qui unum in mẽte gerit, & aliud fingit gerere in actu. secundùm Bal. in c. j. iiij. col. ver. quid de rebus ecclesiæ. qui mo. feu. amitta. & Bart. in extraua. ad reprimendum. uer. rebelles. & per consequens quòd licèt apparenter literæ fuerint directæ, & scriptæ sub nomine regio: id tamen fuerit per industriam factum & simulatè: siquidem reuera totum id fiebat, vt ad hostes peruenirent. verùm quia totum hoc figuratur, nec vlla coniectura apparet de hoc in processu, non est
82 facienda uis ex hoc. † Quò verò ad id, quod dicitur, quòd fecit tractatum cum hostibus de occidendo principe & eius collateralibus; respondetur, quòd ex quo statim, antequàm aliquid successisset, pœnitentia ductus id principi reuelauit, non solùm non debet puniri: sed præmio & honore affici: ut l. quisquis. §. sanè si quis. C. ad l.
83 Iul. maiest. † Quatenus uerò dicatur, quòd aduenientibus hostibus plures sodales fictè cassauit, ad hoc, vt accederẽt ad hostes, prout cum effectu accesserunt, responde tur, quòd non sufficit probare, quod sodales cassauit, & deinde figurare in aëre, quòd id fecit fictè, vt accederent ad hostes. id enim tanquàm inducens delictum, debet probari per exteriores coniecturas & præsumptiones: per testes, qui uiderint vel audiuerint actus exteriores: secundùm Bart. in l. iis, qui. §. diuus. ff. de tuto. & cura. dat. ab iis. in fi. verbi gratia: probando, quòd illi sodales cassati erant strenui milites, & practici in usu armorum: adeò, quòd absque causa ipsos cassauit: item quòd tunc temporis erat fama indubitata, quòd hostes erant præparati, ut uenirent ad eum locum: item, quòd nedum erant necessarii illi sodales cassati: sed erat necesse quòd plures fierent pro tuitione & defensione illius loci: itẽ, quòd communis opinio stantibus prædictis fuit & erat, quòd fictè fuerunt cassati, vt accederent ad hostes: stante maximè, quia statim nulla mora interueniente accesserunt, istis autem concurrentibus putarem sufficere, & si nõ ad condemnandũ, saltem ad torquẽdum. sed istis nõ concurrentibus non est concludenter probatũ, vt possit dici probatum crimen læsæ
85 maiestatis. † Nec obstat, quòd dicatur plures machinationes fecisse, ut adueniente principe ei non pstaretur obedientia. quia respõdetur, quod nihil de hoc in processu cõstat. & dato, quòd cõstaret verbis hoc dixisse, nihilominus, quia posteà non fuit secuta inobedientia, sed potius obedientia & maxima fidelitas, non potest dici commisisse crimen læsæ maiestatis. secundùm Bart. in extraua. qui sint rebell. in verbo, machinantur.
86 † Nõ enim cõmittitur crimen læsæ maiestatis verbis, sed facto: nec potest procedi, ac si foret crimen læsę maiestatis: ut est tex. in l. famosi.

mosi.ff.ad leg.Iul.maiesta. & firmat Boër.in trac.de sedi. in 4.pmisso.nu.1.& do.Stepha.Buinar. in l.quisquis. C.ad leg.Iul.maie. in primo no.uer.ij.dictum no. & consuluit Aymo.Craue.in consi. vi.pri.lib.nu,71. & nu.9. ubi ple-
87 nè.† Et ideò infert, quòd licèt aliàs in crimine læsæ maiestatis admittātur testes non idonei (& hoc quando lęditur principis maiestas facto,& prīcipaliter) secùs tamen,si solis uerbis,quia tunc & eo casu non dicitur crimen læsæ maiestatis,& sic specialia, quæ uigent in eo crimine, habēt locum in offensione facti:non autē uer-
88 bali.¶Fis.†His proximè dictis pte,obstat ī indiuiduo.tex.l. quisquis.C.ad leg.Iul.maiesta.ubi sola conspiratio & machinatio cōtrà principem punitur eadem lege, & committitur crimen læsæ maiestatis, imò ex solo conatu contrà principem committitur crimē prædictum.secundum Ange.in l.j.§.fi.ff. quod quis.iur. & Marti. Lauden.in trac.de cri. læsæ maiest.§.xix.& sequuntur Ias. Pau.de Cas. & Alexan. in d.§. fi.
89 ¶Iv.†In hoc passu est aīaduertēdum, quòd licèt dicatur in crimine læsæ maiestatis puniri solum affectum etiam effectu non secuto,per allegata per Fiscum: tamē Glos.in extraua.qui sint rebel.in verb.machinantur. ultra machinationem requirit inobedientiā: & similiter Glos.in d.l.quisquis. in verbo,eadē.requirit,quòd ultra machinationem pcessum sit ad aliquē actum:& ita voluit Bonifa.in trac.de crimi.in tit.de sedi.ver.vt dixi perueniendo ad actum.& sequitur Boër. in trac.de sedit. in vij.& vltimo præsuppo. nu.42.quare ego puto distinguēdum:aut quis machinatus fuit cōtrà personā principis de ipso occidendo,& in hac machinatione fuit excogitatus modus id faciēdi,& cum alijs ordinatus,& vltrà fuit adinuēta persona, quæ id faceret. hinc si machinatio fuerit detecta,punitur machinans, ac si esset secutus effectus,quia serò pararetur vindicta crimine consummato. fecit enim quicquid potuit excogitando modum, & adinueniendo personam,& ei mandando,ac persuadendo:& de facili poterat sequi effectus,nisi fuisset detecta machinatio. quòd verò puniatur,probatur per Cardi. in c.j. extrà, de eo, qui mitti. in pos. aut potuit conatum ad effectum de facili deducere secundū modum ordinatum,sed pœnitentia ductus non deduxit:imò reductus est ad meliorem vitæ frugē, & ad maiorem obedientiam: & isto casu non punitur.per text.l. qui falsam.& ibi Marsi.nu.15.ff. de fal.& hoc modo loquitur Gl. in verbo, machinantur.in extraua.qui sint rebel.dum dicit,quòd machinatio de non obediendo principi,punitur secuta inobediētia:quasi velit dicere, quòd si sequatur posteà obedientia,illa machinatio non punitur pro crimine læsæ maiest. & ita intelligo in omnibus machinationibus,ut cōmittatur crimen læsæ maie. si ad aliquem actum sit processum, & appareat factum esse, quicquid fieri potuit: secus si ad aliquem actum non sit processum, sed tantummodò ad uerbalem machinationem:& constat potuisse dedu-

ci ad effectum:sed pœnitentia recessum esse ab illo maleuolo animo: & ita dicerem, saluo semper meliori consilio,cui me subiicio, & de omnibus me remitto excellentibus regentibus regiam cācellariā, qui pluries in similibus causis iudicauerunt, in aliis verò capitulis suprà dictis puto benè fuisse pro parte Inquisiti respon
90 sum.†Et est sciendum, quòd crimen læsæ maiestatis habet duo principalia capita:& hucusq; dictum est de capitulis contētis in primo capite pro maiori parte. omnes enim illi casus suprà nominati,quibus offenditur principaliter princeps,debent collocari in j.capi.illi verò,qui non principaliter tēdunt ad offensionem principis, debent collocari in ij. capi. vt est videre in eo, qui dat operā, vt magistratus populi Romani occidatur: item si priuatus gerat se pro magistratu,videntur esse & hæc in ij.capi.collocanda: si priuatus gesserit quid sciēs dolo malo pro potestate magistratúue.vt l.iij.ff.ad le.Iul.ma. item qui de prouincia, cùm ei successor datus esset,non discesserit.itē qui exercitum deseruerit. itē qui priuatus ad hostes profugerit. Item qui confessum in iudicio reum, & propter hoc in vincula coniectum,emiserit,vt l.iiij.eod. tit.oēs autem isti casus continentur in ij.capi. & oēs al i, ut dixi, quibus directò non offendit princeps:vt pulchrè dicit Cap. in de-
91 cisio.cxxx.nu.17.†Est etiā sciendum,quòd tam in capitulis contentis in pri.capite, q̃ in secūdo, habet locum extra. qui sint rebe. ut possit procedi ad definitiuam sententiā cōtrà absentes,ac si forēt præsentes de plano & sine strepitu: vt ibi habetur, & declarat
92 ibi Bart.†Item est sciendum, ꝙ pœna capitulorum contentorum in primo capite,est mortis naturalis: & dānatur memoria etiam post mortē rei.vt l.fi.ff.eo.ti.nec habere pōt hæredem,sed fiscus ei succedit.§.per contrarium.insti. de hære.quæ ab intest. deferū. & filii rei efficiuntur incapaces, & inhabiles bonorū,& successionū. vt l.quisquis. C.eo.tit. Pœna verò cōtentorum in secundo capite,est mortis naturalis & publicationis bonorū: sed morte rei extinguitur delictum:vt optimè cōcludit Cap.in decisi.cxxx.nu.20.
93 †Item aduertendum,ꝙ crimine læsæ maiestatis tenētur nedum facientes coniurationē vel machinationem contrà principem: sed etiam satellites conscii & nō reuelantes,& nuntii: vt habetur in l.quisquis.C.eod.titu.§.id quod.
94 Sed an peregrinus & exterus teneatur reuelare conspirationem, vt ne puniatur?dicas,ꝙ non:secū dùm Oldra.in consi.xxxxiij. col. ij.versic.circa sextam quæstionē. & Mart.de Laude.intra.de crim.
95 læ.ma.§.xxij.†Item est notādū, ꝙ clericus non dicitur cōmittere crimen lęsæ maiestatis,nec habet locum in eo pœna l. quisquis. C. ad l.Iul.ma.vt voluit And. Barb. in con.xxj. vol.iij.de quo p Bar. Soc.in cō.xij.in iij.& iiij.q.in j. li.& Abbas Sicu.in c.at si clerici, in princi.extra.de iud.& tex.in c. si quis laicus.22.q.v.& Hiero. de Tor.in suo cōsi.quod est inter cōsil.Anto.de But.in vltimo. & per Bal.in consi.xxiiij.in 4.li.incipi.

quidam plebanus.& sequitur Cepol.in consi. xvj.col.iij.ver. cum ergo casus noster.in.iiij.col.uer.
96 præterea licet . † Et pro crimine læsæ maiestatis clericus debet remitti ad iudicē ecclesiasticum:vt est Glos.in consti.de personis. & ibi habetur per Iser. & Afflic. & Bar.de Capua. & sequitur Boër. in trac.de sediti.in vj.præsuppo.
97 nu.3. † Item est sciendum,quòd in hoc crimine læsæ maiestatis proceditur ex solo officio iudicis àbsq; querela & denunciatione : vt dictat regni cōst.incipi.ij qui. & quando proceditur per inquisitionem ex mero officio,debēt seruari omnia ea , quæ ponuntur & seruantur , quādo proceditur per accusationem & querelam: vt ibi habetur, & declaratur per Afflic.
98 †Et si cùm proceditur ad denunciationē in tali crimine,petatur ꝑ inquisitū copia delationis, & denūtiationis, debet dari ipsi inquisito.& hoc procedit regulariter , prȩterquàm quando proceditur de crimine læsæ maiestatis directò contrà personam principis , quia tunc non debet dari copia denuntiationis nec debet declarari inquisito nomen delatoris .
99 †Et formata inquisitione per ipsum iudicem in dicto crimine , si inquisitus reperiatur in fortiis curiæ,& petātur pro eius parte defensiones,nō debent dari: sed debet iudex, antequàm dētur defensiones, referre causam , & merita ipsius regi vel proregi, in qua relatione debet facere mentionem de nomine deferentis,& delati:& de qualitate & numero testiū , & eorum depositionibus,coriūq; forma:& ꝙ nouiter instatur pro defensionibus:& debet expectari responsum ipsius.habetur in d.consti.ij qui.& in c.nuper apud Tranum.nec etiā datur copia repertorum inquisito absq; cōsultatione regia:vt ibi habetur.sed est aduertedum,ꝙ prędicta procedunt, & habent locū in eo crimine læsæ maie. quod cōmittitur contrà principē, vel rempublicā de directò,& contrà eius collaterales: secùs in aliis capitulis contentis in l.ij.& iiij.ff.ad le.Iul.maie. & ita procedunt & limitātur consti.humanitate.& ij qui. & c.nup apud Tranū . vt dicit & declarat Bart. de Capua in d.consti.humanita-
100 te.†Debet aūt iudex considerare,quis sit zelus delatoris,& quid ad delationem ipsum induxerit : quia si odio defert, non admittitur : vt habetur in c. nuper apud Tranū.vbi habetur,ꝙ iudex ei debet deferre iuramentum , ꝙ non defert propter odiū:sed quia credit verum esse.Item debet considerare personas testium, quia nō testimoniis, sed testibus credendum est:vt l.iij.ff. de testi. & do-
101 cet tex.d.const.ij qui.†Similiter si petetur per inquisitum liberatio sub fideiussoria cautiōe,debet regem vel proregem iudex cōsulere , & expectare eius responsum , & interim reum tenere sub fida custodia:vt habetur in d.cōsti. humanitate . & c.nuper apud Tranū.& hoc procedit,qn̄ de directo est offensa maiestas pricipis , vel eius collaterales , vel respu-
102 blica,vt suprà dixi.¶Frs.†Qua pœna verò punietur ille,qui cùm scit tractatum fieri contrà principem,nō reuelat?¶ Iv.Hoc potest determinari per tex.l.frater.ff.ad le.

le.Pomp.de parr. ꝙ puniatur pœna relegationis: vt etiã declarat ibi Marsi.sed Marsi.non meminit text.l.quisquis.§.pe. C. ad le.Iul. maie. vbi habetur, ꝙ punitur de crimine læsæ maiestatis. & ideò in l.vtrũ.ff.de parr.tenuit contrarium. procedit autẽ hæc opinio, quãdo sciens tractatũ potest probare: aliàs, si non potest, quia posset torqueri per l.iij.C.ad le.Iul. maiesta.non tenetur reuelare, & per consequens seipsum exponere periculo torturæ: vt latè dispu tat Marsi.in d.l.vtrũ.ff.ad l. Pompe.de parri.& plenè vide Ang. de Are.in lib.male.in verbo.che hai
103 tradita la tua patria.ij.col.† Itẽ est sciendum, ꝙ licèt magna sit enormitas & grauitas delicti isti⁹, tamen non potest ad torturã procedi, non præcedentibus indiciis, & aliis præsumptionibus: vt est tex.& Glos.Cy.Bal.& Sali.in l. si quis alicui. C. ad le.Iul.maiesta-
104 tis.† Præcedentibus autem indiciis, omnes possunt torqueri, etiã priuilegiati & minores. vt l.milites.C.de quæstio.& l. de minore. ff.eo.tit.& habetur in l.nullus.C. eo.tit.& per Angel.de Are.in lib. malefi.in verbo. che hai tradito
105 la tua patria.in prin. † Item in crimine læsæ maiestatis oẽs possunt accusare, etiam infames, & dãnati de publico iudicio: vt ple
106 nè ibi per eundem Ange.† Item in crimine læsæ maiestatis puniũtur filii ex delicto patris: vt habetur in l.quisquis.C.ad le.Iul.maie.& an idem sit, vt puniãtur filii ex delicto matris incidẽtis in crimen læsæ maiestatis: & an fœmina committat dictum crimen, vide per eũdem Ang. vbi suprà, iij. col.& ibi ꝑ Augu. de Ari.& Ber-
107 nar. in addi.† Item in crimine læsæ maiestatis non appellatur. secundùm Ang.de Are.in lib. male.in verbo.de quo suprà.in prin. & in verbo.præsente Caio, & appellante.sed contrariũ tenet Marti.Lauden.in.vij.q.per Glos.in l. Pantonius.§.rei.ff.de acqui. hære.
108 † Item est aduertendum, ꝙ cùm dicitur in crimine læsæ maiestatis admitti ad testificandum etiam testes infames, & aliter inhabiles, id uerum sit ad probandum directò ipsum crimen læsæ maiestatis: non autem ad probandum adminicula, quæ requiruntur probari in dicto crimine: vt in exemplis positis per Bart. in l. famosi.ff.ad legem Iul.maie. vbi hoc etiam firmat Alex. sed dicit procedere de illis adminiculis, quæ non sunt de substantia accusationis.

¶Item quòd sororem venenauit. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Venenare aliquem, est graue admodum delictum, adeò vt grauius etiam sit homicidio. et nu.2. & est crimen occultum sapiens proditionem. nu. 3. & quomodò cognoscatur quem esse venenatum. nume. 4. 13. 14. 16. & quæ indicia possint haberi in hoc delicto, nume. 5. 17. 21.*

6 *Minæ faciunt indicium ad torturam. & nu. 23. 24, 25. 26.*

7 *Indicium ad torturam an fa-* ciat

FISCVS.

VLTRA prædicta crimina & delicta, in alio reperitur deliquisse præfatum delinquentem: constat
1 enim venenasse sororem. †Quod quidem grauissimum crimen est, & grauius homicidio. vt l. j. C. de male. & mathe. & quæ sit ratio, quòd sit grauius homicidio, vide Marsi. in rubri. ff. de sicar. nu. 3.
2 †Hinc est, ꝙ venenans non venit appellatione homicidæ. secundũ Sali. in d. l. j. & habetur per Bart. de Cap. in const. constitutionem diui patris nostri. & quòd sit grauius & detestabilius homicidio, tenet Gramm. in consi. xxxvi. nu.
3 2. & in voto 3. nu. pri. †Est etiam crimen occultum sapiens proditionem. vt per Bal. in l. cum fratrẽ. C. de iis, qui. vt indi. in j. no. & in l. nemo. ij. col. versic. simile est in beneficio. C. de summa trini. & plenè per Gramma. in d. voto. 3. adeò, ꝙ in eo iudex promptior debet esse ad torturam & condemnationem: vt ibi per Grãma. quod quidem crimẽ ex infrà dicendis in processu apparẽtibus
4 constare manifestum est. †Et primò constat de delicto in genere cõmisso, dum constat fuisse repertum corpus mortuum cum liuoribus, & spumis ore fluentibus: ex quibus cognoscitur corpus venenatum. secundũ Suet. in Caligula

in principio . & Io. de Firmo in
suo aureo reperto. in uerbo , ue-
nenatio. item constat, quòd sum
pto ueneno semper uomuit:quod
quidem arguit uenenationem .
5 † Item constat , eundem inquisi-
tum fuisse uisum emere uenenũ ,
& deinde fuisse visum triturare
in quodam mortario , & ponere
in quadam charta : & cum dicta
eius soror uellet comedere, dictũ
uenenum in eius parapside appo-
suisse. item constat in eadẽ char-
ta fuisse repertam magnam quan
titatem dicti ueneni. quæ omnia
sunt indicia nedum ad torturam
sufficientia , sed etiam ad condẽ-
nationem.secundùm Par.de Put.
in lib. syndica. in uerbo, tortura
lo.iij.versic.an stetur dicto torti.
6 pe. col. † Item constat. eundem
inquisitum pluries minatum fu-
isse dictę suæ sorori: minę autem
faciunt indicium ad torturam. se
cundum Spec.in titu.de præsum-
ptio. §. species. uer. sed pone, L.
minatus est Tit. Bal.in l.Pactule-
ius.ff.de hære. isti. & arg. l.si qui
adulterii.C.ad legem.Iul.de adul
ter.& ff.man.l.si uerò nõ remune
7 randi . cum similibus. † Item cõ-
stat, eandem sororem defunctam
tempore quo uiuebat pluries di-
xisse , & mediante iuramento de-
posuisse, se esse uenenatam per di
ctum inquisitum eius fratrem: ex
quo resultat indicium ad torturã
secundùm Angel. in l. si quis in
graui.§.si quis moriens.ff. de Syl
le. & ibi Ludo. Ro.& idem uide-
tur tenere Bald. in auth. si dica-
tur. C. de testi. & in c. literas. de
8 præsumptio . † Item constat , fu-
isse & esse solitum delinquere:ex
quo causatur indicium ad tortu-
ram : secundum Bart.in l.fi.ff.de
quæsti. & Bal. in l.fi.ff.de hæred.
insti. & Glo. in l.iubemus. C. de
probatio.cum similibus.de quibus
ad longum per Marsi. in sua pra-
xi. §. diligenter. nu.99. & Marti.
Anto.Blan.in repeti.d.l.fi.de quę
stio.nu. 246. cum sequentibus .
9 † Item vlteriùs, constat , fuisse &
esse conuictum de mendacio:quo
fit, ut indicium ad torturam oria-
tur. secundum Bar. in l. de mino-
re. §. plurimũ quoque.ff. de quæ-
stio. refert & sequitur Ange. de
Are. in lib. male . in uerbo , fama
publica . versicu. nonò quæro . &
idem Bart. in l. fin.in 2. col. ff. de
quæst. & plenè Marsi. in sua praxi.
10 §.diligenter. nu. 74. † Item,quia
constat , quòd dum captus esset ꝑ
familiam curiæ, aufugit, & in fu-
ga rursus captus est : ex qua fuga
oritur non modica suspicio & in-
dicium: ut habetur per scribentes
in l.fi.ff.de quæ.& in l. in le. Cor.
ff.ad Sylle.& ꝑ Ang. de Are. in li.
male.in uerbo,fama publica.uers.
an fuga . de quo latè per Marsi. in
l.fi.C.de probatio,& in praxi.§.di
ligenter.nu.41. ex quibus omnibus
necesse est dicere,nedum posse ꝓ-
cedi liberè absque alia considera-
tione ad torturam:sed etiã ad cõ-
demnationem, etiam non seruato
11 aliquo iuris ordine. † Quia sumus
in enormibus,in quibus non serua
tur iuris ordo, secundum do. Par.
de Put.ĩ tract.syndica.in 51.char.
2.col.in fi. & plenè cõgerit Marsi.
in sua praxi.in §.diligenter. num.
12 165. † Et intãtum est uerũ istud,
maximè ĩ hoc crimine uenenatio-
nis , ut in eo puniatur affectus : li-
cet non sequatur effectus . secun-
dum Bart. in l.j. C.ad le.Pomp.de
par.

13 par. ¶ INQVISITVS. † Si uera essent ea, quæ proposuisti, proculdubio sequeretur conclusio tua: sed ex infrà dicendis patebit in iure & in facto parum ea ueritati officere. & primò dico minimè constare de delicto in genere commissi concludenter. omnes enim testes in hoc deponentes sunt singulares & contrarii, qui de iure etiã non coniunguntur ad faciendum indicium ad torturam. secundùm Bald. in l. si quis ex argentariis. §. j. ff. de eden. & ita uoluit Bald. in le. spadonem. §. quarta. ff. de excu. tuto. & in l. iurisiurandi. C. de testi. & Ioan. Cal. & Anto. de But. in c. veniens. el primo. de testi. adeò, vt dicat Bal. in rubrica. de contro. in uas. in j. col. quòd si essent duo testes singulares non conferentes in eundem rei finem, non probant aliquid: & qui eos produxit, nõ dicitur habere aliquos testes pro se. apparet autem in hoc quatuor testes fore examinatos: quorum un⁹ dicit, cadauer illius mulieris se uidisse cum liuorib⁹, & cum spumis ore fluentibus: & iudicio suo esse id signum ueneni. uerũ potest causari ex febre pestifera & maligna: adeò, quòd utrunque poterit esse. & sic concludenter nihil probat. alius uerò testis deponit, se non uidisse liuorem in eo cadauere indicantem uenenationem, sed spumã in ore: quæ multoties in nonnullis cadaueribus solet apparere, & hoc propter fortem transitum. & sic etiam dicũt diuersimodè alii testes: adeò, ut nihil concludunt, si rectè
14 inspiciantur. † Præterea ii testes non sunt experti medici, nec qui possent deponere de hoc, & quorum dicto credi debeat. secundum Specu. in ti. de test. §. vij. uersic. hoc quoque. sed sunt illiterati & idiotæ, nullam habentes experientiam, quæ posset supplere illiteraturam. secundum Specu. in titu. de iud. deleg. §. viij. versi. item, ꝙ est illiteratus. scire enim an sint signa uenenationis, an non: & an aliquis sit ex ueneno mortuus, an non, est peritorum medicorum: & cum difficultate hoc possunt scire. secundum Marsi. in l. j. §. præte-
15 rea. nu. 37. ff. de sicar. † Intantum, ut secundùm eundem si aliquis confiteatur, se uenenasse aliquem, & ex ueneno mortuum esse, hæc confessio ei non præiudicet, quia ipsius facultatis non sit dignoscere, venenũ ne illum ene-
16 carit, an quippiã aliud. † Ad id uerò, quòd dicitur, quòd semper uomuit, breuiter replicatur, quòd si rectè inspiciatur processus, non concluditur fuisse signum uenenationis. imò per testes curiæ, & inquisiti contrarium cõstat, dum dicunt, quòd sunt nonnullæ infirmitates, quæ uomitum in corporibus humanis solent causare, citrà tamen speciem ueneni. & ex istis est uidere, num probatum sit de delicto in genere cõmisso. descendendo uerò ad indicia, quæ adducuntur, dico minimè ea obstare. & dicit Par. de Put. in libr. syndica. in verbo, tortura. lo. iij. uersi. mãdauit rex. 4. col. nu. 11. ꝙ uomitus potest causari ex mate-
17 ria cholerica. † Er primò nõ obstat id, quod dicitur, quòd fuit uisus emere uenenũ: tũ, quia probat per familiares dom⁹ (qui sũt idonei testes ad probandũ innocentiã inquisiti. secũdũ Spec. in ti. de iquisitio. §. j. ver. sed nũquid reus.

refert

refert & sequitur Io.de Ana. ĩ cõsi.suo 59.& Alex. in cõsi.24. inci. animaduersis.in 2.li.13.col.& plenè per Marsi. in praxi. §. oportunè. nu. 15.) quòd dictum uenenũ emptum & repertum in domo in quadam fissura cuiusdam parietis domus, fuit emptum propter mures. & ad hoc demonstrandũ fuit præcedente instantia ipsius inquisiti perquisitũ in pluribus partib⁹ ipsius domus, & præcisè in nonnullis fissuris, & fenestris, & aliis locis, in quibus solent mures concurrere.& ibi fuerũt repertæ plures partes casei & panis cum ueneno & toxico:quæ est magna cõiectura pro ipso inquisito:tantò magis, quia idẽ testes deponũt, quòd dictum uenenum & toxicum fuit per dictũ inquisitũ emptũ ad preces & importunitatẽ dictæ mulieris tempore quo uiuebat, ad effectum interimẽdi mures.& per eãdẽ fuit in pluribus partib⁹ dom⁹, ut suprà dixi, positũ. itẽ cõcurrit, quia longè antè, & ferè p tres mẽses antè mortem mulieris fuit di-
18 ctum uenenũ emptum. † Itẽ accedat prædictis, ꝙ quo tempore fuit dictũ venenũ emptũ, summopere dictus inquisitus diligebat dictam suã sororẽ: quo fit, ut omnis sinistra suspitio cesset:secundùm Gl. l.j.C.de sicar. & Bal.in marga. in verbo, amicitia.& Cepol.in cõsil.
19 ij. in ij.col. in fine. † Item concurrit maxima coniectura elidẽs omnia indicia existentia contrà eum, uidelicet: probatio bonæ uitæ, castitatis, famæ, bonorumque morum dictæ mulieris: ac maximè obedientiæ, quam habebat erga dictum suum fratrem: adeò, vt nulla urgens causa possit coniecturari, qua potuisset dictus inquisitus moueri ad interimendum dictam suam sororem.& de iure nemo præsumitur delinquere, nisi ex causa: ut per Feli.in c.j. de offic.& pote.iud.delega.& Alex. in consi.106.in 4.par.per Glos.sing. in l.qui iurasse.§.si pater. de iure-
20 iurando. † Item accedat prædictis ꝓbatio maximæ diligẽtiæ & solicitudinis adhibitæ in curatione dictæ suæ sororis, & intimi doloris ac planctus immensi ob mortem ipsius. ex quibus omnibus resultat non modica coniectura exclusiua delicti.una enim coniectura tollit aliam, ut sæpiùs dixi.
21 † Nec obstat, quòd dicatur fuisse uisum dictũ inquisitum triturare venenum in mortario, & demũ ponere in parapside suæ sororis, quia ad id pluribus modis respondeo:primò, quòd hoc nõ probatꝰ. cùm aliqui testes dicant uidisse ipsum triturare quandam rem albã, aliqui quandam rem similem sulphuri, tertii uerò rem nigram: & aliqui dicunt fuisse tempore quo dicta mulier erat infirma, aliqui uerò dicunt, quòd erat incolumis & sana. & sic testes sunt varii, cõtrarii, singulares, & discordantes: & sic eis nõ est standum, vt suprà dixi.item secundò, quia probatur eandem rem trituratam fuisse per dictum inquisitum etiã inspersam parapsidi uxoris, & filiorum: quo fit, vt si fuisset uenenum, omnes mortui essent: ut arguit Grãma. in decisio. ij. & sic non est præsumendum fuisse uenenum. item liquidè constat ex defensionibus adductis fuisse piper, id quod fuit trituratum, & nõ uenenum: & sic cessat suprà dictũ indiciũ: debent enim

enim testes concludere, quòd fuit uenenum malum, aptum ad nocēdū: aliàs nihil ꝓbant: ut per Par. de Put. in lib. syndica. in uerbo, tortura. lo. iij. uersi. mādauit rex.
22 4. col. † Tantò magis, quia id fuit longè antè infirmitatē & mortem dictæ mulieris: & nullum signum ueneni fuit ī ea pòst: quod quidē fuisset proculdubio, si fuisset uenenum, ut experiētia docet, & est regulare secundū ueras medicinæ regulas. & ita dicit Par. de Put. in li. syndica. in d. uerbo, tortura. lo. 3. versic. mādauit rex. 4. col. in fi.
23 † nu. 11. Similiter nō obstat, quatenus adducat, eūdē pluries, minatū fuisse sorori: quia ad id pluribꝰ modis respondetur: & primò quia licèt testes dicāt, quòd pluries minatus fuit: che li uolea rōpere le brazze: alii: che li uolea rompere la testa: nullus tamen dicit, ꝙ minabatur, ei se ueneno insidiaturū. & tunc minæ faciunt indicium, quādo subsequit̄ illud ipsum delictum, quod minatur: uerbi gratia, si cùm minatur occisurum, sequatur occisio: si cū minatur uerberaturum, sequatur uerberatio: si cum minatur vulneraturū, sequatur vulnus: & sic de singulis: non autem, quando sequitur delictum extraneum, vel maius aut minus: vt egregiè cōsuluit Bertran. doct. Galli. in consi. lxj. in ij. par. incip. non puto, ꝙ ex propositis. præterea non est uerificatum pro parte curiæ, esse solitum illum & potentem executioni demandare dictas minas, ut requiritur ad hoc, ut faciant indicium ad torturam: imò exaduersò probatur esse impotentem, timidum, pressi animi, & nō solitum minas executioni demandare. & sic tollitur istud indiciū, vt volunt Doct. in l. ulti. ff. de hære. insti. & Ias. in l. pri. C. de ser. fugi. Feli. in c. cùm oporteat. de accu. nu. 9. Spec. in ti. de præsump. §. species. uer. sed pone. L. minatus est. Thom. Gramma. in consi. xiij. & cōsi. lxviij. cum aliis Doctoribus communiter.
24 † Item similiter non obstat prætensum indicium stante probatione bonæ famę inquisiti, nec exaduerso probat̄ mala fama ipsius: quo casu minæ facerent indicium. secundum Cy. in l. fi. ff. de hære. instit. intelligendo tamen, quādo est probata mala fama in eodem genere mali. secundum eundem Bertran. in d. cō si. 61. & ī cōsi. 137. in ea. ij. parte. & sic nō est facienda vis.
25 † Pręterea licèt minæ probari possint etiam per testes singulares. secundùm Pet. de Anch. in cōsil. 277. & in cōsi. 299. & Fulgo. in cōsi. 177. vt refert & sequitur Gramma. in decisio. v. in num. 15. id solùm tamen tunc procederet, quando testes essent singulares ratione loci vel temporis, & concurrerent in eundem rei finem. quo casu benè ꝓbant. ut per Fulgo. in cōsi. 172. post. med. primæ colum. secùs tamē erit, quando testes non cōcordāt de qualitate minarū, ut in casu nostro. nā alii dicūt, ꝙ dixerat: che li uolea rompere le brazze: alii: che li uolea rompere la testa. & sic nō concordant in qualitate
26 minarū. Præterea prætensæ minę nō fuerunt puræ & simplices, sed cōditionales, uidelicèt: che li haueria rotto la testa, se la se fosse piu affacciata alla fenestra. quo casu non oritur indiciū, nisi ꝓbata illa qualitate & cōditione. secundum Bertran.

Bertran. in dicto consi.61.& consil.137. ex quibus omnibus resultat clara iuris conclusio, quòd de dicto indicio minarum non est
27 curandum.† Nec similiter obstat depositio dictæ offensæ, etiam facta in mortis articulo ex pluribus: & primò, quia nõ facit indicium sufficiens ad torturam. secundum Bertran. in consi.137.ij. parte incipien. uiso processu. & in consil. xxvj.eo.ij.uol.nu.8. Gramma.cõsi.lvij. nu.14. Bald. in l.mater. C. de calũniator. Pe.de Gerar.ĩ sing. lv. Mar.Anto.Blan. in repetitiõe l.fi.ff.de q.nu.390.& Gramma. in cõsi.42.nu.7.& in cõsi.70.& Marsi. in sing.22.& Ange.ĩ d.l.mater. & ibi Gl.licèt idem Ang.tenuerit contrarium in l.siquis in graui.§. siquis moriẽs.ff.ad Syllenia. quia se correxit in d.l.mater. secundò, quia dato, quòd faceret indiciũ, id est uerum, quando concurrerent ea, quæ posuit Marsi. in sua praxi in §. diligenter.nu. 118. cũ sequen. uidelicet, quòd fuerit facta in mortis articulo cum iuramẽto:& quòd talis asseuerans fuerit homo bonę conditionis uitæ, & famæ:& alia, de quibus per eũ. quæ vtique ĩ casu nostro minimè concurrere uidentur:& ideò succedit, quòd nullum indicium sumi potest ex dicta depositione nõ formaliter facta:& in propriis terminis firmat Par.de Put.in libro. syndi.in verbo,torturæ.ſo.iij.uersi.mandauit rex.4.col.nu.11. tertiò ex alio non obstat, quia, ut supra dixi, etiamsi principalis inquisitus diceret,& confiteretur, se uenenasse aliquem, qui ex dicto ueneno mortuus sit, non propterea ex dicta confessione damnari posset. secundùm Marsi.in l.j.§.præterea.ff. de sicar. nu.37. ratio est, quia ut hic nescire potest, ita pari modo persona offensa non potest præiudicare inquisito per suã cõ-
28 fessionem. † Quatenus uerò dicatur, quòd sit solitus delinquere, pluribus mediis tollitur huiusmodi indicium:& primò, quia nõ est simpliciter uerũ, quòd solitus delinquere, habeat ex solo hoc indicium ad torturam: ut plenè congerit Marsi.in praxi in §.diligenter. num. 99. de quo per Marc.Anto. Blan.in reperi.l.fin.ff.de quæstio. num.246. cum sequentibus. secundò, quia non probatur, fuisse solitum delinquere in eodem genere delicti. quo casu nõ resultat indicium: secundum Glos. singu.in le. iubemus. C.de probat.Bart.& Mod.in l.fi.ff.de quæstio.Sali.in l.fin.C.eo.titu.Gandi.in rubrica. de indi.indu.col.fin.Gramma.cõsi. xlv. & cõsi.lv. & uoluit Iacob. Nouell.in sua praxi ad defen.numero 104.fol.67. tertiò, quia probatur ex aduersò ex parte inquisiti, quòd à tribus annis retrò aliquod delictum non commisit, sed benè, pacificè, & quietè vixit, conuersando cũ bonis & perfectis hominibus. quo casu purgata censetur illa mala fama. secundùm Iason. in l.si prius.col.143.ff.de no. oper.nun.& Roma.in consil.236. col. 2. & sequitur idem Iacobus Nouell. ibidem num. 106.4. quia non sufficit dicere, quòd aliàs hic talis fuit inquisitus de talibus delictis, & producere ad hoc simplices informationes, ut possit dici solitus delinquere: sed est necesse, quòd probetur, quòd fuit cõuictus: secundùm And.de Iser.in titu.

tit.de pa.tenen.in uerſ.publici latrones.& probat per tex.l.ictus furſtium.& ibi Bal.& Doct.C. de infa.nã non ſtatim, qñ quis accuſat de crimine, criminoſus dici pōt; ſed qñ conuincitur.tex.eſt in c.fi. in fi.xv.diſtin. in ulti. quæſtio. & in c.nonne.viij.q.iiij.uel quando pronuntiatus fuerit pro tali: vt dicit Spec.in ti.de inſtru.edi.§.reſtat.verſi.quid ſit tabellio. uel qñ in iudicio fuerit confeſſus:vt pulchrè proſequitur Gramm. in uot. xxx.nu.25.cum ſequentib. quorũ neutrum hic interuenit: ergo iu-
29 dicium nō reſultat.† Nec obſtat, ꝙ dicatur, ipſum fuiſſe cõuictum de mendacio, quia reſpondetur pluribus modis: primò, quia non eſt ſimpliciter uerũ, ꝙ mendaciũ ſit ſufficiens indicium ad torturã: licèt nonnulli Doct. teneãt, quòd ſic.Par.in lib.ſyndi.in verbo, tortura.lo.j.uer.uiſo.de indi.indubi. & Affli.in conſt. ſi dãna clandeſtina.in 14.no.ver. ſed quæro. & ibi And. de Iſer.uidentur cõcludere, quòd non facit ſufficiẽs indicium ad torturã,ex eo, quia licèt principali celare ueritatẽ propter ſuã ſalutem:maximè, propter ritum magnæ curię uicariç, de quo ꝑ eoſdẽ: licèt moder.doctor Mar. Ant. Blã.in repe.l.fi. ff.de quęſtio. nu. 265. cum ſequentib. conetur ꝑdictas opiniones reducere fœdere diſtinctionis ad concordiam:vt opinio Iſer.Par.& Affli. procedat in ijs, quæ ſpectant ad eius immediatam defenſionem: ut ſi primò negauerat,poſteà feciſſe dicat ad ſuã neceſſariam defenſionem, vel ꝙ caſualiter percuſſit, uel aliter: opinio autem Bart. procedat in ijs, quæ non ſpectant ad eius defenſionem immediatam: ut ſi dicat, in die delicti locutum ſe eſſe cum Petro, & poſteà dicat, eum non uidiſſe. vel ſi dicat,tali die ſe fuiſſe Venetijs,& poſteà dicat, eo die ſe fuiſſe Mediolani.iſta enim non reſpiciunt defenſionem immediatam; ideò faciunt præſumptionẽ contrà eum.ſed opinio. Iſer. ſimpliciter ſequitur Grammat. in uoto 30.nu.16.tamen utcunque ſit, quia hic negauit id,quod pluraliter reſpiciebat confeſſionem delicti, & immediatam defenſionem (quia negauit ſe emiſſe uenenũ) tenendo opinio. Marci.Anto.adhuc ſumus in tuto.ſecundò reſpõdetur, non poſſe ipſum dici conuictum de mendacio,ex quo,ſi rectè inſpiciatur depoſitio, negauit emiſſe uenenum non purè & ſimpliciter, ſed quòd non recordaretur emiſſe.nam facta affrontatione cum teſtibus dixit,quòd meliꝰ conſulta memoria recordatur emiſſe uenenum:& ſic nō poteſt dici uarius & conuictus de mendacio:ut habetur per Tindar. in tra. de teſti. varia. in primo li.trac.in
30 nono capitulo. † Minimè etiam obſtat, quatenus dicatur aufugiſſe è manibus familiæ, quia cũ ſubitò apprehenſus detrectarit ignominiam carceris,non reſultat aliquod indiciũ cōtrà eũ:ut notabiliter firmauit Sali.ĩ l. admonẽdi. ff.
31 de iureiuran.num. 11.† Nec obſtat,ꝙ ſumus in enormibus,in quibus non debet ſeruari ordo iuris, quia dico,quòd etiã in crimine lęſæ maieſtatis,& in caſibus, in quibus iudex habet liberum arbitriũ requiritur quòd præcedãt legitima indicia uel probationes. ſecundum Fran.Brun. in tra. de in-

3 Confeßio facta in uinculis an valeat. & nu. 5.
4 Litem contestare si reus spõte noluerit, an cogetur.
6 Litis contestatio an debeat fieri in præsentia accusatoris, & rei.
7 Reus inquisitus an poßit in cõtestatione litis dicere: nego me esse culpabilem.
8 Litis contestatio an semper debeat fieri iudice pro tribunali sedente.
9 Litis contestatio an inducatur, si dicatur: mentitur, qui hoc vult dicere.
10 Litis contestatio quos effectus pariat. & nu. 11. 12. 13. 23. 24.
13 Fideiußio sisti cũ clausula, toties quoties, expirat lapso biẽnio a die litis contestationis.
14 Tortura datur facta contestatione litis.
15 Instãtia perẽpta in causa periurij an poßit pronuntiari super debito. & nu. 19.
16 Iudiciũ est vnicum, licèt plures conueniantur in vno libello.
17 Accessorium sequitur naturã sui principalis. & nu. 22.
18 Instantia si est perẽpta in vno, est perempta in alio.
20 Periurium intentatum importat causam ciuilem, & criminalem.
21 Sñia põt ferri cõtra vnũ, et cõtrà alios supsederi: si plures accusantur in uno eodẽq; libello.
23 Exceptiones dilatoriæ aduersus accusationem proponuntur antè litis contestationem.
25 Instantia in criminalibus durat per biennium.
26 Instantia in criminalibus potest prorogari per regẽ per insufflationem spiritus vitæ.
27 Actio iniuriarũ transit ad hæredes facta litis cõtestatione.
28 Curator debet dari minori antè litem contestatam, & qualiter.
29 Aduocatus & procurator dandi sunt inquisito.
30 Ordo iuris non est seruandus in leuibus.

IVDEX.

Hvcvsqve visum fuit, qualiter formentur capitula contrà inquisitos. auditis uerò fisco & inquisito, officium iudicis est, telam processus & iudicij in iis, quę spectant ad eius officium, ordinatim pertractare. 1 † Quam ob rẽ sciendũ est, quòd formatis capitulis, vt suprà, debet duci reus ad iudicem sedentem pro tribunali ad eum actum solutus uinculis & cathenis: ut dicit text. in const. regni incip. si damna clandestina. & ibi per gl. & Afflict. in verbo, soluti tormentis. & eo ibidem existente debent legi, & particulariter declarari eidem inquisito dicta capitula, & super unoquoq; ipsorum debet scribi eius responsio in pede uniuscuiusq;, iuxtà practicam datam per

Affliċt.in d.consti. si damna clandestina.in nono no.& docet Marsi. in sua praxi.nu.xj.§.constante. & lectis eidem omnibus capitulis, ac scriptis, vt suprà. & annotatis omnibus eius responsionibus,in fine capitulorum scribi debet actus
2 litis contestationis. † Eius autem forma erit; die quarto Februarij an.1553. instante regio procuratore fiscali præsentia capitula fuerunt exhibita & præsentata, lecta & diuulgata de uerbo ad uerbum, d. inquisito constituto coràm magnifico Straticoto ciuitatis Salerni pro tribunali sedente ad hunc actum: isq; idem inquisitus solutus uinculis & cathenis. & cùm super eis & unoquoque ipsorũ interrogaretur,litem contestãdo & animo cõtestandi, respõdit prout in pede eorum & uniuscuiusq; ipsorum continetur.immediatè aũt tum debet dari terminus per iudicem eidem inquisito ad faciendũ oẽs & singulas defensiones, quas habet & habere poterit, & fiscus debet acceptare omnes confessiones,mendacia,& uariationes dicti inquisiti, si & quatenus pro se faciunt, & non aliter nec alio modo: & ecõtrà reuocare omnes, & quascunq; confessiones, & propositiones, ac instantias quomodolibet sibi nociuas, & non aliter nec
3 alio modo. ¶ Fis. † Quid ergo important illa verba: solutus uinculis & cathenis? an quæso sunt de substantia litis contestationis? ¶ Iud. Illa profectò verba sunt magnæ importantiæ: quia si reus cõfiteretur aliquid in capitulis cùm esset in uinculis & cathenis, posset allegari per uim & metũ tormentorũ extortum; ut in d.cõst. si dãna clandestina.& ibi Affli.itẽ ex alio,quia litis cõtestatio impedit ꝑ metũ,& esset ipso iure nulla dato metu.secundum Gul.de Cu. & Doct.in l.j.C. de lit.contest.& Pet.de Su.in li.ij. in fi.ff. de iudi.
4 Fis. † Sed pone casum,quòd reus in iudicio constitutus non uult litem contestare, nonne eo casu cogetur? & certè sic: ut habetur in text.c.j.& c.tuæ. ut lit.non contesta.& ibi Gloss.& Cy.in l.j. C. de contes.lit.in vij.q.& ibi Bal.in v,q.& Alex.in l.si finita.§.Iulianus. col.x.ff.de dam. infec. & habetur per Afflict.in constit. speciale. & posset cogi per impositionem pœnarum, pecuniarum, & etiam per torturam: ut habetur per Bal. in l.accusationem. C.qui accu. non possunt. & tu dixisti infrà in tertia parte tertiæ partis,ut ibi: & tamen litis cõtestatio facta isto modo ualet & tenet: ergo quomodò procedunt, quæ dicta sunt suprà?
5 ¶ Iudex. † Non nego,quin etiam litis cõtestatio possit fieri ꝑ reum uiribus prætoris compulsum in casu,quo noluerit sponte litem cõtestari: attamen posito casu,quòd aliquid confiteretur, esset necessaria ratificatio. quia uideretur facta confessio per metum & comminationem pœnarũ & torturæ. & ideò benè ad cautelam fuit prouisum, ut apponantur illa verba, de quibus suprà dictũ fuit. ¶ Fis.
6 Vtrum in casu,quo proceditur ad querelam, requiratur de necessitate,ut fiat cõtestatio litis per reum in præsentia accusatoris: sicùt requiritur in ciuilibus? ¶ Iudex. Dicas,quòd non, quia in criminalibus absente accusatore iudex ex officio procedere potest & interrogare,

rogare. vt l. ij. C. de aboli. & l. quã-uis. C. de adulter. tradit Bart. in l. is, qui reus. ff. de pub. iud. & Bal. in l. j. C. qui accu. non po. uersic. sed hic occurrunt. & idem tenet Bal. in l. j. C. de litis contest. & firmat Maria. Soc. in c. olim inter. de lit. contest. nu. 65. in fi. & vide Ang. de Aret. in li. malefi. in uerbo, hęc est quædam inquisitio. viij. colu.

7 ¶Fis. †Vtrum reus inquisitus possit respõdere in capitulis hoc modo: nego me esse culpabilem? ¶Ivd. Bar. in l. j. §. accusationem. ff. ad Turpi. dicit, quòd non debet admitti talis responsio. quia reus debet respondere super facto, utrum fecerit, an non fecerit id, super quo accusatur: non autem, utrum illud sit culpabile, an nõ culpabile. quia hoc spectat ad iudicem: vt in d. §. accusationẽ. facit, quòd no. in c. fi. de purga. cano. & sequitur Bald. in l. vnica. C. de lit. conte. in viij. q. & firmat idẽ Maria. in d. c. olim inter. nu. 67. in fin. & dicit esse perpetuò notandum.

8 ¶Fis. †Vtrum semper requiratur, vt contestatio litis fiat iudice sedente pro tribunali: & aliter facta an valeat. ¶Ivd. Dicas, quòd ad ualiditatem litis cõtestationis requiritur, vt fiat iudice sedente pro tribunali: vt est text. in d. c. olim inter. & per tex. in l. j. C. de lit. cõtest. & l. rem non nouam. §. patroni. C. de iudi. & firmat idẽ Maria. vbi suprà. nu. 75. & aliter facta nõ valet. & ideò esto cautus: ut semper apponi facias dicta verba. ¶Fis.

9 Quòd si reus respõderit in aliquo capitulo, quòd mentitur, qui hoc voluerit dicere, an dicatur litem contestari? ¶Ivd. Dicas, quòd sic. secundum Bal. & Docto. in l. turpia. ff. de lega. j. & est notandũ, quia plurimos uidi reos ita respondere. & est sciẽdum, quòd plures ef-

10 fectus parit litis contestatio. †Et primus est, quia si moritur reus post litem contestatam, facit hæredem teneri, qui aliàs regulariter non tenetur. secundum Bar. in l. senatus. ff. de offi. præsidis. & no. per Docto. in l. j. C. ne ex delic. defuncto. & Bart. in l. quid ergo. §. pœna. ff. de infami. & Alex. in l. absentem. ff. de pœn. & ibi habes, in qui

11 bus casibus hoc procedat. † Secundò operatur, quia lite contestata currit instantia. secundum Bald. in l. properandum. in v. col. C. de iudi. & antè litem contesta-

12 tam non currit. † Et an lapsa instantia ulterius audiatur accusator uel fiscus, uel restituatur in integrum, vide Gram. in uoto 31. per totum, vbi pulchre. & vide Capy. in decisio. ccvj. incipien. in causa.

13 & cætera. †Tertiò operatur, quia facta litis contestatione, & elapso biennio expirat fideiussio de iudicio sisti cum clausula: toties quoties, secundùm Afflict. in constit.

14 sæpè cõtigit, la. ij. in ij. no. †Quartò operatur, quia sine contestatione litis non potest procedi ad torturam: ut dixi in tertia parte tertiæ partis nu. 49. & intelligas regu

15 lariter. ¶Fisc. †Quòd si agitur de periurio contrà aliquẽ, & à die litis contestatæ elapsum est biennium, & sic instantia est perempta quo ad periurium, cum sit causa criminalis, an possit non obstante peremptione instantiæ prouideri & pronuntiari super debito: & uidetur dicẽdum, quia non. quia stãte lapsu biennij à die litis contestatę super causa criminali, perempta

instātia ipsius causæ criminalis & principalis, intelligetur peremptū omne ius proueniens ex ea. quia causa principalis debet attendi. l. siquis nec causam. ff. si cer. peta. & sic ciuilitas seu iudiciū ciuile non est amplius in consideratione: aliàs sententia esset nulla: ut per Doct. in l. properandum. de iudi.

16 † Et pro cōfirmatione opinionis prædictæ addicitur, quòd si in libello plures conueniuntur, unicum est iudicium, & unica instantia, & indiuidua pariformiter sententia. l. in hoc iudicio. ff. famil. hærcis. ita si in libello sunt plures actiones, instantia vnica & indiuidua debet esse: & sic stāte vnitate causę, non potest dici in parte pe-

17 rempta, & in parte non. † Tertiò confirmatur, quia accessorium sequitur naturam sui principalis. c. accessorium de reg. iur. in vj. l. nō dubium. C. de legi. Ias. in l. j. §. si quis ita. ff. de verb. obli. sed causa ciuilis est accessoria ad criminalem periurii, quæ est principalis, & principaliter intentata: ergo ea sublata, & sic perempta instantia illius principalis, sublatum est accessorium. & quòd causa criminalis sit principalis, patet ex ordine libelli, quia præponitur, quia ordo scripturæ est attendendus. secundùm Bald. in l. aduersus. C. de vsur. & in l. j. C. de substi. hinc est, quòd dixit Bart. in j. consi. col. fi. quòd si reperiuntur duo instrumenta scripta in eadē charta, præsumitur prius factum & scriptum illud, qđ præcedit ex ordine scripturæ. & habetur per Bald. in l. si

18 duas. ff. de excu. tut. † Prætereà si instantia non esset perempta etiā quò ad ciuilitatē, sequeretur absurdum: quòd nec instantia quò ad criminalitatem esset perēpta, cum sit indiuidua, ut dictū fuit. & sic principale reciperet confirmationem ab accessorio, quod esset contrà l. quod per manus. ff. de iure codi. & contra omnia iura cantantia, ꝙ elapso biennio instantia causæ criminalis est perempta.

19 ¶ Ivd. † Sed præmissis non obstātibus contrariam sententiā de iure probabiliorem esse existimo: & sic, ut licèt posset dici perēpta instantia quò ad caput criminalitatis: non tamen quò ad caput ciuilitatis ex infrà dicendis. & primò, quia licèt de iure cōmuni non poterat agi criminaliter, & ciuiliter in uno eodemq; libello & tēpore l. j. C. quando ciuilis actio præiu. cri. tamen hodiè ꝑꝑ clausulas consuetas apponi in instrumentis, vel propter pactum habitū inter partes, potest agi simul & semel ciuiliter & criminaliter. secūdum Affli. in const. si ciuiliter. dum dicit ibi:

20 sumpta est ista practica. † Et semper, qñ agitur de periurio, agitur criminaliter & ciuiliter, & in primo tractatur de pœna periurii: in secūdo de solutione. vndè sequit̃, ut si in libello cōtineant̃ plura & diuersa, tot censeātur esse libelli, quot sunt capita in eo cōtenta, & tot dicantur esse instantiæ, & non unica: secundum Bal. in l. edita. C. de edē. vers. xiiij. quærò. dūꝗ dixit, ꝙ si in libello contineant̃ plura, & sic fiat cumulatio, an dicatur una instantia, an plures. & distinguit: aut loquit̃ de unitate collectiua. & est una instātia, sicut unus libellus: aut de vnitate specifica, & tūc sunt plures instantiæ; & ita plures considerantur. & effectus erit, dicit

cit ipse, si plures instantiæ considerantur, si vnum crimē est liquidum, super eo potest pronuntiari, & instātia diuidi potest. sic ergo in casu proposito dicendū est, vt licet perēpta sit instantia quò ad vnum caput criminalitatis: nō dicatur tamen perēpta quò ad caput ciuilitatis longè diuersum ab eo: cum capita iam sint specificata, & causæ sint diuersæ: & ita videtur tenere Alex. in l. scire debe
21 mus. de verb. oblig. † Et ad cōfirmationem prædictorū adducitur doctrina Bar. in l. de vnoquoque. ff. de re iud. vbi dixit, ꝙ si plures accusantur ī vno libello, vna sententia potest ferri contrà unum, saluo processu contrà alios: & sic instantia diuidi potest, quæ erat vnica. quātò igitur fortius dicendum est in casu nostro, in quo cōsiderantur duæ causæ, & duæ instantiæ: & vna stat de per se ab alia: & sic vna sublata non intelligitur alia sublata vel perempta.
22 † Præterea quando sunt duæ causæ æquè principales simul iunctę, vna nō dicitur depēdere ab alia: & sic in eis nō consideratur principale & accessorium, neq; quod principaliter actum est: vt eleganter dixit Hippo. de Mar. in rubri. de fideiuss. num. 63. sed in materia nostra cāæ sunt coæquales, & separatæ. ergo vna non depēdet ab alia. vt probatur per doctri. Bart. in d. l. j. C. quando ciuil. actio. dū dixit, ꝙ vna sublata, alia non tollitur. ergo sequitur, ꝙ vna nō est accessoria ad aliam: sed sunt ęquè principales. & tenendo istam partem breuiter respōdetur ad allegata in contrarium, & quò ad primum, inquātum dicitur, ꝙ debet attendi illud, quod principaliter agitur, respōdetur, ꝙ illud procedit, qñ causę nō essent ęqualis potentiæ, vt dictum fuit: nec obstat illud, quod dicitur secundum per tex. in l. in hoc iudicio. ff. fa. test. quia ille tex. ꝓcedit, quando plures sunt cōuenti, & oēs cōparent, vt sic contrà oēs possit determinari, vel in fauorem omnium: & tunc instātia vnica diuidi nō potest, nec sententia: secùs autem, si aliqui essent absentes, diuiditur enim tum instantia & sentētia. l. nō idcirco. ff. de iud. sed materia nostra continet duas causas separatas, & principales & coęquales, ac duas instantias non respectu vnitatis collectiuæ: sed respectu, quia sunt omnia separatim in libello specificata: & sic vna ab alia separari & diuidi pōt. nec obstat aliud, ꝙ accessoriū sequitur naturam sui principalis: nā in casu proposito nō datur principale & accessorium, vt dictū fuit: sed oēs causæ sunt æquè principales, & diuersæ, & diuersæ instātię, nec habet obstare aliud, inquantū dicebatur, ꝙ attēditur ordo scripturæ: & per ordinē apparet, ꝙ principaliter est intētata causa criminalis: & ꝙ sic illa sit potentior: vnde ea sublata, oē sequens tolli debeat. nam respōsum fuit, ꝙ illud procedit, quādo nō daretur æqualitas causarū: sicùt in casu nostro, quia tūc nō procedit illud, quod dicitur, quòd debet attendi, quod principaliter agitur, & sic limitatio erit ad dictā l. si quis nec causam. ff. si cer. pe. vt per Hippo. in d. nu. 63. præterea ordo scripturæ nō est attēdendus, qñ constat de mente disponentis. l. nec enim. ff.

de solu. Bart.in l.cum prætor. §. fidei.ff.de lega.iij.sed iam cōstat, quòd istæ causæ sunt separatæ & coæquales: & sic instantiæ. per doctrinam Bald. in d.l. edita. & per Alexan.in d.l.scire debemus.

23 ¶ † Quintò operatur litis contestatio, quia per eam præcluditur uia proponendi exceptiones dilatorias aduersus accusationem & inquisitionem. secundum Marsi.

24 in.l.j.num.15.ff.de quęst. † Sexto operatur, ut si unus, ad quem spectat de iure ius accusandi, postquam accusauit & litem cōtestatus fuit, desistat, alius ad accusandum non admittatur: ut probat text.iuxta Gl.in.l. sepulchri uiolati actio.ff. de sepulch. uiola.

25 † Et nota, quòd etiam de iure regni in criminalibus durat instantia per biennium: ut habetur in ritu magnæ curiæ uicariæ incip. itē seruat ipsa curia, ut instantiā.

26 † Et secūdùm eundem ritum instantia etiam in criminalibus potest prorogari per regē: ut ibi ha

27 betur. † Septimò operatur, quia facta litis cōtestatione actio iniuriarum transit ad hęredes: ut habetur in l.iniuriarum.ff.de iniur.l.si nomen.ff.de hęre.uel act. vendi. & firmat Iacob. de Bello vis.in praxi.crimi.in tit.de iniur. in verbo, quòd dictus reus maliciosè.in xij.col.versi. sed nūquid

28 ista actio. † Et est aduertendū, ne erretur, quòd si inquisitus erit minor, die vno vel duobus antè examen debet ei dari curator ad litem: vt latè dicam in tertia parte tertię partis: & ideo dixi dādum esse curatorem vno die antè vel duobus, quàm examinetur, vt dētur ei capitula, quò benè informatus de iuribus minoris possit rectè ei authorari: aliàs si eodem instāti, quo daretur, pręstaret suā authoritatem, actus esset nullus: vt latè disseruit Mar.in praxi crimi.in §.nunc videndum. nu.31. quia esset pręstare authoritatem

29 absque causæ cognitione. † Est etiam aduertendum, quòd facta litis contestatione debent inquisiti interrogari, num habeant aduocatū, & procuratorem: & si dixerint non habere, debet eis prouideri expensis curię, si sunt pauperes & miserabiles personæ: vt habetur in consti. lege præsenti.

30 † Et est aduertendū, quòd hæ solenitates requiruntur in delictis grauibus: non autem in leuibus, quia in illis non requiritur ordo iuris, nec requiritur vt formetur processus: sed sufficit, si fiat mādatum, quòd soluat pœnam: puta, si iudex inuenit ludētes talis, vel portantes arma: vt dicit Ange.de Are.in lib.male.in verbo.hæc est quædam inquisitio.viij.col.& pro confirmatione eorum, quæ dixit Ang.facit doctrina Bar.in l.diu⁹. ij.col. ff. de custodia reo. & in l. ædiles.per illum tex.ff. de via pu. & Bal.in l.si irruptiōe.ff.fi. regū. Felin.in c.veniēs.vlt.col.de testi. vbi tenent, quòd in leuibus (vt si iudex vidit ludentes, vel portātes arma, & similia) potest iudex statim punire, & ei creditur. sed in contrariū in indiuiduo tenet Afflic.in consti.intentionis.in ix.q. Par.de Put.in lib. syndi.in verbo notorium. effudit multa verba: videtur tñ sentire, ꝙ sufficiat, sola visio iudicis: ego autem consulo, quicquid sit, vt scribatur in actis quòd talis fuit annotatus ad

pœnam

pœnam, ex quo tali die per iudicem fuit repertus cum armis, vel ludens chartis: & habetur eius cõfessio vel depositio saltem vnius testis depositionis loco: licèt in puncto iuris, etiam si hoc non fieret posset ex pdictis sustineri id, quod iudex facit.

¶ Et facta litis contestatione detur terminus ad probandum. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Terminus ad faciendas defensiones dandus est reo: fallit in capto in flagranti crimine. nu. 2. fallit in crimine lesæ maiestatis, vbi non datur inconsulto rege. nume. 3.*

4 *Terminus debet dari secundũ distantiam locorum.*

5 *Terminum longiorẽ petens, si posteà non vtitur, punitur.*

6 *Nominans testes extrà regnũ, & vltrà mare, debet facere depositum.*

7 *Audientia testium in criminalibus an committatur, quando testes sunt extrà regnum, vel extrà iurisdictionem.*

8 *Termino defensionis an possit reus renuntiare.*

9 *Terminus vnicus datur in regno ad faciendas defensiones.*

10 *Reus inquisitus debet reduci ad carceres inferiores: & dari licentia ei debet, vt possit cum aduocato & procuratori bus colloqui.*

11 *Terminus non datur fisco ad examinari faciendum.*

12 *Terminus ad defendendum, & ad repulsam, an vnicus possit dari.*

IVDEX.

1 FACTA † igitur litis contestatione, vt dixi, de necessitate debet iudex dare terminum reo ad se defendẽdum, etiam si non petatur: licèt in ciuilibus sit contrarium: vt habetur in l. j. ff. de fur. & l. desertorem. §. si ad diẽ. ff. de re mi. voluit Bar. & Imo. in. l. custodias. §. j. ff. de pub. iud. plenè p Afflic. in consti. pacis cultum in v. not. in pri. q. nu. 54. in fi. & firmat Ange. de Are. in lib. male. in uerbo. qui iudex statuit ter. ad eo. defensio. & Par. de Put. in lib. syndi. in verbo, cõdemnatio. vers. an potestas. nu. 13. & docet etiam Marsi. in praxi cri. in §. nũc vidẽdum in prin.
2 † Quod quidem nõ procedit in capto in flagrãti crimine per officiales ad hoc deputatos, & in notorio actus instantis, quia tũc nõ datur terminus. secũdùm Bal. in l. vt vim. ff. de iust. & iure. & dixi in verbo. item pluries captus fuit in flagrã. cri. & in verbo, item, ꝙ est no. delinque.
3 † Item fallit in crimine læsæ maiestatis, vbi nõ datur terminus ad faciendas defensiones per iudicẽ absq; cõsultatione regia: vt dixi suprà in verbo. itẽ quòd com. cri. lesæ maiest.
4 † Et est notandum, ꝙ si nominantur testes, qui sunt in partibus distãtibus, debet dari dilatio secundũ distantiam locorũ, & eo casu debet iudex dare iuramentum

mentum ipsi petenti, ꝙ non petat
animo differẽdi iudicium, sed ex
necessitate suę defensionis: vt no.
Afflic. in consti. causas alias. in
5 ij. not. † Et si petierit dilationẽ,
& nõ vsus fuerit, punitur pecunia
liter secũdũ regiam pragma. quæ
habet locum etiã in criminalib.
licèt loquatur in ciuilibus. secun
6 dùm Afflic. vbi suprà. † Et si for
tasse allegentur testes qui sunt
extrà regnũ, debet nominari isti
testes & iurari insuper, nihil do-
losè aut dici aut agi debet. & de-
bet fieri depositum: vt habetur ꝑ
regiam prag. regis Ferdi. incipi. si
quis petierit dilationẽ vltramari
7 nam. & habetur per Afflic. vbi su
prà. ¶In. † Quòd si testes exami-
nãdi ad defensionẽ sunt extrà re-
gnum, vel extrà iurisdictionẽ vo-
lentis eos examinare, an cõmitta-
tur ipsorum audiẽtia? ¶Iv. Regu-
lariter dicẽdum est, ꝙ in crimina
libus nõ cõmittitur audientia te
stium, nisi senũ & valetudinario-
rum, vt dictat ritus magnæ curiæ
vicariç. incip. item seruat ipsa cu
ria alicui. & in alio ritu incip. Itẽ
seruat ipsa curia, ꝙ q̃uis & in con
sti. in pecuniariis. tamẽ in casu ꝓ
posito benè cõmittitur. secundũ
Afflic. in consti. inquisitiones. &
in consti. iustitiarios & in consti.
in pecuniariis. & ꝑ Grãma. in con
8 sil. xlj. nu. 16. cum seq. ¶Fis. † An
termino defensionis possit reus
renũciare? ¶Iv. Reperio Ange. in
li. male. in verbo. qui iudex statu.
ter. dicẽtem, se semper practicas-
se dictum Bal. in l. raptores. C. de
epis. & cleri. ꝙ si inquisitus dicat
se ex certa sciẽtia, & sciens, nõ ha
bere defensiones, imò carere de-
fensionibus, spontè ob id renun-
tiat termino ad se defendendũ: &
ꝙ tunc talis renũtiatio valet: aliàs
nõ. ibi vide in contingentia facti
eum. & plenissimè de hac quęstiõ
ne videas per Marsi. in praxi cri.
§. examinãda. per totũ. ad quẽ me
remitto. & aduerte, ꝙ ibi dicit
Ange. procedere id, quod ipse di-
cit, si cõstat, nullam cõpetere de-
fensionem: secùs, si cõstat ei cõpe
tere. item si pœnitet reum de tali
renunciatione, põt se defendere:
9 vt ibi per eum. † Et est notandũ,
ꝙ secundũ practicam sacri regii
consilii Neapoli. in criminalib.
nõ datur noua dilatio ad facien-
das defensiones reo ĩquisito: sed
benè admittitur reus absque alia
vlteriori dilatione ad vlteriùs ꝓ-
bandum & se defendẽdum, etiam
post publicationem: & ꝙ ita ser-
uat magna curia vicariæ: vt dicit
10 Capy. in decisi. lxxxj. † Et est ad-
uertendũ, ꝙ dato termino ad pro
bandum, debet duci reus in carce
res inferiores, & dari licentia, vt
possit loqui cũ procuratoribus &
aduocato, & ordinare suas defen
siones: aliàs grauaretur, vt docet
Marsi. in praxi cri. in §. postquã.
11 nu. 5. in fi. † Item est aduertẽdũ,
ꝙ si reus dixerit, ꝙ sententietur ex
eisdem actis, in casibus, in quibus
põt renuntiare defensionibus, fi-
scus nõ põt petere terminum ad
examinari faciẽdũ: & si petierit,
nõ debet dari: vt dictat ritus ma-
gnæ curiæ vicariæ, inci. item ser-
12 uat ipsa curia raro. † Item est ad-
uertendum, ꝙ nõ potest per curiã
dari vnicus terminus ad proban-
dum, & reprobandũ testes: & sic
ad repulsam. secundũ Cardi. post
Gl. in cle. sæpe. §. & quia. xj. q. de
verbo. signi fi. & hoc, nisi de volũ
tate

tate inquisiti renuntiantis futurę repulsæ, vt dicam infrà in verbo. cōcedatur repulsa. & est rō, quia sunt diuersi termini: sed licèt hoc sit, veruntamē benè potest iudex cōcedere repulsam, quæ incipiat currere finito primo termino. quia licèt officium iudicis conquiescat pendente dilatione: tamen ea pēdente potest dari alia, quæ incipiat prima finita. secundum Bar. in l. quandiu la. ij. ff. de acqui. hære. & ibi Bal.

¶ Detur copia capitulorū inquisitis. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Copia capitulorum debet dari inquisito: & debet dari gratis, ibidem.*

2 *Capitula quæ eliciuntur ex repertis, debent esse conformia cum ipsis repertis.*

3 *Capitula debent esse clara, et non obscura.*

4 *Copia capitulorum non datur in crimine læsæ maiestatis absq; consultatione regia.*

5 *Copia repertorum datur habitis testibus pro repetitis.*

6 *Inquiri non potest de omni delicto.*

7 *Delicta indultata, præscripta, vel sententiata, non debent capitulari, nisi ad aggrauandum.*

8 *Exceptio, quòd non potest ex officio procedi, est admittenda: aliàs appellabitur: & debet opponi antè litem contestatam. nume. 9.*

10 *Stylus quomodò probetur.*

11 *Additio in capitulis quando possit fieri.*

12 *Socij & complices nominati in capitulis absque nominibus & cognominibus, debent declarari.*

13 *Terminus non currit, donec disceptabitur super exceptionibus oppositis.*

IVDEX.

1 PERFECTA † iam litis contestatione, & concesso termino ad probandum, debet dari inquisito copia capitulorum, ad hoc, vt valeat & possit se defendere. Sunt autem capitula illa, quæ eliciuntur ex omnibus repertis indiciis & probationibus existētibus contrà inquisitum, quorum formam suprà demōstrasti tu Fisce: & in regno est generalis practica, quæ passim vbique seuatur, quòd non datur inquisito copia ipsorū repertorum: maximè reluctante Fisco: licèt plura sint prodita iura in hoc tam communia, quàm municipalia (si municipalia dici possunt consti. capitula, & prag. regni) de quibus mentionem facit Pet. de Mo. for. in c. subiungē do. & Afflic. in consti. ij qui. & in const. si dāna clandestina. quæ referre potius laboriosum videtur, quàm expediens: licèt repetitis testibus parte citata, & sic legitimato processu, vel habitis testibus pro repetitis debeat dari: vt habetur per Capy. in decisio. fac. re.

re. consi.Neap. lxxiiij. inci.causa Francisci de Serino. & ideò inoleuit practica, quòd quando inquisitus desiderat copiam repertorũ, ad hoc, ut melius & validi9 possit formare & patrare suas defensiones, solet instare pro dicta copia, & dicere, quòd habet testes curiæ pro citatis, iuratis, & legitime repetitis: eo etenim casu, ut dixi, cõceditur dicta copia, cùm congrua ratio assignari nequit, cur denegari debeat non habitis testibus pro repetitis, indifferenter cõceditur & datur copia capitulorũ, in quibus continẽtur omnia reperta. & de hoc uide Par. de Put. in libr. syndic. in uerbo inquisitio. uersi. & aduerte. ubi dicit non dari copiam repertorum, sed capitulorum. & an debeat dari etiam non petente reo, Mar. in praxi cri. §. nunc videndum. dicit, quòd sic: maximè, si reus est rusticus. nu.3. & sequen. & debet dari sumptibus querulantis uel inquirẽtis ad exẽplum libelli in ciuili. Angel. ĩ uerbo. qui iu. ut suprà pro tri. sed.

2 † Et quia poterit esse, quòd aliqui iudices in capitulis non ponant omnia reperta, vt fieri debet, & vt tenentur iudices, inoleuit practica generalis in regno, quòd protestantur inquisiti, quòd si, & quatenus capitula nõ correspõderint cum repertis, uel deuiauerint aut defectiua quoquo modo fuerint, quòd de eis nulla habeatur ratio, nec consideratio aliqua: nec eidem!, nec inquisito possunt obesse: & est utilis & necessaria practica, copia enim capitulorum debet esse cõformis cum exemplato. vt l. si quis ex argentariis. §. pertinere. & ibi Bar. ff. de eden. & uoluit Ange. de Are. in li. male. ĩ uer. qui iudex, ut suprà pro tri. se. in prin.

3 † Et similiter quia multoties solent formari capitula obscura, nõ cõtinentia eas qualitates, quæ in eis requiruntur, uel aliter (quo casu commodè non possunt patrari defẽsiones) inoleuit similiter practica, vt instetur & petatur, ꝙ declarentur dicta capitula aliàs protestari, contra quos decet, de omnibus sibi licitis protestari. & ꝙ interim terminus non currat. & debet de iure declarari, quia in criminalibus debet factum clarè proponi: secundùm Bal. in addi. Specu. in tit. de actio. & peti. uersic. licèt. item, quia actor tenetur declarare libellum incertum. secundum Docto. in l. inter stipulantẽ. §. j. ff. de uerb. oblig. & Bar. in l. si quis intentione. ver. quærit Glo. ff. de iudi.

4 † Et licèt suprà dixerim indifferenter dari copiam capitulorum: tamen non procedit in crimine læsæ maiestatis, quia non datur absque cõsultatione regia: vt dixi suprà in uerbo, item commisit crimẽ læsæ maiestatis. & idem est in notorio: ut dixi suprà in uerbo. item, quòd est notorius delinquens.

5 † Item est aduertẽdum, quòd multoties solent haberi testes pro citatis, iuratis, & legitimè repetitis. ut habeatur copia repertorum: præter testes absentes & mortuos. an verò possit fiscus instare, ut nõ detur cum dicta reseruatione: nisi omnes habeantur pro repetitis & iuratis, & in hoc dicas, quòd sic, & ita uidi seruatum, & seruari in magna curia uicaria: licèt Salerni & in sancto Seuerino contrariũ seruetur, quia datur copia repertorũ etiam cum

cum dicta reseruatione, & qualita
te, & in regia prouinciali audien-
tia indistincte datur dicta copia
repertorum, etiam non habitis te-
stibus pro iuratis & repetitis, sed
videtur posse dici, quòd dicta re-
seruatio debeat admitti, & quòd
debeat dari tunc copia repertorũ,
quoniam cessat tunc ratio: qua-
re denegaȝ copia repertorũ, quæ
est, ut per inquisitũ nõ fiat fraus:
vt testes antequam repetantur, di
scedant de ciuitate: & sic, ut re-
peti minimè possint. habitis ergo
pro repetitis cessat illa ratio: & li
cèt absentes & mortui minimè ꝓ
repetitis habentur propter illam
reseruationem: illud tamen nõ de
bet obstare, quin debeat dari co-
pia repertorum admissa illa reser-
uatiõe: maximè quò ad mortuos,
qui repeti minimè possunt: nec in
eis viget timor subornatiõis post
quam mortui sunt: & sic cessat ra
tio prohibitionis ex generali pra-
ctica de non dandis repertis. & si-
militer dicerem de absentibus, in-
telligendo de illis, qui longa ab-
sentia absuturi sunt, ex quibus nõ
posset retardari expeditio causæ
propter eorum nõ repetitionem:
vt dicam in verbo. repetantur te-
6 stes licèt sit maius dubium. † In-
super aduertãt reorum aduocati,
vt diligenter percontentur & in-
spiciant capitula formata contrà
suos cliẽtes inquisitos, & si uide-
rint fortè capitulari aliqua deli-
cta, in quibus ex officio non po-
test formari inquisitio, excipiant
& opponãt de hoc, & petant antè
omnia prouideri super dicta ex-
ceptione: quia de omni delicto
non potest inquiri, & tenetur iu-
dex super hoc interloqui: ut do-

cet Ang. de Are. in li. malefi. in
verbo, hæc est quædam inquisi-
7 tio. 8. col. in fin. † Item si capitu
lentur delicta indultata, composi
ta, trãsacta, vel sententiata, oppo
natur exceptio indultus, composi
tionis, transactionis, & rei iudica
tæ, & etiã præscriptionis: & aliȩ,
vt suprà differui in verbo, audian
tur exceptiones proponendæ per
eos: quia hæ exceptiones, quæ cõ-
petũt aduersus accusationem, cõ-
petunt etiam aduersus inquisitio
nem. secundum Bar. in l. ij. §. si pu
blico. ff. de adul. & oppositis di-
ctis exceptionibus debet prouide
8 ri super eis antè omnia. † Et qua-
tenus suprà dixi, posse excipi &
opponi, quòd non potest ex offi-
cio ꝓcedi & inquiri, est adeò ue-
rum istud, ut si iudex non obstã-
te exceptione ad vlteriora proce-
dat, possit appellari: si modò cau-
sa, propter quam allegatur, non
posse ex officio procedi, esset iu-
sta, & impediret processum. secũ-
dùm Bal in l. ij. C. de epi. audien.
quẽ refert & sequitur Ang. Are.
in libr. malefi. in uerbo, hæc est
quædam inquisitio. in vlti. col.
9 † Et aduertẽdum est, quòd dicta
exceptio est dilatoria, & debet op
poni antè litem contestatam, &
antequàm nomẽ rei sit receptum
inter reos. ut l. si maritus. la. ij. §.
præscriptiones. ff. de adulter. & di
xi suprà in d. verbo, audiantur ex-
10 ceptiones. circà finem. † Illud
etiam prætermittendum minimè
putaui. cũ multoties per reos so-
let allegari aliquis stylus, ut circà
dationem copiæ repertorum, vel
alia, quòd in eo casu debet iudex
leuata uoce ex suo mero officio
pro sua informatione interroga-
re

re procuratores, & alios circunstantes, & litigantes cum iuramēto: & in actis eorum relationem & depositionem scribi faciat: ut notabiliter dicit Bar. & Floria. i l. iij. §. fi. ff. de testi. & in specie reportauit Ang. de Aret. in lib. malefic. in uerbo, nec non ad quærelam. in col. xiiij. circà fi.
11 † Item est aduertendum, quia ut plurimū solent iudices maleficiorum post datam copiam capitulorum addere aliquam qualitatem in capitulis. nam hæc additio non potest fieri, nisi citato reo, & antè litem contestatam, quādo est talis qualitas, quæ alterat delictum capitulatū per prius: & facit plus ipsum puniri: uel facit eum reduci in aliam speciem delicti: secùs, si qualitas adiecta non alterat, nec trāsformat. quia potest fieri usque ad sententiam exclusiuè, citato tamē reo. vt benè cōgerit Ang. de Are. in lib. malefi. in verbo, qui di. iu. addi. & detra. potest etiam quandocunque addere, etiam in priori casu: dummodò cōtestetur lis super dicta additione.
12 † Item est vlteriùs aduertendum, quòd multoties in capitulis solent nominari alii socii participes, mandantes, vel mādatarii, vel alii complices. (dicendo verbi gratia, quòd dictus inquisitus associatus cū aliis, vel ad mandatum alterius, & similibus modis commisit delictum) quo casu potest inquisitus petere, ut nominentur in specie illi complices, socii, mandantes, uel mandatarii: quia commodè nō potest suas patrare defensiones: & debet declarari & nominari per curiam: ut consuluit Marsi. in consil. xlix. & l. quod est valde notandum.
13 † Item est sciēdum, quòd oppositis pdictis exceptionibus, seu altera ipsarum, donec super eis non fuerit debitè prouisum: non currit nec currere incipit terminus datus ad faciendas defensiones. secundum Bald. in l. quādiu. la vltima. ff. de acquiren. hæredita.

¶ Et demum repetantur testes curiæ. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Testes repeti debent parte citata, vt faciant indicium: & debent repeti coràm iudice, et non coràm actuario. nume. 2. nec potest alteri demardari. num. 3. & qualiter debeat repeti. nu. 4. & an, & quando possint addere vel detrahere ex eorum depositionibus. nu. 5. & an testes probent, si sint mortui antè repetitionem. nu. 6. & an probent testes, si dicant in repetitione, se non recordari. nu. 7. & an debeāt testes repeti, eis non lecta depositione. nu. 9. & 13.*

9 *Testes debent reddere causam scientiæ etiam nō interrogati.*

10 *Testium repetitio non impedit expeditionem causæ.*

11 *Testes possunt repeti post publicationem in causa, si non deposuerint, an vulnus sit mortale, an non.*

12 Testes

12 *Testes non possunt repeti post citationem ad dicendum.*

14 *Testes an possint dicere in repetitione, se non ita dixisse, si se subscripserunt in priori examine. & si possunt ita dicere, illisne, an actis sit credẽdum. nu.15.& 16.*

17 *Testes si in repetitione varient, an probent.*

¶IVDEX.

DATO uerò iam termino ad
1 probãdum, † Quia testes exactè ad informationem curię non probant, nisi repetantur parte citata ad uidendum iuramenta testium, ideò debent iudices ilicò citari facere testes, & partem, ad eorum iuramenta videndum: licèt hoc nõ ꝓcedat in disrobatoribus stratarũ, in insignibus latronibus, in crimine læsæ maiestatis, & assassinii: ut dixi in tertia tertiæ partis. nu.50. cũ sequẽtib. & vt etiam docet Marsi. in praxi crimi. in §. nũc uidẽdũ. nu.29. & pulchrè per Ange. de Aret. in li. malefi. in verbo,
2 fama publica. iij. col. † Et hæc repetitio debet fieri coràm iudice, nõ coram actuario: vt in auth. de testi. §. & quoniam. iuncta Glo. in verbo, obseruationibus. col. vij: authen. apud eloquentissimum. C. de fi. instru. & dixi in tertia ter
3 tiæ partis. † Nec alteri potest demandari repetitio prædicta: quia causa meri vel mixti imperii non potest delegari. l. j. ff. de offic. eius cui mã. est iuri. quod est verum: nisi ex iusta causa, vtputa, si testes sint alterius territorii, & nõ subiecti: ut suprà dixi in verbo, & detur terminus ad probãdum. uel nisi esset iudex impeditus iusto impedimẽto absentiæ vel infirmitatis, vel alia iustissima causa. secundũ Ang. in li. malefi. in verbo, qui iu. statuit ter. nu. 23. vt etiã dicit Mar. in d. §. nunc videndũ. nu.30.
4 † Et talis repetitio debet fieri per iudicem legẽdo vnicuiq; testi depositionẽ suam separatim ab aliis testibus & in secreto, ne vnius depositio per aliam fabricetur: vt ꝑ Danielem inductum est: ut c. nos. §. item Daniel. ij. q õ. vij. & lecta depositiõe testi, scribatur actus repetitionis hoc ordine: die, &c. coram. &c. talis testis cum iuramẽto inquisitus & extractus super dicta informatione, & tota causa, & quicquid inde scit, dixit: che supra tal causa: è stato secõdo se recorda unaltra uolta examinato, ala quale examine se refere. & lecta eidẽ dicta sua depositiõe facta sub die &c. & incipit, &c. & finit, &c. ac ei diuulgata, ut iacet de uerbo ad uerbum, dixit: che quãto in epsa se cõtene è vero & uerissimo: & quello ratifica accepta & emologa. de verbo ad uerbum, sic de loco tẽpore, & causa sciẽtiæ. &c.
5 † Et si testes in suis depositionibus aliquid addunt uel detrahunt primis depositionibus, releuant, vel agrrauãt inquisitos: vt per Ca. in decisio. lxj. & c. per tuas. & ibi Abb. extrà. de test. nam possunt corrigere dicta, & depositiones suas à primis depositionibus antè publicationem, & confrontationem: nec habet docere de errore: ut per Abba. in cap. præterea. extra. de testib. cogen. vel antequàm testes loquuti fuerint cũ parte

parte producente. secundùm Inno. in c. cùm dilecti. extrà. de accusa. & eadem die, qua deposuerunt, possunt se corrigere, priusquàm fuerint loquuti cum parte: secùs autem ex interuallo: ut in authen. at qui semel. in Gloss. in uerbo, productione. C. de proba.
6 ¶ Fis. † Quid si testes antequam repetantur, mortui fuerint, an probent? ¶ Iud. Tex. in l. fi. C. de testi. & ibi Paul. de Cast. tenet, quòd probant, saluo iure legitimo ipsi reo opponendi contrà personas & dicta testium. & ita firmat Ioã. Mille. in sua praxi, fol. 84. nume. 17. Sed in criminalibus non credo procedere istud dictum ad plenam probationem: ideò cogita.
7 ¶ Fis. † Quid si aliquis testis dicat in repetitione, se non recordari, an uitietur dictum ipsius? ¶ Iv. Ioan. Mille. in sua praxi fo. 83. in Glos. non recordaretur. dicit, quòd non: sed sustinetur. & dicit probari in l. cum precibus. C. de proba. & per Bar. in l. in exercendis. C. de fi. instru. in uersi. quæro quid si testes. Adde, quòd si rectè inspiciatur doctrina Bart. non facit ad propositum nostrũ. quia loquitur, quando testes in instrumento descripti dicunt, se nõ recordari, quòd tunc sustinetur instrumentum, nec inualidatur. & est ratio in eo casu, quia instrumentum remanet ualidum authoritate publicæ scripturæ: & testes dicentes, se non recordari, non cõtradicunt instrumento. undè sat erit, si nihil adducatur contrà ipsum instrumentum: quòd non sit verum, vel quòd sit falsum, uel aliter. in casu autem nostro testes non probant, nisi repetantur: undè si repetiti dicant se non recordari, eorum dictum corruit, remanet depositio nõ repetita, & facta non uocata parte: & etiam elisa per illa uerba: nõ recordari. & sic videtur dictum Io. Mille. nõ procedere. sed Bald. in l. j. col. in fi. C. de re iudi. videtur tenere id quod dicit Ioan. Mill. loquitur
8 tamẽ in ciuilibus. ¶ Fis. † Vtrũ testis cogatur se repetere, ei non lecta sua depositione? ¶ Iudex. Hanc quæstionem latè examinauit Boer. in decisio. cviij. in prima parte. & tandem post multa videtur firmare, quòd non: sed quòd debeat eidem legi sua depositio.
9 † Itẽ debet curare iudex, ut semper interroget testes de causa scientiæ. quia sicùt testes etiam non interrogati in criminalib9 ad plenam probationem faciendam debẽt reddere rationem suorum dictorum. secundum Sali. in l. fi. C. de probat. ita etiam ad faciẽdum indicium ad torturam. secũdùm Marsi. in praxi cri. §. diligenter.
10 num. 31. † Et nota, quòd in regno extat pragmatica, qua cauetur, quòd expeditio causæ criminalis nullatenus retardetur prætextu testium curiæ nõ repetitorũ: vt habetur per Grammati. in decisio. xxviij. incip. magnificus.
11 nu. 6. † Et est notandum, quòd si testes examinati super vulnere non deposuerint, an sit vulnus mortale, an non, possunt post publicationẽ in causa repeti. secundum Afflict. in consti. terminum
12 vitæ. versi. sextò quæro. † Est tamẽ notandum, quòd post citationem ad dicendum, & post pronũtiatum in causa, minime, potest fieri repetitio testiũ: vt habetur per Gramma.

Gram.in d.decis.xxviij.& in deci. xxv.per Capy. circà finem incip. ĩ causa magistri Antonij.
13 † Itẽ est aduertendum quòd non ualet repetitio testium, nisi formaliter sit facta: videlicet lecta eisdẽ eorum depositione, vt suprà dixi, & ea subscripta per proprias manus ipsorum, si scribere sciunt: uel saltẽ per signum crucis: quatenus nesciũt scribere, & in hoc aduertas, quia multi decipiuntur. quia non lecta depositione dicunt testibus, an referant se ad priora dicta, qui dicunt, quòd sic. nam talis repetitio nõ ualet: vt uidetur uelle Bal. in l.fin.C. plus val. quod agi.
14 †Et an testis, qui se subscripsit in priori examine, possit nunc in repetitione dicere, se non ita dixisse, uide Gram. in cõs.xlvij.in causa honorabilium.& ultrà eum uide tex. l. Caius.ff.de pigno.actio. & Sali. in d.l.fi.C. plus val.quod ag.
15 †Et an dicto casu credatur magis actuario, quàm testibus, vide per Gram.ubi suprà: & Cap.in decisi. lxj.num.5.in causa magnifici Carafelli.& quòd si testis est notabilis persona, actuarius simplex scriba, ibidem per præfatos: ubi fit communis distinctio, quòd aut tractatur de puniendo teste accusato de falso, & creditur potius testi: aut tractatur ad sciẽdum, cui potius debeat credi, & cui in ipsa causa debeat stari, & tunc stãt potius notario.
16 †Ego autem quãdo casus mihi contingeret, ex quo ex depositione sua resultat quoddã indicium, quòd testis ille scit veritatem, & nunc eam uult occultare, examinarem ultrà aliquos testes de uerosimilitudine illius primò dicti, nunc negati: & quod uerosimile est illud dixisse, quia uerosimiliter poterat, & potest scire ueritatem: & illud, quod dixit: & de bona fama notarij: & istis probatis subijcerem illum testem tormentis per ea, quæ latè dixi in uerbo, item capiat informationem.
17 †Quid autẽ si testes uariant à primo dicto? Bal.in l.fi.C.de re iudi.dicit, quòd primum dictum corruit ex eo: quia primum dictum est nullum absque repetitione, & cùm sint in repetitione uarij, nec primo, nec secundo standum est.

¶ Recipiantur defensiones reorum. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Defensiones qualiter fiant, & quo ordine.*

2 *Inimicitiæ indicium qualiter tollatur.*

3 *Vulneratus qualiter probetur, quòd non sit ex vulnere mortuus. & nu. 4.5.6.*

7 *Vulnerans aliquem, quem postea alius exinaniuit, an teneatur de occiso.*

8 *Defensiones etiã post sententiã recipiendæ sunt, & ex officio iudicis ad defensionem possunt examinari testes. numero 9.*

10 *Testes etiam non integri probant inducti ad defensam.*

11 *Defensio necessaria qualiter probetur. & nu. 12. 13.*

IVD.

IVDEX.

OMNIBVS prædictis, exe-
1 cutis & gestis, † debent recipi de-
fensiones reorum, & sic exceptio
nes: & examinari testes super eis,
aliaque iura admittenda admitti:
sintque cauti reorum aduocati, vt
semper studeant indiciorum ui-
res euacuare, tollere, & perimere:
& attendere circà substantialia: &
nō fundare exceptiones & defen-
siones in phylacterijs, & aliis ge-
neralibus. quę etiamsi probata fo
rent, adhuc tamē indicia remane-
rent illæsa & indiminuta: ut quā-
doque uidi plures aduocatos er-
rasse, & in fine causæ se reperi jsse
uento plenos: quod quidem non
prouenit, nisi ex crassa ignorātia.
quare pro instructione iuuenum
sciendum est, quòd forma fundan-
di defensiones erit huiuscemodi.
2 Si contigerit contrà aliquem ad-
duci inimicitiam capitalem pro
indicio, debet considerari causa,
vndè processit. quia ex multis cau
sis causari potest. aliquando enim
ex iniuria uerbali: aliquando ex
iniuria reali: aliquando ex litibus,
& propter bona: & aliis ex causis.
considerata uerò causa inimici-
tiæ, debet considerari & uideri, si
causa ipsa poterit tolli, vel mino-
rari: quòd si non poterit, quia est
uera & clara, tunc debet probari
reconciliatio, probando actus ex-
teriores. ex quibus præsumitur, &
inducitur: ut quia diu est, quòd
post dictam causam inimicitiæ vi
sus fuit conuersari cum iniurian-
te comedendo, bibendo, riden-
do, saltando, & alia faciendo,
quæ non inter inimicos, sed ami-
cos fieri adsolent. Item probari
debet, quòd post dictam iniuriam
realem, vel verbalem ilicò tunc,
nec posteà fuit uisus, vel auditus
reuocasse expressè ad aīum suum,
ad iniuriam: sed potiùs dissimu-
lasse. istis enim iunctim probatis,
tollitur dictum indicium: videli-
cet, quòd non reuocauit ad ani-
mum, & quòd per magnum tem-
poris interuallum antè delictum
secutum fuerit facta reconcilia-
tio: aliàs non: ut habetur plenis-
simè per do. Iacob. de Bello uis. in
sua praxi cri. in tit. de iniur. in uer
bo, quòd dictus reus malitiosè. in
fi. col. & Mar. Ant. Blan. in repet. l.
fi. ff. de quæstio. nu. 161. & post o-
mnes Iacob. Nouell. in sua praxi,
seu tracta. de defen. fol. 59. nu. 44.
licèt non ita clare, vt per Iac. de
Bello uis. & si inimicitia processit
ex lite, non sufficit simpliciter pro
bari recessus à lite, vt ex hoc sub-
lata foret, si processit inimicitia
capitalis, aut grauis: sed requiri-
tur vltrà recessum à lite, quòd pro
betur reconciliatio, quæ etiā non
sit de præsenti. & ita post multa
firmat Blan. in d. repet. l. fi. nume.
137. in fi. item debet probari bo-
na, & optima fama inquisiti, quia
si ex aduerso non probetur mala
fama, tollitur indicium prædictū:
vt per Bertran. in consil. lxj. & c.
xxxvij. in ij. par. per doctri. Cy. in
l. fi. ff. de hære. instit. item poterit
probari exculpatio offensi in mor
tis articulo. quia per eam tollitur
dictum indicium: vt per Bal. in l.
j. vlt. colu. in versi. pone, testator.
num. 23. C. communia de lega. &
Alexan. in l. si quis in graui. §. si-
quis moriens. ff. ad Sylle. & in
consil. xxx. vlti. colu. in vij. vol. &
Marsi. in sua praxi. in §. diligēter.

b 2 num.

nu.200. Item poterit probari grauior inimicitia, quā habebat cum alio, probando et minas prolatas ab eo, & malā consuetudinē illius in demandādo minas executioni, vel fugam illius, & alia indicia, vt magis resultet suspicio contrà illum, q̄ contrà hunc: ex istis.n.tollitur, vel saltem eliditur dictū indicium. vide Afd. in consti. terminū
3 vitæ. iiij. col. versi. iiij. fallit. † Et si aliquis inquiratur de homicidio, poterit pbari, q mortuus nō fuit ex vulnere: probando, q surrexit, & ambulauit: secundùm Bar. in l. fi. ff. de sica. per Gloss. l. j. C. de emen. seruo. & per tex. c. ij. de cleri. percusso. & est recurrendum ad iudicium medicorū. ut in l. si semel. C. de re mi. li. xij. & in l. j. ff. de vē. inspi. & per Ang. de Are. in li. male. in verbo, & ex interuallo dictus Titius ex dictis. vul. mor. fuit. in prin. versi. quæro si ex interuallo. Cepol. consi. xl. incip. licèt. in v. colu & Ange. in l. quòd si nolit. §. si mancipium. ff. de ędi. edict. & Pet. de Anch. in consi. cclxxxiij. incip. iure stricto. & Bald. in l. j. iiij. col. C. de ædi. actio. pro quo uidendus est Abb. in d. c. ij. de cleri. percusso. & Marsi. in praxi cri. §. & quia. num. 16. cum sequentibus. Item poterit probari, quòd noluit adhibere medicum. quia uidetur mortuus esse sua culpa. secundum Bal. in l. si ab hostibus. §. si vir. per Gl. ibi. ff. solu. matri. quod dictum ibi summè no. Pau. de Cas. & Alex. & Bald. in l. qui occidit. §. fi. ff. ad l. Aquil. & in c. j. qui. mo. feu. amitti. & volunt Doct. in c. ij. de cler. percusso. pro qua parte facit etiā secundum eum tex. in l. huic scripturæ. in § j. & in l. item Mela. §. Celsus. ff. ad l. Aqui. Item poterit probari, quòd adhibuit medicum imperitum, & inordinatè uixit co medendo res nociuas: & quòd noluit parere medicis: secundum do. Fel. in c. præsbyterū. extrà. de homi. vel si cōcubuit cum vxore, vel alia fœmina. Item poterit probari, q se medicari fecit incantationibus: quo casu vulnerans non tenetur de morte, si vulneratus moriatur. secūdū Soc. i cōs. clxxvij. incip. prima aspectu. vlti. colu. pro quo facit tex. l. j. §. sed & obstetrices. ff. de var. & extrao. cogni. & refert & sequitur Mars. in praxi cri. in §. & quia. nu. 18. 19. & sequen. quod nota pro curātibus se aqua
4 incantata. † Et aduertas, ne decipiaris, quòd dato, quòd vulneratus diceret, se mori sua culpa, hoc non sufficit, nisi aliter apparuerit. secundùm Marsi. vbi suprà. nu. 24. pro quo allegat c. si. extrà. de suc-
5 cess. ab intest. † Item poterit probari, quòd longo tempore post vulnus illatum decessit, ad quod tēpus non consueuerunt mortaliter uulnerati vitam extendere: & q semper processit de bono in melius, & non de malo in peius. Item poterit probari, quòd recesserunt accidentia mala: quia cessauit febris, & quòd percussus in operationibus naturalibus nō impediebatur, nec in corpore ob illā percussionem grauabatur. sic enim loquebatur, & ita sanè intelligebat, sicùt homo non lethaliter percussus. sunt enim hæc signa infallibilis salutis, si nō peruenit noua culpa vulnerati. Item poterit probari mala custodia vulnerati: vt quia non stetit in camera clausus, sed exiuit ad aërem, vel bibit uinum fre-

frequentando tabernas. Item poterit probari, quòd medici affirmabant, quòd erat extrà periculum mortis. Item poterit probari natura vulnerati robusta & fortis, quæ benè custodita raro perit, quia dura textura raro, & difficulter soluitur: vt benè & eleganter hæc omnia cumulat Boër. in deci.
6 cccxxij. in ij. par. † Et ibi plus dicit, quòd pro parte fisci plura possunt probari, vt videatur percussus mortuus ex vulnere: & primò potest probari breuitas temporis, vt si intra triduum mortuus sit à die illati vulneris: vel si infrà lõgum tempus, si nunquàm conualuit, & indies accessit de malo in peius. item quòd continuò fuit in vulnerato perseuerãtia vomitus, febris, ac aliorum accidentium significantium mortẽ. Item, ꝙ vulnus erat adeò latum & profundũ, vt communiter iudicaretur mortale. Itẽ poterit probari qualitas instrumenti, quòd non consueuit leuem plagam inferre. Item poterit probari, quòd continuò infirmus habuit dolorem, quia percussus fuit in neruis, vndè ꝓuenit spasmus & mors. & est pulcherrima decisio in hoc passu: videatis eam in facti contingentia. † Item
7 poterit probari, quòd alius eum vulnerauit, & exinaniuit post primum vulnerantem. quia licèt primus mortaliter vulnerasset, non tenetur de occiso, si alius posteà vulnerauit & occidit: vt plenè ꝑ Marsi. in l. nihil interest. nu. 17. ff. de sicar. & est tex. in l. item Mela. §. j. ff. ad l. Aquil. sed in contrariũ est tex. in l. ita vulneratus. §. j. ff. eo. tit. pro cuius solutione videatur Boër. in decisione, de qua suprà. & Alber. de Rosa. in d. l. item Mela. & quasi omnes Doct. uidentur concludere, quòd aut primus vulnerans adeò vulnerauit, vt impossibile foret vulneratũ potuisse viuere, & certũ foret debuisse mori secundum omnes regulas medicinæ & praxim, & eo casu procedat id, quod dicitur in d. l. ita vulneratus: aut primum vulnus poterat se habere ad mortem, & uitam, & procedat tex. in l. item Mela: & ita aliàs practicaui Salerni.
8 † Et est aduertendum, ꝙ etiã post sñiam condemnatoriam debent audiri, & admitti defensiones reorum: & vbi constiterit de innocẽtia, debet supersederi à superiori. secundum Barto. in l. j. §. fi. ff. de quæst. & ibi ꝑ Mar. in xv. col. uer. quinimò fortius. & firmat Innoc. quem ibi secuntur Doct. in c. significantibus. in fi. de purga. uulgar. & uoluit Bald. sequendo Inno. in
9 l. vnica in vlt. col. C. de cõfes. † Imò plus est sciendum, ꝙ ad defensionem reorum iudex potest & debet testes ex officio suo examinare etiam à parte non productos: etiam ipsa parte non instante, nec postulante. secundum Bart. in l. j. §. fi. circà prin. ff. de quæstio. & in l. ij. C. de abolitio. & est optimus tex. in l. si non defendantur. ff. de pœn. & in l. iiii. §. hoc aũt iudiciũ. ff. de dam. infe. & in l. 2. ij. col. C. de edẽ. & plenè ꝑ Mar. ĩ praxi cri.
10 in §. oportunè. nu. 14. † Item ad defensam admittuntur testes non integri, & minus idonei. specu. in ti. de inquisitione. §. j. ver. sed nũquid reus. refert & sequit Ioã. de Ana. in cõsi. lix. & voluit in consi. xxiiii. Alexã. incip. animaduersis.
11 xiij. col. in ij. li. ¶ IN QVI. † Edisfere

S 3

fere nobis domine Iudex, qualiter probetur quem commisisse delictum homicidii ad sui defensionem. ¶ IVD. † Hæc est materia satis trita, & in pluribus locis tractata per Doctores: sed ut uotis uestris satisfaciã, aliqua sũmatim congeram. Sciendum itaq; est, ꝙ pluribus modis dicitur permissa defensio. aliquando enim quis ꝓuocatur verbis iniuriosis: & tunc regulariter uerbis, & nõ facto est permissa defensio. secũdum Spec. in tit. de accusa. uer. quid si uocaui te latronem. & sequitur Angel. in l. vt uim. ff. de iu. & iure. & ibi Ias. sed quia multoties euenit, ꝙ facto quis se defendit, tunc licèt excedat modum defensionis, mitiùs tamen debet puniri. secũdũ Ange. de Areti. in lib. male. in ver bo, uerba contumeliosa. & sequitur Gramma. in consil. xxix. & in voto xxiij. probando priùs iniuriam dictã clarè & particulariter: probando etiã, & articulãdo grauitatem illius iniuriæ in illis partibus: & quòd patientes illam iniuriam constituuntur in maximo vituperio & dedecore, vt nõ minus tolerabile eis foret interfici. Itẽ, quòd est talis iniuria, quæ nõ verbis, sed facto tollitur. Item, quòd illis partibus pluris honor, quàm vita æstimatur. Item, quòd passus iniuriam est nobilis: vel aliàs bonæ uitæ, conditionis, & famæ. Itẽ, quòd iniuria illa fuit dicta in loco publico coràm nonnullis hominibus eiusdem conditionis, & melioris: adeò, quòd dissimulari non poterat absque maximo dedecore. Item, quòd propter illam iniuriam adeò accensus fuit calore iracundiæ, vt propalam uideretur nõ esse in plenitudine sui intellectus: vt quid facerer, ignoraret. Item, quòd nullo dato interuallo fuit secuta percussio. Item, quòd prouocatus ipse adeò solet ira accendi, vt cùm plurimum velut furiosus ignoret penitus, quid faciat. istis enim ꝓbatis benè habet locum conclusio supradictorum Doctorum, & aliorũ in hoc

12 scribentium. † Si autem offensa fuerit realis & facti, & similiter defensio realis & facti fuerit (quę regulariter est permissa cum moderamine culpatæ tutelæ) ad hoc, ut cõcludenter deducatur & probetur, debet probari & articulari, quòd quis stabat neminem offendẽdo sub protectione Dei, & Cæsa. ma. & Titius eũ insultauit: uel uidit Titium ueniẽtem ad se gladio euaginato, dicendo, quòd extraheret ensem, & similia. uel, ꝙ deambulabat, & Titius eum insequebatur uocando, ꝙ expectaret: uel etiam non uocando, sed ueloci passu eũ insequebatur ense euaginato uel ad latus, tamen cũ uultu tincto, & cholericè, taliter ꝙ manifestè uidebatur uelle offendere illum. probando minas paulò antè factas de eo occidendo: & quòd erat solitus exequi, uel potens: Item, quòd ille erat robustus & fortior eo: Item, quòd si expectasset se percuti, interfectus foret: Item, quòd nõ poterat euadere fugiẽdo, imò citius interfectus fuisset: Item, quòd per fugam maximum dedecus cõsecuutus esset: Item, ꝙ in illis partibus est, & reputatur magna ignominia, a fugere: Item, quòd ille prouocatus erat debilis, parum fortis, & nõ armiger: Item, quòd erat adeò *in discrimine*

scrimine vitæ constitutus, vel adeò deangulatus, vt nisi extraxisset ensem, & se defendisset, occisus fuisset adeò, vt id, quod factū est, nō sit nisi ad necessariam defensionem: Itē, ꝙ insultatus fuitprior uulneratus: Item, ꝙ non cessabat, nec desistebat inferre ictus, sed semper perseuerabat: Item, ꝙ non sedata rixa, nec cessante insultante, fuit facta percussio per insultatum: Itē, quòd insultatus ipse erat adeò accensus calore iracundiæ, 13 vt non esset in plenitudine sui intellectus, & videretur ignorare, quid ageret: Item, quòd non habebat alium modum & formam euadendi mortem, nisi percutiendo insultantem: Item, ꝙ nō habebat aliud genus armorum: Item, ꝙ nō est scandalosus & rixosus, sed homo pacificus & quietus, & bonæ vitæ, conditionis & famæ: & è cōtrario insultans erat rixosus, scandalosus, & vir prauæ qualitatis & vitæ, solitus similia & peiora perpetrare: & similia, uel alia, proút facti qualitas exegerit: nec putes de necessitate omnia prædicta esse probanda, sed plus & minus, vt qualitas facti requiret, hęc omnia colliguntur ex dictis Bart. in l. sed etsi quęcunque. ff. ad leg. Aqui. in 14 prin. & Io. de Ana. in c. si perfodiens. vlti. col. de homi. Bart. Cepo. consil. xxix. v. col. pro quo est tex. in l. si quis percussorem. C. ad leg. Cor. de sica. & in l. iij. §. qui armati. ff. de vi, & vi arma. & Marsi. in l. j. nu. 37. ff. ad le. Cor. de sica. & in consi. iiij. j. li. nu. 17. & cōsi. xxv. nu. 41. con. xxxj. nu. 53. & 55. consi. lxxiij nu. 44. & consi. lxxxj. nu. 13. consi. lxv. nu. 55. consi. xij. num. 322. consi. xxj. nu. 27. consil. 41. nu. 15. & Bertr. cō. cclxxiij. nu. 4. Affli. in consti. pacis cultū. xix. col. plenè per Carre. in praxi cri. §. circa. nu. 95. cum pluribus sequentib. Iacob. de Noue. in praxi. ad defen. fol. 23. nume. 61. cum sequen. Ang. de Are. in lib. malefi. in uerbo, & dictus Titius se defendēdo. versi. dixi quòd licita Io. Mil. in sua praxi cri. fol. 22. in Glo. defendentem. nu. 13. cum pluribus sequentibus. Aymo. Grauet. in cō sil. cxix. j. li. nu. 8. & nu. 7. †Vbi et plus dicit, ꝙ ꝓbatur defensio per testes coniunctos, fœminas: & per præsumptiones. Item testes deponētes per verbū credo, plenè probāt defensionē. secūdū Sal. & Bal. in l. solam. ij. col. versi. ex hoc nota. C. de testi. Ias. in l. j. nu. 25. ff. de re iudica. Bart. consi. xvj. in ij. vol. Marsi. in l. de minore. §. plurium. nu. 65. ff. de quæsti. & in singu. 19. & vide Iacob. de Nouel. in praxi cri. ad defen. & ꝙ probetur defensio per testes domesticos, plenè per Pau. Grillā. in trac. de relaxa. carce. in iij. q. vbi dicit, quòd faciunt plenam probationē, nisi alia indicia resistant: Item, quòd dicitur probata defensio, si percussus, pugno occiderit percutientem. †Et ꝙ si duo dederunt fideiussionem inuicem de non offendendo, & demum vnus ab altero insultatur, & ille insultatus se defendendo occidit insultantem, & excessit modum in se defendendo, an puniatur pœna contenta in fideiussione, an verò de excessu tantum. vide Afflic. in decisio. fac. regii consi. nu. 206. incipi. penès & apud acta. vbi refert fuisse decisum, quòd nō punitur pœna, de qua in fideiussione, sed pro excessu

excessu tantum. & vide Corne. in consi. cclxxiiij. nu. 4. j. lib. & in cõsil. cxcvij. 2. lib. & consi. cxxxiiij. in 3. lib. & consi. clxij. & 107. j. lib. & in consi. xxxviij. 2. lib. & consi. vij. nu. 15. j. lib. in quibus locis latè de modo probandi defensionẽ, & quòd si duo inuicẽ se offenderunt, inter quos erat data fideiussio de viuendo pacificè, & ignoratur vter prior percusserit, an ambo teneantur ad pœnam fideiussionis, vide Nic. Boër. in decisio.
15 cccxxxvij. ij. par. †Et est sciendũ, quòd aggressus & priùs percussus, semper præsumitur repercutere ad defensionem: non aũt ad vindictam: vt habetur in l. ij. & ibi hoc voluit Bal. C. de sicar. voluit Bar. in l. si ex plagis. ff. ad leg. Aquil. & in l. sed & si quemcũq;. ff. eo. tit. & Marsi. refert. & sequitur in l. j. ff. de sicar. nu. 45. sed quòd si duo rixati fuerunt, quorũ vnus est occisus, vter eorum debet præsumi, quòd fuerit aggressor: & multa pulchra in hac materia, uide Boë.
16 in deci. cccxxxvij. in ij. par. †Scias etiam, quòd moderamen inculpatæ tutelæ non consideratur in rixa, si indeliberatè, & accensus furore iracundiæ insultatus excessit modum in se defendẽdo, quia non imputatur excessus eo casu, quia primi motus non sunt in potestate nostra. secundũ Afflic. in consti. asperitatem. in vij. no. licèt postea dicat totum hoc residere in pectore iudicis. & certè est au-
17 reum verbũ. †Et nõ solum est permissa defensio pro seipso: sed etiã patri pro filio, & è contrà: vxori pro viro, & è contrà: amasio pro concubina, & ècontrà. secundùm Angel. in lib. male. in verbo, & dictus Ti. se defendẽdo. v. col. per to-
18 tam. †Et si vis videre plures modos ad excusandũ quẽ à pœna ordinaria propter homicidium, vide Marsi. in d. l. j. ff. de sica. Ia. de Nouel. in d. praxi crimi. ad defen. fol. 16. nu. 32. cum sequen. & Afflic. in cõsti. terminum vitæ. quia intẽtio mea non est, hic inserere oẽs defensiones iuris, sed facti tãtum, ad instruẽdum iudices tyrun-
19 culos. † Quia plura sunt genera defensionũ. nam alia est iuris, alia facti: alia ciuilis, alia naturalis: alia, quæ respicit merita causæ, & actoris intẽtionem perimit, alia, quæ respicit processum. secũdùm Bal. in l. j. col. xij. nu. 57. C. qui accu. non pos. in l. cum mulier. ff. so lu. mat. & Dec. in l. emancipatus. nu. 4. C. de rep. bo. po. ego solùm pro viribus meis ponam modum defendẽdi per viam facti, & ali-
20 quando iuris. † Et ad materiam defendendi quem à pœna mortis propter homicidium cõmissum baculo, & percussione facta spatulis, vide Marsi. in consi. vii. per to-
21 tum. †Et ad materiam defendẽdi quem à pœna homicidii cõmissi in personam eius, cum quo facta fuit pax & promissio de nõ offendendo, posito, quòd erat bãnitus, qui ex forma statuti poterat offendi: vide Mar. in cõ. ix. per totũ
22 Fis. †Quòd si petantur defensiones per reum inquisitũ, an iudex possit dicere, quòd cura stat in se informãdo, & sic persedere in dãdo eas? ¶ I v. Dicas, quòd sic, quia de iure primò fundatur intentio actoris, & fundata intentione ipsius, reus admittitur ad opponendum exceptiones suas, & defensiones probãdum: & non antè l. si quidem

quidem.C.de exceptio. & l. exce-
ptionem. de probatio. igitur pri-
mò totaliter debet fundari inten
tio actoris,& sic curiæ, per testes,
antequã reus audiatur in suis ex-
ceptionibus & defensionibus: vt
etiam firmat & arguit Guido de
Suza.in tra.de indi. & tor.nu.62.
& sic potest licitè iudex denegare
defensiones,donec fuerit effectua
liter completa informatio.sed est
aduertẽdum,ꝙ in regno est pro-
mulgata regia pragmatica,qua ca
uetur,ꝙ expeditio causæ crimina
lis nullatenus retardetur prętextu
testium nõ examinatorũ ꝑ curiã:
de qua mẽtionem facit Gramma.
decisi.xxviij.nu.6. licèt loquatur
de repetitione testiũ: tamen eadẽ
23 videtur ratio.†Et ad materiã de-
fendẽdi occidẽtem bannitum in-
dultatum,nõ tamẽ cancellatum à
libro bãnitorum,vide Mar.in cõ-
24 sil.x.per totum.† Et ad materiã
homicidii cõmissi in rixa à pluri-
bus,in casu,quo nesciẽ,à quo com
missum fuerit,per eũdem in cõsi.
25 xxiiij.& cõsi.xxv.†Et ad materiã
defendedi inquisitum de vulnere,
cõtrà quem sunt plures testes, vi-
de per eũdem in cõ.xxxj.ubi mul
ta pulchra circà reprobationẽ te-
26 stium examinatorũ.†Et ad defen
dendum plures inquisitos de plu-
ribus vulneribus vni illatis in ri-
xa,cùm nescitur à quibus, & quæ
vulnera illata sint,ab vnoquoque
ipsorũ in specie,vide per Mars.in
cõsi.xxxiiij.& probatur in const.
27 regni incip.lege præsenti.†Et est
sciẽdum, ꝙ pauperi inquisito de-
bẽt fieri acta & defensiones gra-
tis:vt est tex.iũcta Gl.in l.tam de-
mẽtis.C.de epis. audiẽ.& illũ tex.
extendit ad actuariũ Afflic.in cõ-
sti.appellationum tempora. in v.
not.ver.rursus.ꝑ quo vide Boër.
in decisio.cccxxv.ij.lib.& Par.de
Put.in lib. syndi.in verbo,expen-
sæ.& ꝑ Affli.in cõsti.ij qui. xviij.
28 not.†Vlterius est aduertẽdum,ꝙ
cùm testimonium masculorũ præ
feratur testimonio mulierũ & fœ
minarum,hoc est verũ, nisi testi-
monium fœminarum tẽdat in fa-
uorem rei,& testimoniũ virorum
in fauorem querulãtis. quia hoc
casu præfertur testimonium fœ-
minarum testimonio virorũ. vo-
luit Belen.in c. forus. de uerb.si-
gni.mouetur per Glos.singu.in c.
clerici.lxxxj.distin.& sequit̃ Mar.
in l.unius.§.in ea causa.in fi.ff. de
quæsti.nu.7. & sequitur Gramm.
29 consi.xlv.nu.40.† Et est aduertẽ
dum, ꝙ cùm dubium est, an quis
interfecerit quem animo occidẽ-
di,an nõ,si constat, ꝙ aliàs aliquẽ
interfecerit,præsumptio resultat,
ꝙ animo occidẽdi illum occidit:
vt dixit singu.Gandi.in trac.ma-
le.sub rubrica. de homici.in vlti.
col.versi.istud autem. & refert &
sequitur Mar.in l.j.§.diuus Adria
30 nus nu.39.ff.de sicar.† Est etiam
sciẽdum,ꝙ adeò defensionibus fa
uendum est,vt si duo clerici depo
nant uidisse Titium delictum cõ-
mittẽtem, & è cõtrario duo laici
deponãt eo tempore Titiũ fuisse
alibi,& sic nõ cõmisisse delictum,
præferri debeãt laici clericis,licèt
dignioribus.secũdum Gl. in c.cle
rici.81.distin.quam Gl. secuntur
cõiter Doct.& maximè Abbas in
c.ex literis. de proba. in c. in no-
stra. de test. And. Bart. in c.cùm
testes.de testi.col.j. Fran.de Are.
in l.j.ff.de verbo.obli.§. eandem.
Ias.in l.vt vim. ff. de iust. & iur.
†Item

31 †Item est aduertẽdum, quòd vbi quis inquiritur de delicto, in defensionibus suis ad eludendum & tollẽdum indicia, existentia contrà eum, potest probare negatiuã, coarctatam loco & tempore: vide licet, quòd toto illo die fuit alibi: & quòd inde non discesserit, nec discedere poterat, quin fuisset visus: vt plenè habetur per Brũ. in in trac.de indi.& tor.in.v.q.prin. & Afflic.in consti. si dãna clandestina.xiiij.nota.in fi.plenè Bar. & Bal.in l.actor.C.de proba.Lanfr. in c.quoniã cõtrà.de proba.Imo. & alii in l. in illa stipulatione. ff. de verbo. obliga.Pau. de Cast. & Alex. in l.j. in prin.ff. quod quis. iur.Fel.in c.ex tenore.de test.iiij.
32 col.Corn.consi.ccxcix.j.lib.†Illud etiam sciendum est, quòd de iure communi permittebatur inquisito, vt posset facere interrogatoria testibus examinatis contrà ipsum.l.si postulauerit.§. quæstioni.ff.de adulte.& refert Ange. Are.in lib.malefi.in verbo, fama publica.in iij.col.hodiè autem de stylo omnium curiarum non dantur interrogatoria per inquisitũ, & est ratio, quia habet repulsam: solum autem dantur per fiscum, qui non habet repulsam: licèt stylus aliquarum curiarum sit, quòd etiam per inquisitum dãtur interrogatoria: vt vidi seruari tempore meo in curia baroniæ Sileuti:
33 ¶In.†Quid si aliquis accusatur, quòd vulnerauit Titium de mense Maii, & probetur: & ex aduerso probetur, quòd de mẽse Maij erat bannitus, & ex forma statuti licebat occidi, nec ꝓbatur, ꝙ erat bãnitus antè vulnus, vel post, an debeat absolui? ¶Fis. Videtur quòd non debet absolui, sed condemnari, eò, quia exceptionem obscurã proposuit, nec probauit eam concludenter: ut l.ab ea parte. ff. de proba.& ita tenet Bal. in l.matrẽ. C.de proba. ¶Iv. Sed contrariam opinionem tenuit Bar.in l. nõ solũ.§.sed vt probari.ff. de no. ope. nuntia. quem ibi secuntur Imo. Raph.& Ludo.per l.ij.C. de peti. hære.& sequitur Ang. & ibi Aug. de Ari.& Bernar.in addi.in li.malefi.in verbo, de anno præsenti.ij.
34 col.†Item est aduertendum, ꝙ si est probatum, delictum cõmissum esse per eum, qui habet dilucidã interualla: & probetur in defensionibus, ꝙ habet dilucida interualla, in dubio præsumitur fecisse eo tempore, & non tempore sanæ mentis: nisi expressè probetur cõtrariũ: quia antiquus furor transfert onus probandi in aduersariũ: vt no.in c. fi. de succe. ab intesta. & firmat ac summè cõmendat ad liberandum amicum Ange.in lib. male.in verbo scienter & dolosè. iij.col.& ibi vide, qua cautela debeat vti iudex, quando allegatur & probatur, quem esse furiosum.
35 †Et si aliquis inquiratur de insultu, poterit probari ad defensam, quòd insultans erat distãs ab insultato, & non propinquus: adeò, vt etiam si voluisset eum verberare, non potuisset: quia nõ dicitur, quem fecisse insultum, nisi adeò sit propinquus insultato, vt posset uerberare ipsum si vellet. vt aurea est doctrina Bal.in c.j.§.similiter.quibus mo.feu. amitt. & refert & sequitur Ang.de Are.in li. malefi. in verbo. fecit insultum. in prin. Item poterit probari, ꝙ insultans ibi stabat pro certis suis negotiis,

negotiis,nec progressus fuit à loco,in quo stabat,nec saltum fecit in eum, qui esse insultatus dicitur.vt l.fi.C.de Iudæ.& declarat Ange.de Are.vbi suprà.& dicitur tunc insultum quis facere, quando promouet se de loco ad locũ, & aggreditur. Item, ꝙ ibi stabat casualiter,& non data opera expectando insultatum.Item,quòd ibi solebat stare anteà per magnum spatiũ:& sic de singulis: vt sic probetur nõ esse præmeditatum insultum.de quo per Gl. & Moder. in consti.si quis in posterũ. in verbo.quas pœnas & Affli.& ibi tex. in consti.iustitiarii nomen. in §. latrocinia.& Fran.de Are.in con. xxxiiij.Gramma.in voto xv.& in decisio.xvij.

36 ¶ Fis.† Nunquid in crimine blasphemiæ cadat defensio,& quæ? & videtur dicendum, quòd nõ:vt dicit Par.in verbo,cõdenatio. in c. an potestas.iij. col. ¶ Iv. Dicas contrarium,ꝙ cadit defensio.potest enim probari negatiua coarctata loco & tempore vel quòd calore iracũdiæ blasphemauit,vel aliter: vt cõsiderat Grã ma. in consi.xv. nu.12. in crimi-

37 nalibus.† Et si quis inquiratur in crimine adulterii,potest se defendere primò, quòd transactum est quinquenium, quia quinquennio durat accusatio de adulterio:vt l. si maritus la. ij.§. præscriptione. ff.de adulte.quod est intelligendũ secundùm Gl.& latè Sal.in l.adulte.C.de adulte. vt non procedat, quando non potuit accusari ratione ordinis, quia incepisset ab adultera: & sic illa causa fuisset priùs finienda.Item,quando non potuit accusari, quia fuisset ab alio præuentus, qui fuerat præuaricatus. Item, quando maritus non potuit,quia in maiori magistratu esset constitutus, vel aliter reipublicæ absens. Item,quãdo adulterium fuit per vim cõmissum. Itẽ potest allegari & probari, ꝙ maritus destitit:vt ff. de adulter. l.j.§. j. Item potest allegari & probari, quòd adulter fuit absolutus, quia amplius vxor accusari nõ potest. l.denuntiasse.§.fi. & no. Gloss.& Bart.ff.de adulter.quia absolutoria facta de adulterio, ꝓdest adulteræ. Itẽ potest allegari, quòd vir fuit author malorum morum:debet enim iudex inquirere, an maritus pudicè viuens, mulieri quoque colendi bonos mores author fuerit. Item potest allegari & probari,quòd maritus eius mores approbauit,quòd primò ꝓpter adulterium eã expulit, & deinde reassumpsit. Item ꝙ maritus fuit leno, hæc omnia cumulat & congerit Ang.de Are.in li.male. in verbo. che me hai adulterata la mia dona.vj.col.aduerte,quòd in regno, si maritus desistat, iudex ex officio possit procedere ad cõdemnationem: vt habetur per Afflict. in const.legũ asperitate in quarto & vlti.not.& vide const.sequen. incip.qui coram se spectãte.qua cauetur,maritum non posse de adulterio accusare, si permittat luxũ-

38 riam.† Et si fortasse opponeretur ꝙ matrimonium nõ tenuit propter aliquod iustum impedimẽtũ, & peteretur causam remitti ad ecclesiasticum,debet iudex ad effugiendas opiones,si viderit, ꝙ constat de coitu,& ꝙ hoc allegatur ꝑ calũniã,ꝙ nullũ fuit matrimoniũ, quia ille vir suꝰ erat cõsanguineus, cũ quo nõ poterat esse matrimonium,

nium, vel erat cōpater, vel allegat aliud canonicum impedimētum, quod impedit matrimonium con trahi, & contractum dissoluit, potest statuere opponēti terminum, intrà quem producere habeat ea, quæ vult probare coràm episcopo, & si uiderit ea non obstare, ꝓcedat ad ulteriora: ut plenè docuit Afflict. in cōsti. maiestati no-
39 stræ. ij. & iij. col † Et si inquiratur de homicidio de nocte commisso, potest probari & articulari, quòd luna non lucebat, & obscurum erat. nam tunc licèt possit probari delictum fore commissum: non tamen potest probari per quem fuit commissum: vt est Gloss. ord. in l. si cum exceptione. §. in hac actione. ff. quod me. cau. & ibi Bald. & refert & sequitur Ange. in lib. malefi. in uerbo, compa. di. inqui. & in tert. defen. circa finem.

¶ Fiat publicatio processus. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Publicatio processus in criminalibus non est necessaria.*
2 *Publicatione facta testis ad offensam non admittitur.*
3 *Publicatio debet fieri citatis inquisito, & accusatore.*

¶ IVDEX.

ELAPSO termino dato ad
1 probādum † solet ad petitionem inquisiti, accusatoris, uel fisci, procedi, ad actum publicationis processus, cùm aliàs non sit de necessitate: & si non petatur, etiam nō facta publicatione processus, potest procedi ad torturam: ut dixi in tertia parte tertiæ partis principalis: quocircà inoleuit practica generalis in rubrica exceptionū peti publicationem fieri: audiri cum aduocatis in discussione indiciorū: & concedi repulsam gradatim, conditionaliter, & succes-
2 siue. † Et est magni effectus publicationem fieri: quia licèt possint recipi testes etiam facta publicatione ad defensam super nouis & antiquis iuribus: tamen ad offensam non licet, nisi super nouis iuribus & capitulis: secūdum Sali. in l. fi. C. de quæstio. in ult. col. quem refert & sequitur Marsi. in sua praxi cri. in §. sequens. num.
3 8. † Et debet fieri publicatio in causa citato inquisito, uel de uolūtate ipsius præsentis & acceptātis: & sic etiam citato querulante. secundum Bal. in l. gesta. C. de re iudi. 2. col. versic. quæro qualiter. aliàs non ualet.

¶ Concedatur repulsa. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Repulsa est species defensionis, & debet concedi, & debet etiam dari accusatori. nume. 2.*
3 *Repulsantur testes ratione domesticitatis cum offenso.*
4 *Repulsa non conceditur in crimine blasphemiæ, nisi ex capite*

pite inimicitiæ capitalis.

5 *Repulsa non conceditur in crimine læsæ maiestatis, hæresis, & assasinij, nisi ex capite inimicitiæ.*

6 *Repulsa qualiter sit facienda.*

7 *Repulsæ ex quibus fieri possint.*

8 *Repulsari non debent testes in primis exceptionibus, & primo termino.*

9 *Repulsæ terminus, est medietas primi termini.*

10 *Repulsa est odiosa, & currit terminus de momento ad momentum. & nu. 12. 17.*

11 *Repulsa non conceditur aduersus scripturas.*

13 *Repulsa quando petatur.*

14 *Repulsari an possit testis per eum aliàs productus.*

15 *Repulsari nedum debent testes de uisu, sed etiã de fama.*

16 *Articuli continentes idem, vel de directo contrarij, admittũtur in repulsa.*

18 *Protestari debet inquisitus cõtrà testes, & eorum dicta. nu. 24.*

19 *Repulsari possunt testes etiam ex præsumpta inimicitia.*

20 *Repulsantur testes, quò ad dicta.*

21 *Repulsa repulsæ conceditur accusatori.*

22 *Protestari debet obijciens crimina contrà testes, quòd non animo iniuriandi obijcit.*

23 *Repulsam si non petit minor, an restituatur ad eam petendam.*

24 *Repulsari testes possunt, contrà quos nihil obiecit reus tẽpore examinis, ex capite ignorantiæ.*

25 *Repulsati licèt non sint testes, si tamen ex actis aparet de ipsorum inhabilitate, non faciunt fidem.*

26 *Accusatus accusatione pendẽte, non est idoneus testis.*

27 *Laicus contrà clericum non probat.*

28 *Repulsa debet fundari & referri ad tempus iuramenti.*

29 *Testes non sunt idonei monachi.*

30 *Repulsa an possit continere idem, uel de directo contratia cum primis.*

¶ IUDEX.

FACTA autem publicatione in causa, & percũctato processu, 1 † solet ut plurimum instari, & peti repulsa, quia ex defensionibus factis nõ in totum uidentur indicia elisa. quæ repulsa, quia est species defensionis, est omninò concedenda: vt dixi in tertia parte tertiæ partis principalis, ubi dixi ad quid operet̃ repulsa: & quomodò debeat fieri concludenter: 2 & ad ibi dicta me remitto. † Et est notandum, quòd repulsa non solùm datur reo inquisito: sed etiam

tiã accusatori aduersus testes examinatos ad defensionem rei: vt in c. in generalibus inquisitionibus. & refert & sequitur Par. de Put. in lib. syndi. in uerb. inquisitio. in versicu. & aduerte. tamen non datur fisco, ubi proceditur p inquisitionem, secũdùm eundem
3 Par. vbi suprà. † Item est aduertendum, quòd sicut repulsantur testes ratione domesticitatis cũ accusatore, quãdo proceditur ad querelam: pari modo repulsantur ratiõe dictæ domesticitatis offensi, quando proceditur per inquisitionem. & est ratio, quia delictũ per inquisitionem non alterat naturã suam, imò cùm iudex subeat locum accusatoris, & inquisitio succedat loco accusationis, debet esse eiusdem qualitatis & naturæ, cuius est accusatio & accusator: vt l. j. §. hæc actio. ff. si qs testa. li. esse iuss. fuer. & ita consuluit Rapha. Cuma. in consil. suo xxvij. in cip. cum adeò. quem refert & sequitur Benar. de Lãdria in addi. ad Ang. in verbo, hæc est quædã inquisitio. in Gloss. locus & tempus. licèt Ang. de Are. in lib. male. in verbo, qui iu. sta. ter. ad oppo. videatur sentire contrarium,
4 ibi per eum. † Est etiam notãdũ, quòd in crimine blasphemiæ non conceditur repulsa, nisi ex causa inimicitiæ capitalis. argu. l. famosi. & l. in quæstionibus. & quod ibi no. Bar. ff. ad l. Iul. maiesta. & dixit Par. de Put. in li. syndica. in verbo, condemnatio. in c. an potestas. iij. col. & Gramma. consil. xv. nu. 12. & ibi sentit Gramma. quòd blasphemãs potest se defendere: ut dixi suprà in uerbo, recipiantur defensiones. uide plenè p Boër. in decisio. cccj. in ij. par.
5 † Item aduertendum est, quòd in crimine læsæ maiestatis, & hæresis non conceditur repulsa, nisi ex capite inimicitiæ, non ex aliis capitulis. ratio est, quia in dictis criminibus admittuntur testes infames, & minores, & aliter inhabiles: & eorum dicta faciunt legitimum indicium, secundũ Alex. in consil. xj. incipien. circa primum. 2. col. j. uol. Bart. in l. famosi. ff. ad l. Iul. maiesta. quod sanè intelligẽdum est, ut dixi suprà in verbo, item commisit crimen læsæ maie
6 status. † Et qualiter & quomodò debeat fieri repulsa, uide, quæ dicã infrà in tertia parte tertiæ partis, ubi latè. & ultrà ibi dicta uide Boër. in decisio. cccxxj. in ij.
7 parte. † Et quæ possint opponi cõtra testes, & quæ nõ: uide Ang. de Aret. in lib. malefi. in uerbo, qui iu. sta. ter. ad oppo. ubi multa.
8 † Item est aduertendum, quòd in termino dato ad faciendas defensiones, non possunt fieri exceptiones repulsatoriæ nisi ex causa inimicitiæ capitalis: ut dictat ritus magnæ curiæ uicariæ inci. itẽ seruat ipsa curia, quòd in exceptionibus: uel nisi renũtiauerit inquisitus futuræ repulsæ. & ita practi-
9 caui. † Item est aduertendum, q terminus ad repulsam, est medietas primi termini: vt habetur in
10 prag. cursu dilationum. † Item est aduertẽdum, quòd repulsa est odiosa, & currit terminus repulsæ de momento ad momẽtum: adeò, vt testes debeant citari, iurare, & examinari intra terminum: ut dictat ritus magnæ curiæ uicariæ in
11 cip. item quòd facta. † Item est aduertendum, quòd non conceditur

ditur repulsa cōtrà scripturas:sed benè possunt allegari falsæ:ut dicit ritus magnæ curiæ vicariæ incip. itē seruat dicta curia non cōcedere. Item est aduertendum, ꝙ repulsa ex capite inimicitiæ debet formari in specie, & nō in genere, & de multis aliis uide Ias.in
12 l. j. C. de testa. † Item aduertas, ꝙ licèt suprà dixerim, terminum ad repulsam currere de momento ad momentū, & quòd si non examinētur testes intra ipsum terminum, vlteriùs non examinētur:id tamen procedit & uerum est, nisi allegetur iusta causa impedimenti:uerbi gratia, quia testes renuerunt examinari: & fuerit petitū, vt cogerētur captis pignoribus, vel aliter mulctati.nam quia tunc apparet partem fecisse, quicquid potuit pro propulsanda contumacia testium, & pro ipsis examinandis, non debet dici terminum nō debere restaurari. ꝑ tex. l.de quibus diebus. in princi.ff.de condi. & demōst..uel quia stetit,facto iudicis, quominus fuit examinatū in termino: vel ex alia iusta causa:vt voluit idem ritus suprà alle-
13 gatus in fine. † Item aduertendū est, quòd repulsa debet peti intra decē dies numerandos à die consignatæ copiæ processus:ut dicto ritu cauetur. sed puto, quòd procedat in ciuilib. & nō in criminalibus, ubi tractāt de uita hominis. sed ad tollēda dubia inoleuit practica,semper peti repulsam,in rubrica exceptionū.quæ præsentantur in defensionibus reorū:& pro certo nūquàm uidi seruari illum ritum de petendo repulsam intra decē dies, ut suprà: sed semper ꝙ petita, fuit indistinctè concessa.

14 † Item est notandum,quòd licèt inquisitus ad suam defensionem produxerit aliquem in testē, quē fiscus reproducit eundem contrà dictum producētem in eadem,uel alia causa, non possit regulariter eundem repulsare: tamen hoc est verum & procedit,nisi uellet eum repulsare ex causa ꝓueniente ex parte fisci uel accusatoris nunc re producētis contrà ipsum inquisitum prius eum testē producētem: uerbi gratia, si uult repulsare ex causa,quia familiaris, vel cōiunctus offensi, uel accusatoris sit: vel si uult repulsare ratiōe subornationis factę ex pòst facto per fiscum ad id deponendum, uel potest repulsare ratione criminis, sed non prætextu infamię ciuilis: vel etiā potest reprobare quò ad dictum suum, probādo rem aliter se habere: uel probando eum falsum: ut pulchrè habetur per Inn. in ca. cùm uenerabilis. de excep. nu.7.& Bal. in margar. in uerbo, testis. & prædicta maximè procedunt,quando sunt diuersæ causæ, seu capita,semper quibus deponit ad instātiam inquisiti, & fisci. & vide omnino Capy.in decisi. lxij. in causa illustrissimi.sed uide omninò Sali.in l.siquis testib⁹. C.de test.ubi etiā dicit, ꝙ potest repulsari ex causa, quæ nō erat nota ꝓducēti tunc tēporis. item,si fiscus vel querulator repulsauit, quādo ille inquisitus produxit,potest ipse ipsū repulsare, si fiscus uel querulator cōtrà ipsum reexaminat: vt ibi per Sali. sed plenissimè uide Boër.in decisi.ccxlv. ubi pleniùs, an ex causa antiqua, an de nouo superuenienti. & dicit, quòd sic: & si quem solum citaui in testem,

postea

postea nolo examinare, & expressè renuntio, an possum eundem repulsare, & ad eum me remitto.

15 † Item est aduertendum, quòd si côtrà aliquem sunt testes de uisu deponentes, & alii de fama publica, debent nedum repulsari illi, qui deponunt de uisu, sed etiã deponêtes de fama publica: aliàs si non repulsarentur illi de fama publica, posset procedi ad torturam. secundum Iacob. Butri. ut refert Alber. in l. iij. §. eiusdem. ff. de testi. refert & sequitur consulendo Calca. in consi. cix. pen. col. & nouissimè sequitur Grammat. in decisio. fac. con. Neapol.

16 decisio. xxxiiij. num. 54. † Item est aduertendum, quòd licèt non sint admittêdi articuli iidem, uel de directo contrarii articulis partis aduersæ: vt habetur in c. fraternitatis. iuncta Glo. de testi. tamen id non procedit in repulsa. quia si aliquis repulsauit testes à me productos, possum ego repulsare testes repulsatorios, & approbare meos per eosdem articulos, uel de directo côtrarios. secundũ Capy.

17 in d. decisio. lxij. † Item licèt repulsa sit odiosa, & terminus currat de momento ad momentum, vt suprà dixi: id tamen procedit & habet locum, quãdo repulsantur testes propter defectus, & crimina: secus si quò ad dicta probãdo idem, quod fuit probatum in primis articulis, uel de directo côtraria: ut uoluit idem Capit. ubi suprà. adeò, ut in eo casu licèt terminus sit elapsus côcedatur beneficium seu reintegratio termini.

18 † Item est aduertendum, quòd quãdo inquisitus citatur ad uidêdum iuramenta testium, uel ipsi examinantur coràm ipso inquisito, debet esse cautus, ut protestetur contra ipsorum testium personas, & eorum dicta, ne uideatur consentire: ut uoluit Sali. in d. l. siquis testibus. C. de testi. & cautiùs debet se gerere in suo examine, quando interrogatur, quomodò reputet testes contrà se examinatos, ut non approbet, quia non potest eos posteà repulsare. adde Boër. in decisi. cccxxj. in ij. par. in fi. & Bald. in consi. cccxvj. uol. iiij. inci. præsupposito statuto.

19 † Item est aduertendum, quòd testis potest repulsari etiã ex prçsumpta inimicitia. secundũ Doct. in c. p tuas. extrà. de simo. & Bar. in l. in quæstionibus. ff. ad l. Iul. ma. & Lud. Roma. in l. si uerò. §. de uiro. ff. sol. ma. & est tex. & ibi Abbas in c. cum P. Mâconella. extrà, de accusa. & per Arno. in cô-

20 mentario. 136. † Item est aduertendum, quòd testes repulsantur quò ad dicta hoc modo: si per curiam est probatum per testes me occidisse Titium tali die, in præsentia talium, poterit probari ad repulsam dictorũ ipsorum testiũ, quòd eram absens tota ea die: & sic probando negatiuam coarctatam loco & tempore & similibus modis: vt voluit Sali. & Capi. vbi

21 suprà. † Item est aduertendum, quòd accusator in termino repulsæ potest per se examinatos testes approbare, & demum facta publicatione in repulsa, potest petere terminum ad repulsam repulsç: in quo repulsare poterit testes examinatos ad repulsam, ad instantiam inquisiti: in quo etiam termino inquisitus ipse suos testes approbet: ut habetur in c. in ge-

neralibus

neralibus inquisitionibus. & dixi
22 in principio.†Item est aduertendum, quòd ĩ exceptionibus repulsatorijs criminosis debet apponi protestatio, quòd id, quod ponit & excipitur, fit non animo iniuriandi, sed pro iuribus & defensionibus inquisiti, & nõ aliter nec alio modo. secundùm Spe. in tit. de accusat. §. j. versi. quod & Bar. in l. eum. ff. de iniur. quem sequitur Ludoui. de Roma. in l. fi. quod quis. iur. & plenè Boër. decisio.
23 ccxlv. in ij. parte, in fine. † Sed quid si minor omisit petere repulsam, an restituatur in integrum ad eam petendam? in hoc extat decisio Cappe. Tolo. liij. quæ uoluit, quòd non. sed Boër. in decisio. ccxlv. nume. 7. tenet oppositum seruari, vbi causa minoris perderetur ex defectu repulsæ non pe
24 tita. † Item est aduertendum, ꝙ licèt suprà dixerim cautum debere esse inquisitum, quãdo interrogatur de conditione & qualitate testium, ut non approbet, sed obiiciat: si tamen hoc non faciat ex capite ignorantiæ, potest posteà repulsare testes examinatos contrà se: ut plenè habetur per Boër. in decisio. ccc j. in ij. parte, nume. 12. quem omnino uideas in facti
25 contingentia. † Item est aduertendum, quòd licèt non sint repulsati testes per repulsam ordinariam: si tamen ex actis constet de eorũ inhabilitate (puta, quia testes cõfessi sunt se esse accusatoris familiares, vel ex delicto fuisse punitos, vel aliter) tunc iudex potest & debet ex officio eos repellere, & eis non adhibere fidẽ: prout consuluit Lau. Calca. in cõs. lxiiij. nu. 16. Bar. & Mars. in l. maritus. ff. de quæst. In hoc casu dicit Anto. de But. in c. bonæ. v j. col. de electio. & in c. cùm dilectus. de consuetu. x. col. ꝙ istud procedit, vbi testes sunt omninò inhabiles: puta, infames, iudæi, hæretici, & similes: secùs si non essent omninò inhabiles, qui tacito uel expresso consensu possunt habilitari: ut proxeneta, vel domesticus, aut consanguineus aduersarij: & idem in similibus, qui repelluntur nõ odio ipsorum testium, ut primi: sed fauore partis: ut uoluit clariùs Feli. in c.
26 intimauit. de testi. † Item sciendũ est, quòd accusatus criminaliter, accusatione pendente, non admittitur in testem contrà aliũ in causa criminali. c. fi. de test. & ibi Docto. Spec. in tit. de teste. §. j. uersi. item pendente. & ibi Ioã. And. & Bal. in addi. & est ratio, quia ex pẽdẽtia huiusmodi accusationis aggrauatur opinio accusati, ut non dicatur integri status. fallit in criminibus exceptis, positis in allegato c. fi. per Sicul. post Spec. in titu.
27 de accu. in fi. † Itẽ, si laicus testificatur contra clericum, repulsat. c. de cętero. de testi. fallit secundũ Abba. in d. c. de cætero. qñ delictũ fuit commissum, ubi non erat clericorum copia. Item fallit, quãdo delictum clerici esset notoriũ. tertiò limitat, ut laici nõ admittant cõtrà clericum ad plenã probationẽ: ad faciendum uerò indiciũ, ut sic saltem subiiciatur torturæ, admittuntur. item fallit in crimini-
28 bus exceptis. † Itẽ aduertas amãtissime lector: ut repulsam fundes ita & taliter, ut referatur ad tẽpus iuramẽti. nam illud tempus est in consideratione, vt testis repellatur: l. j. & ibi Bar. C. de testa. l. si arbiter.

IVDEX.

OMNIBVS prædictis, executis & gestis, † debent recipi defensiones reorum, & sic exceptiones: & examinari testes super eis, aliaque iura admittenda admitti: sintque cauti reorum aduocati, vt semper studeant indiciorum uires euacuare, tollere, & perimere: & attendere circà substantialia: & nō fundare exceptiones & defensiones in phylacterijs, & aliis generalibus. quę etiamsi probata forent, adhuc tamē indicia remanerent illæsa & indiminuta: ut quādoque uidi plures aduocatos errasse, & in fine causæ se reperi jsse uento plenos: quod quidem non prouenit, nisi ex crassa ignorātia. quare pro instructione iuuenum sciendum est, quòd forma fundandi defensiones erit huiuscemodi.

2 Si contigerit contrà aliquem adduci inimicitiam capitalem pro indicio, debet considerari causa, vndè processit. quia ex multis causis causari potest. aliquando enim ex iniuria uerbali: aliquando ex iniuria reali: aliquando ex litib9, & propter bona: & aliis ex causis. considerata uerò causa inimicitiæ, debet considerari & uideri, si causa ipsa poterit tolli, vel minorari: quòd si non poterit, quia est uera & clara, tunc debet probari reconciliatio, probando actus exteriores. ex quibus præsumitur, & inducitur: ut quia diu est, quòd post dictam causam inimicitiæ visus fuit conuersari cum iniuriante comedendo, bibendo, ridendo, saltando, & alia faciendo, quæ non inter inimicos, sed amicos fieri adsolent. Item probari debet, quòd post dictam iniuriam realem, vel verbalem ilicò tunc, nec posteà fuit uisus, vel auditus reuocasse expresè ad aīum suum, ad iniuriam: sed potiùs dissimulasse. istis enim iunctim probatis, tollitur dictum indicium: videlicet, quòd non reuocauit ad animum, & quòd per magnum temporis interuallum antè delictum secutum fuerit facta reconciliatio: aliàs non: ut habetur plenissimè per do. Iacob. de Bello uis. in sua praxi cri. in tit. de iniur. in uerbo, quòd dictus reus malitiosè. in fi. col. & Mar. Ant. Blan. in repet. l. fi. ff. de quæstio. nu. 161. & post omnes Iacob. Nouell. in sua praxi, seu tracta. de defen. fol. 59. nu. 44. licèt non ita clare, vt per Iac. de Bello uis. & si inimicitia processit ex lite, non sufficit simpliciter probari recessus à lite, vt ex hoc sublata foret, si processit inimicitia capitalis, aut grauis: sed requiritur vltrà recessum à lite, quòd probetur reconciliatio, quæ etiā non sit de præsenti. & ita post multa firmat Blan. in d. repet. l. fi. nume. 137. in fi. item debet probari bona, & optima fama inquisiti, quia si ex aduerso non probetur mala fama, tollitur indicium prædictū: vt per Bertran. in consil. lxj. & c. xxxvij. in ij. par. per doctri. Cy. in l. fi. ff. de hære. instit. item poterit probari exculpatio offensi in mortis articulo. quia per eam tollitur dictum indicium: vt per Bal. in l. j. vlt. colu. in versi. pone, testator. num. 23. C. communia de lega. & Alexan. in l. si quis in graui. §. si quis moriens. ff. ad Sylle. & in consil. xxx. vlti. colu. in vij. vol. & Marsi. in sua praxi. in §. diligēter.

nu.200. Item poterit probari grauior inimicitia, quã habebat cum alio, probando ẽt minas prolatas ab eo, & malã consuetudinẽ illius in demandãdo minas executioni, vel fugam illius, & alia indicia, vt magis resultet suspicio contrà illum, q̃ contrà hunc: ex istis.n.tollitur, vel saltem eliditur dictũ indicium. vide Afd. in consti. terminũ
3 vitæ. iiij. col. versi. iiij. fallit. †Et si aliquis inquiratur de homicidio, poterit ꝓbari, ꝙ mortuus nõ fuit ex vulnere: probando, ꝙ surrexit, & ambulauit: secundùm Bar. in l. fi. ff. de sica. per Gloss. l. j. C. de emen. seruo. & per tex. c. ij. de cleri. percusso. & est recurrendum ad iudicium medicorũ. ut in l. si semel. C. de re mi. li. xij. & in l. j. ff. de vẽ. inspi. & per Ang. de Are. in l. i. male. in verbo, & ex interuallo dictus Titius ex dictis. vul. mor. fuit. in prin. versi. quæro si ex interuallo. Cepol. consi. xl. incip. licẽt. in v. co lu & Ange. in l. quòd si nolit. §. si mancipium. ff. de ędi. edict. & Pet. de Anch. in consi. cclxxxiij. incip. iure stricto. & Bald. in l. j. iiij. col. C. de ædi. actio. pro quo uidendus est Abb. in d. c. ij. de cleri. percusso. & Marsi. in praxi cri. §. & quia. num. 16. cum sequentibus. Item poterit probari, quòd noluit adhibere medicum. quia uidetur mortuus esse sua culpa. secundum Bal. in l. si ab hostibus. §. si vir. per Gl. ibi. ff. solu. matri. quod dictum ibi summè no. Pau. de Cas. & Alex. & Bald. in l. qui occidit. §. fi. ff. ad l. Aquil. & in c. j. qui. mo. feu. amitti. & volunt Doct. in c. ij. de cler. percusso. pro qua parte facit etiã secundum eum tex. in l. huic scripturæ. in § j. & in l. item Mela. §. Celsus. ff. ad l. Aqui. Item poterit probari, quòd adhibuit medicum imperitum, & inordinatè uixit co medendo res nociuas: & quòd noluit parere medicis: secundum do. Fel. in c. præsbyterũ. extrà. de homi. vel si cõcubuit cum vxore, vel alia fœmina. Item poterit probari, ꝙ se medicari fecit incantationibus: quo casu vulnerans non tenetur de morte, si vulneratus moriatur. secũdũ Soc. i cõs. clxxvij. incip. prima aspectu. vlti. colu. pro quo facit tex. l. j. §. sed & obstetrices. ff. de var. & extrao. cogni. & refert & sequitur Mars. in praxi cri. in §. & quia. nu. 18. 19. & sequen. quod nota pro curãtibus se aqua
4 incantata. †Et aduertas, ne decipiaris, quòd dato, quòd vulneratus diceret, se mori sua culpa, hoc non sufficit, nisi aliter apparuerit. secundùm Marsi. vbi suprà. nu. 24. pro quo allegat c. fi. extrà. de suc-
5 cess. ab intest. † Item poterit probari, quòd longo tempore post vulnus illatum decessit, ad quod tẽpus non consueuerunt mortaliter uulnerati vitam extendere: & ꝙ semper processit de bono in melius, & non de malo in peius. Item poterit probari, quòd recesserunt accidentia mala: quia cessauit febris, & quòd percussus in operationibus naturalibus nõ impediebatur, nec in corpore ob illã percussionem grauabatur. sic enim loquebatur, & ita sanè intelligebat, sicùt homo non lethaliter percussus. sunt enim hæc signa infallibilis salutis, si nõ peruenit noua culpa vulnerati. Item poterit probari mala custodia vulnerati: vt quia non stetit in camera clausus, sed exiuit ad aërem, vel bibit uinum

fre-

frequentando tabernas. Item poterit probari, quòd medici affirmabant, quòd erat extrà periculum mortis. Item poterit probari natura vulnerati robusta & fortis, quæ benè custodita raró perit, quia dura textura raro, & difficulter soluitur: vt benè & eleganter hæc omnia cumulat Boër. in decj.
6 cccxxiij. in ij. par. † Et ibi plus dicit, quòd pro parte fisci plura possunt probari, vt videatur percussus mortuus ex vulnere: & primò potest probari breuitas temporis, vt si intra triduum mortuus sit à die illati vulneris: vel si infrà lõgum tempus, si nunquàm conualuit, & indies accessit de malo in peius. item quòd continuò fuit in vulnerato perseuerãtia vomitus, febris, ac aliorum accidentium significantium mortẽ. Item, ꝙ vulnus erat adeò latum & profundũ, vt communiter iudicaretur mortale. Itẽ poterit probari qualitas instrumenti, quòd non consueuit leuem plagam inferre. Item poterit probari, quòd continuò infirmus habuit dolorem, quia percussus fuit in neruis, vndè ꝓuenit spasmus & mors. & est pulcherrima decisio in hoc passu: videatis
7 eam in facti contingentia. † Item poterit probari, quòd alius eum vulnerauit, & exinaniuit post primum vulnerantem. quia licèt primus mortaliter vulnerasset, non tenetur de occiso, si alius posteà vulnerauit & occidit: vt plenè ꝑ Marsi. in l. nihil interest. nu. 17. ff. de sicar. & est tex. in l. item Mela. §. j. ff. ad l. Aquil. sed in contrariũ est tex. in l. ita vulneratus. §. j. ff. eo. tit. pro cuius solutione videatur Boër. in decisione, de qua supra. & Alber. de Rosa. in d. l. item Mela. & quasi omnes Doct. uidentur concludere, quòd aut primus vulnerans adeò vulnerauit, vt impossibile foret vulneratũ potuisse viuere, & certũ foret debuisse mori secundum omnes regulas medicinæ & praxim, & eo casu procedat id, quod dicitur in d. l. ita vulneratus: aut primum vulnus poterat se habere ad mortem, & uitam, & procedat tex. in l. item Mela: & ita aliàs practicaui Salerni.
8 † Et est aduertendum, ꝙ etiã post sñiam condemnatoriam debent audiri, & admitti defensiones reorum: & vbi constiterit de innocẽtia, debet supersederi à superiori. secundum Barto. in l. j. §. fi. ff. de quæst. & ibi ꝑ Mar. in xv. col. uer. quinimò fortius. & firmat Innoc. quem ibi secuntur Doct. in c. significantibus. in fi. de purga. uulgar. & uoluit Bald. sequendo Inno. in
9 l. vnica in vlt. col. C. de cõfes. † Imò plus est sciendum, ꝙ ad defensionem reorum iudex potest & debet testes ex officio suo examinare etiam à parte non productos: etiam ipsa parte non instante, nec postulante, secundum Bart. in l. j. §. fi. circà prin. ff. de quæstio. & in l. ij. C. de abolitio. & est optimus tex. in l. si non defendantur. ff. de pœn. & in l. iiii. §. hoc aũt iudiciũ. ff. de dam. infe. & in l. 2. ij. col. C. de edẽ. & plenè ꝑ Mar. ĩ praxi cri.
10 in §. oportunè. nu. 14. † Item ad defensam admittuntur testes non integri, & minus idonei. Specu. in ti. de inquisitione. §. j. ver. sed nũquid reus. refert & sequit Ioã. de Ana. in cõsi. lix. & voluit in consi. xxiiii. Alexã. incip. animaduersis.
11 xiij. col. in ij. li. ¶ IN QVI. † Edisfere

fere nobis domine Iudex, qualiter probetur quem commisisse delictum homicidii ad sui defensionem. ¶ IVD. † Hæc est materia satis trita, & in pluribus locis tractata per Doctores: sed ut uotis uestris satisfaciā, aliqua sūmatim congeram. Sciendum itaq; est, ꝙ pluribus modis dicitur permissa defensio. aliquando enim quis ꝓuocatur verbis iniuriosis: & tunc regulariter uerbis, & nō facto est permissa defensio. secūdum Spec. in tit. de accusa. uer. quid si uocaui te latronem. & sequitur Angel. in l. vt uim. ff. de iu. & iure. & ibi Ias. sed quia multoties euenit, ꝙ facto quis se defendit, tunc licèt excedat modum defensionis, mitiùs tamen debet puniri. secundū Ange. de Areti. in lib. male. in verbo, uerba contumeliosa. & sequitur Gramma. in consil. xxix. & in voto xxiij. probando priùs iniuriam dictā clarè & particulariter: probando etiā, & articulādo grauitatem illius iniuriæ in illis partibus: & quòd patientes illam iniuriam constituuntur in maximo vituperio & dedecore, vt nō minus tolerabile eis foret interfici. Itē, quòd est talis iniuria, quæ nō verbis, sed facto tollitur. Item, quòd illis partibus pluris honor, quàm vita æstimatur. Item, quòd passus iniuriam est nobilis: vel aliàs bonæ uitæ, conditionis, & famæ. Itē, quòd iniuria illa fuit dicta in loco publico coràm nonnullis hominibus eiusdem conditionis, & melioris: adeò, quòd dissimulari non poterat absque maximo dedecore. Item, quòd propter illam iniuriam adeò accensus fuit calore iracundiæ, vt propalam uideretur nō esse in plenitudine sui intellectus: vt quid faceret, ignoraret. Item, quòd nullo dato internallo fuit secuta percussio. Item, quòd prouocatus ipse adeò solet ira accendi, vt cum plurimum velut furiosus ignoret penitus, quid faciat. istis enim ꝓbatis benè habet locum conclusio supradictorum Doctorum, & aliorū in hoc

12 scribentium. † Si autem offensa fuerit realis & facti, & similiter defensio realis & facti fuerit (quę regulariter est permissa cum moderamine culpatæ tutelæ) ad hoc, ut cōcludenter deducatur & probetur, debet probari & articulari, quòd quis stabat neminem offendēdo sub protectione Dei, & Cæsa. ma. & Titius eū insultauit: uel uidit Titium uenietem ad se gladio euaginato, dicendo, quòd extraheret ensem, & similia. uel, ꝙ deambulabat, & Titius eum insequebatur uocando, ꝙ expectaret: uel etiam non uocando, sed ueloci passu eū insequebatur ensē euaginato uel ad latus, tamen cū uultu tincto, & cholericè, taliter ꝙ manifestè uidebatur uelle offendere illum. probando minas paulò antè factas de eo occidendo: & quòd erat solitus exequi, uel potens: Item, quòd ille erat robustus & fortior eo: Item, quòd si expectasset se percuti, interfectus foret: Item, quòd nō poterat euadere fugiēdo, imò citius interfectus fuisset: Item, quòd per fugam maximum dedecus cōsecuutus esset: Item, ꝙ in illis partibus est, & reputatur magna ignominia, aufugere: Item, quòd ille prouocatus erat debilis, parum fortis, & nō armiger: Item, quòd erat adeò in discrimine

fcrimine vitæ constitutus, vel adeò deangulatus, vt nisi extraxisset ensem, & se defendisset, occisus fuisset adeò, vt id, quod factũ est, nõ fit nisi ad necessariam defensionem: Itẽ, ꝙ insultatus fuit prior uulneratus: Item, ꝙ non cessabat, nec desistebat inferre ictus, sed semper perseuerabat: Item, ꝙ non sedata rixa, nec cessante insultante, fuit facta percussio per insultatum: Itẽ, quòd insultatus ipse erat adeò accensus calore iracundiæ, vt non esset in plenitudine sui intellectus, & videretur ignorare, quid ageret: Item, quòd non habebat alium modum & formam euadendi mortem, nisi percutiendo insultantem: Item, ꝙ nõ habebat aliud genus armorum: Item, ꝙ nõ est scandalosus & rixosus, sed homo pacificus & quietus, & bonæ vitæ, conditionis & famæ: & ẽ cõtrario insultans erat rixosus, scandalosus, & vir prauæ qualitatis & vitæ, solitus similia & peiora perpetrare: & similia, uel alia, prout facti qualitas exegerit: nec putes de necessitate omnia prædicta esse probanda, sed plus & minus, vt qualitas facti requiret, hęc omnia colliguntur ex dictis Bart. in l. sed etsi quęcunque. ff. ad leg. Aqui. in prin. & Io. de Ana. in c. si perfodiens. vlti. col. de homi. Bart. Cepo. consil. xxix. v. col. pro quo est tex. in l. si quis percussorem. C. ad leg. Cor. de sica. & in l. iij. §. qui armati. ff. de vi, & vi arma. & Marsi. in l. j. nu. 37. ff. ad le. Cor. de sica. & in consi. iiij. j. li. nu. 17. & cõsi. xxv. nu. 41. con. xxxj. nu. 53. & 55. consi. lxxiij nu. 44. & consi. lxxxj. nu. 13. consi. lxv. nu. 55. consi. xij. num. 322. consi. xxj. nu. 27. consil. 41. nu. 15. & Bertr. cõ. cclxxiij j. nu. 4. Affli. in consti. pacis cultũ. xix. col. plenè per Carre. in praxi cri. §. circa. nu. 95. cum pluribus sequentib. Iacob. de Noue. in praxi. ad defen. fol. 23. nume. 61. cum sequen. Ang. de Are. in lib. malefi. in uerbo, & dictus Titius se defendẽdo. versi. dixi quòd licita Io. Mil. in sua praxi cri. fol. 22. in Glo. defendentem. nu. 13. cum pluribus sequentibns. Aymo. Grauet. in cõ
13 sil. cxix. j. li. nu. 8. & nu. 7. † Vbi et plus dicit, ꝙ probatur defensio per testes coniunctos, fœminas: & per præsumptiones. Item testes deponẽtes per verbũ credo, plenè probãt defensionẽ. secũdũ Sal. & Bal. in l. solam. ij. col. versi. ex hoc nota. C. de testi. Ias. in l. j. nu. 25. ff. de re iudica. Bart. consi. xvj. in ij. vol. Marsi. in l. de minore. §. plurium. nu. 65. ff. de quæsti. & in singu. 19. & vide Iacob. de Nouel. in praxi cri. ad defen. & ꝙ probetur defensio per testes domesticos, plenè per Pau. Grillã. in trac. de relaxa. carce. in iij. q. vbi dicit, quòd faciunt plenam probationẽ, nisi alia indicia resistant: Item, quòd dicitur probata defensio, si percussus, pugno occiderit percutien
14 tem. † Et ꝙ si duo dederunt fideiussionem inuicem de non offendendo, & demum vnus ab altero insultatur, & ille insultatus se defendendo occidit insultantem, & excessit modum in se defendendo, an puniatur pœna contenta in fideiussione, an verò de excessu tantum. vide Afflic. in decisio. fac. regii consi. nu. 206. incipi. penès & apud acta. vbi refert fuisse decisum, quòd nõ punitur pœna, de qua in fideiussione, sed pro

excessu tantum.& vide Corne. in consi.cclxxiiij.nu.4.j.lib.& in cõsil.cxcvij.2.lib. & consi. cxxxiiij. in 3.lib.& consi.clxij.& 107.j.lib. & in consi.xxxviij.2.lib. & consi. vij.nu.15.j.lib.in quibus locis latè de modo probandi defensioné, & quòd si duo inuicé se offenderunt,inter quos erat data fideiussio de viuendo pacificè, & ignoratur vter prior percusserit, an ambo teneantur ad pœnam fideiussionis,vide Nic.Boër.in decisio.
15 ccxxxvij.ij.par.†Et est sciendũ, quòd aggressus & priùs percussus, semper præsumitur repercutere ad defensionem:non aũt ad vindictam:vt habetur in l.ij.& ibi hoc voluit Bal.C.de sicar.voluit Bar. in l.si ex plagis.ff.ad leg.Aquil.& in l.sed & si quemcũq;.ff. eo. tit. & Marsi. refert. & sequitur in l.j. ff.de sicar.nu.45. sed quòd si duo rixati fuerunt,quorũ vnus est occisus,vter eorum debet præsumi, quòd fuerit aggressor: & multa pulchra in hac materia,uide Boë.
16 in deci.ccxxxvij.in ij.par.†Scias etiam,quòd moderamen inculpatæ tutelæ, non consideratur in rixa,si indeliberatè, & accensus furore iracundiæ insultatus excessit modum in se defendẽdo, quia non imputatur excessus eo casu, quia primi motus non sunt in potestate nostra. secundũ Afflic. in consti.asperitatem.in vij.no.licèt postea dicat totum hoc residere in pectore iudicis. & certè est au-
17 reum verbũ.†Et nõ solum est permissa defensio pro seipso: sed etiã patri pro filio, & è contrà: vxori pro viro, & è contrà: amasio pro concubina, & ècontrà. secundùm Angel.in lib.male.in verbo,& dictus Ti.se defendẽdo.v.col.per to
18 tam.†Et si vis videre plures modos ad excusandũ quẽ à pœna ordinaria propter homicidium, vide Marsi. in d.l.j. ff. de sica.Ia.de Nouel.in d.praxi crimi.ad defen. fol.16.nu.32.cum sequen. & Afflic.in cõsti.terminum vitæ. quia intẽtio mea non est, hic inserere oẽs defensiones iuris, sed facti tã tum,ad instruẽdum iudices tyrun
19 culos. † Quia plura sunt genera defensionũ.nam alia est iuris,alia facti:alia ciuilis, alia naturalis: alia, quæ respicit merita causæ, & actoris intẽtionem perimit, alia, quæ respicit processum. secũdùm Bal.in l.j.col.xij.nu.57.C.qui ac cu.non pos.in l.cum mulier. ff.solu.mat.& Dec.in l. emancipatus. nu.4. C.de rep. bo.po. ego solùm pro viribus meis ponam modum defendẽdi per viam facti, & ali-
20 quando iuris. † Et ad materiam defendendi quem à pœna mortis propter homicidium cõmissum baculo,& percussione facta spatulis,vide Marsi.in consi.vii.per to-
21 tum.†Et ad materiam defendẽdi quem à pœna homicidii cõmissi in personam eius, cum quo facta fuit pax & promissio de nõ offendendo,posito,quòd erat bãnitus, qui ex forma statuti poterat offendi: vide Mar.in cõ.ix.per totũ
22 Fis.†Quòd si petantur defensiones per reum inquisitũ, an iudex possit dicere, quòd cura stat in se informãdo,& sic persedere in dãdo eas?¶I v. Dicas,quòd sic,quia de iure primò fundatur intentio actoris, & fundata intentione ipsius, reus admittitur ad opponendum exceptiones suas, & defensiones probãdum: & non antè l.si quidem

quidem.C.de exceptio. & l. exceptionem. de probatio. igitur primò totaliter debet fundari intentio actoris,& sic curiæ, per testes, antequā reus audiatur in suis exceptionibus & defensionibus: vt etiam firmat & arguit Guido de Suza.in tra.de indi. & tor.nu.62. & sic potest licitè iudex denegare defensiones,donec fuerit effectualiter completa informatio.sed est aduertēdum,ꝙ in regno est promulgata regia pragmatica,qua cauetur,ꝙ expeditio causæ criminalis nullatenus retardetur prętextu testium nō examinatorū ꝑ curiā: de qua mētionem facit Gramma. decisi.xxviij.nu.6. licèt loquatur de repetitione testiū: tamen eadē
23 videtur ratio.† Et ad materiā defendēdi occidētem bannitum indultatum,nō tamē cancellatum à libro bānitorum,vide Mar.in cō-
24 sil.x.per totum.† Et ad materiā homicidii cōmissi in rixa à pluribus,in casu,quo nescit,à quo commissum fuerit,per eūdem in cōsi.
25 xxiiij.& cōsi.xxv.† Et ad materiā defendedi inquisitum de vulnere, cōtrà quem sunt plures testes, vide per eūdem in cō.xxxj.ubi mul ta pulchra circà reprobationē te-
26 stium examinatorū.† Et ad defendendum plures inquisitos de pluribus vulneribus vni illatis in rixa,cùm nescitur à quibus, & quæ vulnera illata sint,ab vnoquoque ipsorū in specie,vide per Marsi.in cōsi.xxxiiij.& probatur in const.
27 regni incip.lege præsenti.† Et est sciēdum, ꝙ pauperi inquisito debēt fieri acta & defensiones gratis:vt est tex.iūcta Gl.in l.tam demētis.C.de epis. audiē.& illū tex. extendit ad actuariū Afflic.in cōsti.appellationum tempora. in v. not.ver.rursus.ꝑ quo vide Boër. in decisio.cccxxv.ij.lib.& Par.de Put.in lib. syndi.in verbo,expensæ.& ꝑ Affli.in cōsti.ij qui. xviij.
28 not.† Vlterius est aduertēdum,ꝙ cùm testimonium masculorū præferatur testimonio mulierū & fœminarum,hoc est verū, nisi testimonium fœminarum tēdat in fauorem rei,& testimoniū virorum in fauorem querulātis. quia hoc casu præfertur testimonium fœminarum testimonio virorū. voluit Belen.in c. forus. de uerb.signi.mouetur per Glos.singu.in c. clerici.lxxxj.distin.& sequit Mar. in l.unius.§.in ea causa.in fi.ff. de quæsti.nu.7. & sequitur Gramm.
29 consi.xlv.nu.40.† Et est aduertēdum, ꝙ cùm dubium est, an quis interfecerit quem animo occidēdi,an nō,si constat, ꝙ aliàs aliquē interfecerit,præsumptio resultat, ꝙ animo occidēdi illum occidit: vt dixit singu.Gandi.in trac.male.sub rubrica. de homici.in vlti. col.versi.istud autem. & refert & sequitur Mar.in l.j.§.diuus Adria
30 nus nu.39.ff.de sicar.† Est etiam sciēdum,ꝙ adeò defensionibus fauendum est,vt si duo clerici deponant uidisse Titium delictum cōmittētem, & è cōtrario duo laici deponāt eo tempore Titiū fuisse alibi,& sic nō cōmisisse delictum, præferri debeāt laici clericis,licèt dignioribus.secūdum Gl. in c.clerici.81.distin.quam Gl. secuntur cōiter Doct.& maximè Abbas in c.ex literis. de proba. in c. in nostra. de test. And. Bart. in c.cùm testes.de testi.col.j. Fran.de Are. in l.j.ff.de verbo.obli.§. eandem. Ias.in l.vt vim. ff. de iust. & iur.

† Item

31 †Item est aduertēdum, quòd vbi quis inquiritur de delicto, in defensionibus suis ad eludendum & tollēdum indicia, existentia contrà eum, potest probare negatiuā, coarctatam loco & tempore: vide licet, quòd toto illo die fuit alibi: & quòd inde non discesserit, nec discedere poterat, quin fuisset visus: vt plenè habetur per Brū. in in trac. de indi. & tor. in. v. q. prin. & Afflic. in consti. si dāna clande stina. xiiij. nota. in fi. plenè Bar. & Bal. in l. actor. C. de proba. Lanfr. in c. quoniā cōtrà. de proba. Imo. & alii in l. in illa stipulatione. ff. de verbo. obliga. Pau. de Cast. & Alex. in l. j. in prin. ff. quod quis. iur. Fel. in c. ex tenore. de test. iiij.

32 col. Corn. consi. ccxcix. j. lib. †Illud etiam sciendum est, quòd de iure communi permittebatur inquisito, vt posset facere interrogatoria testibus examinatis contrà ipsum. l. si postulauerit. §. quæstioni. ff. de adulte. & refert Ange. Are. in lib. malefi. in verbo, fama publica. in iij. col. hodiè autem de stylo omnium curiarum non dantur interrogatoria per inquisitū, & est ratio, quia habet repulsam: solum autem dantur per fiscum, qui non habet repulsam: licèt stylus aliquarum curiarum sit, quòd etiam per inquisitum dātur interrogatoria: vt vidi seruari tempore meo in curia baroniæ Sileuti.

33 ¶In. †Quid si aliquis accusatur, quòd vulnerauit Titium de mense Maii, & probetur: & ex aduerso probetur, quòd de mēse Maij erat bannitus, & ex forma statuti licebat occidi, nec ꝓbatur, ꝙ erat bānitus antè vulnus, vel post, an debeat absolui? ¶Fis. Videtur quòd non debet absolui, sed condemnari, eò, quia exceptionem obscurā proposuit, nec probauit eam concludenter: ut l. ab ea parte. ff. de proba. & ita tenet Bal. in l. matrē. C. de proba. ¶Iv. Sed contrariam opinionem tenuit Bar. in l. nō solū. §. sed vt probari. ff. de no. ope. nuntia. quem ibi secuntur Imo. Raph. & Ludo. per l. ij. C. de peti. hære. & sequitur Ang. & ibi Aug. de Ari. & Bernar. in addi. in li. malefi. in verbo, de anno præsenti. ij.

34 col. †Item est aduertendum, ꝙ si est probatum, delictum cōmissum esse per eum, qui habet dilucidā interualla: & probetur in defensionibus, ꝙ habet dilucida interualla, in dubio præsumitur fecisse eo tempore, & non tempore sanæ mentis: nisi expressè probetur cōtrariū: quia antiquus furor transfert onus probandi in aduersariū: vt no. in c. fi. de succe. ab intesta. & firmat ac summè cōmendat ad liberandum amicum Ange. in lib. male. in verbo scienter & dolosè. iij. col. & ibi vide, qua cautela debeat vti iudex, quando allegatur & probatur, quem esse furiosum.

35 †Et si aliquis inquiratur de insultu, poterit probari ad defensam, quòd insultans erat distās ab insultato, & non propinquus: adeò, vt etiam si voluisset eum verberare, non potuisset: quia nō dicitur, quem fecisse insultum, nisi adeò sit propinquus insultato, vt posset uerberare ipsum si vellet. vt aurea est doctrina Bal. in c. j. §. similiter. quibus mo. feu. amitt. & refert & sequitur Ang. de Are. in li. malefi. in verbo. fecit insultum. in prin. Item poterit probari, ꝙ insultans ibi stabat pro certis suis negotiis,

negotiis, nec progressus fuit à loco, in quo stabat, nec saltum fecit in eum, qui esse insultatus dicitur. vt l. fi. C. de Iudæ. & declarat Ange. de Are. vbi suprà. & dicitur tunc insultum quis facere, quando promouet se de loco ad locũ, & aggreditur. Item, ꝙ ibi stabat casualiter, & non data opera expectando insultatum. Item, quòd ibi solebat stare anteà per magnum spatiũ: & sic de singulis: vt sic probetur nõ esse præmeditatum insultum. de quo per Gl. & Moder. in consti. si quis in posterũ. in verbo. quas pœnas & Affli. & ibi tex. in consti. iustitiarii nomen. in §. latrocinia. & Fran. de Are. in con. xxxiiij. Gramma. in voto xv. & in decisio. xvij. ¶ Fis. † Nunquid in
36 crimine blasphemiæ cadat defensio, & quæ? & videtur dicendum, quòd nõ: vt dicit Par. in verbo, cõdenatio. in c. an potestas. iij. col. ¶ Iv. Dicas contrarium, ꝙ cadit defensio. potest enim probari negatiua coarctata loco & tempore vel quòd calore iracũdiæ blasphemauit, vel aliter: vt cõsiderat Grã ma. in consi. xv. nu. 12. in crimi-
37 nalibus. † Et si quis inquiratur in crimine adulterii, potest se defendere primò, quòd transactum est quinquennium, quia quinquennio durat accusatio de adulterio: vt l. si maritus la. ij. §. præscriptione. ff. de adulte. quod est intelligendũ secundùm Gl. & latè Sal. in l. adulte. C. de adulte. vt non procedat, quando non potuit accusari ratione ordinis, quia incepisset ab adultera: & sic illa causa fuisset priùs finienda. Item, quando non potuit accusari, quia fuisset ab alio præuentus, qui fuerat præuaricatus. Item, quando maritus non potuit, quia in maiori magistratu esset constitutus, vel aliter reipublicæ absens. Item, quãdo adulterium fuit per vim cõmissum. Itẽ potest allegari & probari, ꝙ maritus destitit: vt ff. de adulter. l. j. §. j. Item potest allegari & probari, quòd adulter fuit absolutus, quia amplius vxor accusari nõ potest. l. denuntiasse. §. fi. & no. Gloss. & Bart. ff. de adulter. quia absolutoria facta de adulterio, ꝓdest adulteræ. itẽ potest allegari, quòd vir fuit author malorum morum: debet enim iudex inquirere, an maritus pudicè viuens, mulieri quoque colendi bonos mores author fuerit. item potest allegari & probari, quòd maritus eius mores approbauit, quòd primò ꝓpter adulterium eã expulit, & deinde reassumpsit. item ꝙ maritus fuit leno, hæc omnia cumulat & congerit Ang. de Are. in li. male. in verbo. che me hai adulterata la mia donna. vj. col. aduerte, quòd in regno, si maritus desistat, iudex ex officio possit procedere ad cõdemnationem: vt habetur per Afflict. in const. legũ asperitate in quarto & vlti. not. & vide const. sequen. in cip. qui coram se spectãte. qua cauetur, maritum non posse de adulterio accusare, si permittat luxũ-
38 riam. † Et si fortasse opponeretur ꝙ matrimonium nõ tenuit propter aliquod iustum impedimẽtũ, & peteretur causam remitti ad ecclesiasticum, debet iudex ad effugiendas cauillationes, si viderit, ꝙ constat de coitu, & ꝙ hoc allegatur ꝑ calũniã, ꝙ nullũ fuit matrimoniũ, quia ille vir suus erat cõsanguineus cũ quo nõ poterat esse matrimonium,

nium, vel erat cōpater, vel allegat aliud canonicum impedimētum, quod impedit matrimonium con trahi, & contractum dissoluit, potest statuere opponēti terminum, intrà quem producere habeat ea, quæ vult probare coràm episcopo, & si uiderit ea non obstare, pcedat ad ulteriora: ut plenè dòcuit Afflict. in cōsti. maiestati no-
39 stræ. ij. & iij. col † Et si inquiratur de homicidio de nocte commisso, potest probari & articulari, quòd luna non lucebat, & obscurum erat. nam tunc licèt possit probari delictum fore commissum: non tamen potest probari per quem fuit commissum: vt est Gloss. ord. in l. si cum exceptione. §. in hac actione. ff. quod me. cau. & ibi Bald. & refert & sequitur Ange. in lib. malefi. in uerbo, compa. di. inqui. & in tert. defen. circa finem.

¶ Fiat publicatio processus. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Publicatio processus in criminalibus non est necessaria.*
2 *Publicatione facta testis ad offensam non admittitur.*
3 *Publicatio debet fieri citatis inquisito, & accusatore.*

¶ IVDEX.

ELAPSO termino dato ad
1 probādum † solet ad petitionem inquisiti, accusatoris, uel fisci, procedi, ad actum publicationis processus, cùm aliàs non sit de necessitate: & si non petatur, etiam nō facta publicatione processus, potest procedi ad torturam: ut dixi in tertia parte tertiæ partis principalis: quocircà inoleuit practica generalis in rubrica exceptionū peti publicationem fieri: audiri cum aduocatis in discussione indiciorū: & concedi repulsam gradatim, conditionaliter, & succes-
2 siue. † Et est magni effectus publicationem fieri: quia licèt possint recipi testes etiam facta publicatione ad defensam super nouis & antiquis iuribus: tamen ad offensam non licet, nisi super nouis iuribus & capitulis: secūdum Sali. in l. fi. C. de quæstio. in ult. col. quem refert & sequitur Marsi. in sua praxi cri. in §. sequens. num.
3 8. † Et debet fieri publicatio in causa citato inquisito, uel de uolūtate ipsius præsentis & acceptātis: & sic etiam citato querulante. secundum Bal. in l. gesta. C. de re iudi. 2. col. versic. quæro qualiter. aliàs non ualet.

¶ Concedatur repulsa. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Repulsa est species defensionis, & debet concedi, & debet etiam dari accusatori. nume. 2.*
3 *Repulsantur testes ratione domesticitatis cum offenso.*
4 *Repulsa non conceditur in crimine blasphemiæ, nisi ex capite*

pite inimicitiæ capitalis.

5 *Repulsa non conceditur in crimine læsæ maiestatis, hæresis, & assassinij, nisi ex capite inimicitiæ.*

6 *Repulsa qualiter sit facienda.*

7 *Repulsæ ex quibus fieri possint.*

8 *Repulsari non debent testes in primis exceptionibus, & primo termino.*

9 *Repulsæ terminus, est medietas primi termini.*

10 *Repulsa est odiosa, & currit terminus de momento ad momentum, & nu. 12. 17.*

11 *Repulsa non conceditur aduersus scripturas.*

13 *Repulsa quando petatur.*

14 *Repulsari an possit testis per eum aliàs productus.*

15 *Repulsari nedum debent testes de uisu, sed etiã de fama.*

16 *Articuli continentes idem, vel de directo contrarij, admittũtur in repulsa.*

18 *Protestari debet inquisitus cõtrà testes, & eorum dicta. nu. 24.*

19 *Repulsari possunt testes etiam ex præsumpta inimicitia.*

20 *Repulsantur testes, quò ad dicta.*

21 *Repulsa repulsæ conceditur accusatori.*

22 *Protestari debet objciens crimina contrà testes, quòd non animo iniuriandi objcit.*

23 *Repulsam si non petit minor, an restituatur ad eam petendam.*

24 *Repulsari testes possunt, contrà quos nihil obiecit reus tẽpore examinis, ex capite ignorantiæ.*

25 *Repulsati licèt non sint testes, si tamen ex actis aparet de ipsorum inhabilitate, non faciunt fidem.*

26 *Accusatus accusatione pendẽte, non est idoneus testis.*

27 *Laicus contrà clericum non probat.*

28 *Repulsa debet fundari & referri ad tempus iuramenti.*

29 *Testes non sunt idonei monachi.*

30 *Repulsa an possit continere idem, uel de directo contraria cum primis.*

¶ IVDEX.

FACTA autem publicatione in causa, & percũctato processu, 1 † solet ut plurimum instari, & peti repulsa, quia ex defensionibus factis nõ in totum uidentur indicia elisa. quæ repulsa, quia est species defensionis, est omninò concedenda: vt dixi in tertia parte tertiæ partis principalis, ubi dixi ad quid operet̃ repulsa: & quomodò debeat fieri concludenter: 2 & ad ibi dicta me remitto. † Et est notandum, quòd repulsa non solùm datur reo inquisito: sed etiam

tiã accusatori aduersus testes exa minatos ad defensionem rei; vt in c. in generalibus inquisitionibus. & refert & sequitur Par. de Put. in lib. syndi. in uerb. inquisi tio. in versicu. & aduerte. tamen non datur fisco, ubi proceditur per inquisitionem, secũdùm eundem
3 Par. vbi suprà. † Item est aduertendum, quòd sicùt repulsantur testes ratione domesticitatis cũ accusatore, quãdo proceditur ad querelam: pari modo repulsantur ratiõe dictæ domesticitatis offen si, quando proceditur per inquisitionem. & est ratio, quia delictũ per inquisitionem non alterat na turã suam, imò cùm iudex subeat locum accusatoris, & inquisitio succedat loco accusationis, debet esse eiusdem qualitatis & naturæ, cuius est accusatio & accusator: vt l. j. §. hæc actio. ff. si qs testa. li. esse iuss. fuer. & ita consuluit Rapha. Cuma. in consil. suo xxvij. in cip. cum adeò. quem refert & sequitur Benar. de Lãdria in addi. ad Ang. in verbo, hæc est quædã inquisitio. in Gloss. locus & tempus. licèt Ang. de Are. in lib. male. in verbo, qui iu. sta. ter. ad oppo. videatur sentire contrarium,
4 ibi per eum. † Est etiam notãdũ, quòd in crimine blasphemiæ non conceditur repulsa, nisi ex causa inimicitiæ capitalis. argu. l. famosi. & l. in quæstionibus. & quod ibi no. Bar. ff. ad l. Iul. maiesta. & dixit Par. de Put. in li. syndica. in verbo, condemnatio. in c. an potestas. iij. col. & Gramma. consil. xv. nu. 12. & ibi sentit Gramma. quòd blasphemãs potest se defendere: ut dixi suprà in uerbo, recipiantur defensiones. uide plenè per Boër. in decisio. ccc j. in ij. par.
5 † Item aduertendum est, quòd in crimine læsæ maiestatis, & hæresis non conceditur repulsa, nisi ex capite inimicitiæ, non ex aliis capitulis. ratio est, quia in dictis criminibus admittuntur testes infames, & minores, & aliter inhabiles: & eorum dicta faciunt legitimum indicium, secundũ Alex. in consil. xj. incipien. circa primum. 2. col. j. uol. Bart. in l. famosi. ff. ad l. Iul. maiesta. quod sanè intelligẽdum est, ut dixi suprà in verbo, item commisit crimen læsæ maie
6 statis. † Et qualiter & quomodò debeat fieri repulsa, uide, quæ dicã infrà in tertia parte tertiæ partis, ubi latè. & ultrà ibi dicta uide Boër. in decisio. cccxxj. in ij.
7 parte. † Et quæ possint opponi cõtra testes, & quæ nõ: uide Ang. de Aret. in lib. malefi. in uerbo, qui iu. sta. ter. ad oppo. ubi multa.
8 † Item est aduertendum, quòd in termino dato ad faciendas defen siones, non possunt fieri exceptiones repulsatoriæ: nisi ex causa inimicitiæ capitalis: ut dictat ritus magnæ curiæ uicariç inci. itẽ seruat ipsa curia, quòd in exceptionibus: uel nisi renũtiauerit inquisitus futuræ repulsæ. & ita practi-
9 caui. † Item est aduertendum, quod terminus ad repulsam, est medietas primi termini: vt habetur in
10 prag. cursu dilationum. † Item est aduertẽdum, quòd repulsa est odiosa, & currit termiuus repulsæ de momento ad momẽtum: adeò, vt testes debeant citari, iurare, & examinari intra terminum: ut dictat ritus magnæ curiæ uicariæ in
11 cip. item quòd facta. † Item est aduertendum, quòd non conceditur

ditur repulsa cõtrà scripturas:sed benè possunt allegari falsæ:ut dicit ritus magnæ curiæ vicariæ incip. itẽ seruat dicta curia non cõcedere. Item est aduertendum, ꝙ repulsa ex capite inimicitiæ debet formari in specie, & nõ in genere, & de multis aliis uide Ias.in
12 l. j. C. de testa. † Item aduertas, ꝙ licèt suprà dixerim, terminum ad repulsam currere de momento ad momentũ, & quòd si non examinẽtur testes intra ipsum terminum, vlteriùs non examinẽtur:id tamen procedit & uerum est, nisi allegetur iusta causa impedimenti:uerbi gratia, quia testes renuerunt examinari : & fuerit petitũ, vt cogerẽtur captis pignoribus, vel aliter mulctati.nam quia tunc apparet partem fecisse, quicquid potuit pro propulsanda contumacia testium, & pro ipsis examinandis, non debet dici terminum nõ debere restaurari. ꝑ tex. l.de quibus diebus. in princi.ff.de condi. & demõst. uel quia stetit,facto iudicis, quominus fuit examinatũ in termino : vel ex alia iusta causa:vt voluit idem ritus suprà alle-
13 gatus in fine. † Item aduertendũ est, quòd repulsa debet peti intra decẽ dies numerandos à die consignatæ copiæ processus:ut dicto ritu cauetur. sed puto, quòd procedat in ciuilib. & nõ in criminalibus, ubi tractaĩ de uita hominis. sed ad tollẽda dubia inoleuit practica,semper peti repulsam,in rubrica exceptionũ.quæ præsentantur in defensionibus reorũ:& pro certo nũquàm uidi seruari illum ritum de petendo repulsam intra decẽ dies, ut suprà : sed semper ꝙ petita, fuit indistinctè concessa.

14 † Item est notandum,quòd licèt inquisitus ad suam defensionem produxerit aliquem in testẽ, quẽ fiscus reproducit eundem contrà dictum producẽtem in eadem,uel alia causa, non possit regulariter eundem repulsare : tamen hoc est verum & procedit,nisi uellet eum repulsare ex causa ꝓueniente ex parte fisci uel accusatoris nunc reproducẽtis contrà ipsum inquisitum prius eum testẽ producẽtem: uerbi gratia, si uult repulsare ex causa, quia familiaris, vel cõiunctus offensi, uel accusatoris sit : vel si uult repulsare ratiõe subornationis factę ex pòst facto per fiscum ad id deponendum, uel potest repulsare ratione criminis, sed non prætextu infamię ciuilis: vel etiã potest reprobare quò ad dictum suum, probãdo rem aliter se habere : uel probando eum falsum : ut pulchrè habetur per Inn. in ca. cùm uenerabilis. de excep. nu.7.& Bal. in margar. in uerbo, testis. & prædicta maximè procedunt,quando sunt diuersæ causæ, seu capita,semper quibus deponit ad instãtiam inquisiti, & fisci. & vide omnino Capy.in decisi. lxij. in causa illustrissimi.sed uide omninò Sali.in l.siquis testib⁹. C.de test.ubi etiã dicit, ꝙ potest repulsari ex causa, quæ nõ erat nota ꝓducẽti tunc tẽporis. item,si fiscus vel querulator repulsauit, quãdo ille inquisitus produxit,potest ipse ipsũ repulsare, si fiscus uel querulator cõtrà ipsum reexaminat : vt ibi per Sali. sed plenissimè uide Boër.in decisi.ccxlv. ubi pleniùs, an ex causa antiqua, an de nouo superuenienti. & dicit, quòd sic : & si quem solum citaui in testem,

postea nolo examinare,& expres-
se renuntio, an possum eundem
repulsare, & ad eum me remitto.
15 † Item est aduertendum, quòd si
cõtrà aliquem sunt testes de uisu
deponentes, & alii de fama pu-
blica, debent nedum repulsari il-
li, qui deponunt de uisu, sed etiã
deponẽtes de fama publica: aliàs
si non repulsarentur illi de fama
publica, posset procedi ad tortu-
ram. secundum Iacob. Butri. ut
refert Alber. in l.iij. §. eiusdem.
ff. de testi. refert & sequitur con-
sulendo Calca. in consi. cix. pen.
col. & nouissimè sequitur Gram-
mat. in decisio. fac. con. Neapol.
16 decisio. xxxiiij. num. 54. † Item
est aduertendum, quòd licèt non
sint admittẽdi articuli iidem, uel
de directo contrarii articulis par-
tis aduersæ: vt habetur in c.frater
nitatis. iuncta Glo. de testi. tamen
id non procedit in repulsa. quia si
aliquis repulsauit testes à me pro
ductos, possum ego repulsare te-
stes repulsatorios, & approbare
meos per eosdem articulos, uel de
directo cõtrarios. secundũ Capy.
17 in d. decisio. lxij. † Item licèt re
pulsa sit odiosa, & terminus cur-
rat de momento ad momentum,
vt suprà dixi: id tamen procedit
& habet locum, quãdo repulsan-
tur testes propter defectus, & cri-
mina: secùs si quò ad dicta probã
do idem, quod fuit probatum in
primis articulis, uel de directo cõ
traria: ut uoluit idem Capit. ubi
suprà, adeò, ut in eo casu licèt ter
minus sit elapsus cõcedatur bene-
ficium seu reintegratio termini.
18 † Item est aduertendum, quòd
quãdo inquisitus citatur ad uidẽ-
dum iuramenta testium, uel ipsi
examinantur coràm ipsò inquisi-
to, debet esse cautus, ut proteste-
tur contra ipsorum testium perso
nas, & eorum dicta, ne uideatur
consentire: ut uoluit Sal. in d.l.
siquis testibus. C. de testi. & cau-
tiùs debet se gerere in suo exami-
ne, quando interrogatur, quomo
dò reputet testes contrà se exami-
natos, ut non approbet, quia non
potest eos postea repulsare. adde
Boër. in decisi. cccxxj. in ij. par.
in fi. & Bald. in consi. cccxvj. uol.
iiij. inci. præsupposito statuto.
19 † Item est aduertendum, quòd
testis potest repulsari etiã ex prę-
sumpta inimicitia. secundũ Doct.
in c. per tuas. extrà. de simo. & Bar.
in l. in quæstionibus. ff. ad l. Iul.
ma. & Lud. Roma. in l. si uerò. §.
de uiro. ff. sol. ma. & est tex. & ibi
Abbas in c. cum P. Mãconella. ex-
trà, de accusa. & per Arno. in cõ-
20 mentario. 136. † Item est aduer-
tendum, quòd testes repulsantur
quò ad dicta hoc modo: si per cu-
riam est probatum per testes me
occidisse Titium tali die, in præ-
sentia talium, poterit probari ad
repulsam dictorũ ipsorum testiũ,
quòd eram absens tota ea die: &
sic probando negatiuam coarcta-
tam loco & tempore & similibus
modis: vt voluit Sali. & Capi. vbi
21 suprà. † Item est aduertendum,
quòd accusator in termino repul-
sæ potest per se examinatos testes
approbare, & demum facta publi-
catione in repulsa, potest petere
terminum ad repulsam repulsę: in
quo repulsare poterit testes exa-
minatos ad repulsam, ad instan-
tiam inquisiti: in quo etiam ter-
mino inquisitus ipse suos testes
approbet: ut habetur in c. in ge-
neralibus

neralibus inquisitionibus. & dixi
22 in principio. †Item est aduertendum, quòd ĩ exceptionibus repulsatorijs criminosis debet apponi protestatio, quòd id, quod poniẽ & excipitur, fit non animo iniuriandi, sed pro iuribus & defensionibus inquisiti, & nõ aliter nec alio modo. secundùm Spe. in tit. de accusat. §. j. versi. quod & Bar. in l. eum. ff. de iniur. quem sequitur Ludoui. de Roma. in l. fi. quod quis. iur. & plenè Boër. decisio.
23 ccxlv. in ij. parte, in fine. † Sed quid si minor omisit petere repulsam, an restituatur in integrum ad eam petendam? in hoc extat decisio Cappe. Tolo. liij. quæ uoluit, quòd non. sed Boër. in decisio. ccxlv. nume. 7. tenet oppositum seruari, vbi causa minoris perderetur ex defectu repulsæ non pe
24 tita. †Item est aduertendum, ꝙ licèt suprà dixerim cautum debere esse inquisitum, quãdo interrogatur de conditione & qualitate testium, ut non approbet, sed obiiciat: si tamen hoc non faciat ex capite ignorantiæ, potest posteà repulsare testes examinatos contrà se: ut plenè habetur per Boër. in decisio. cccj. in ij. parte, nume. 12. quem omnino uideas in facti
25 contingentia. † Item est aduertendum, quòd licèt non sint repulsati testes per repulsam ordinariam: si tamen ex actis constet de eorũ inhabilitate (puta, quia testes cõfessi sunt se esse accusatoris familiares, vel ex delicto fuisse punitos, vel aliter) tunc iudex potest & debet ex officio eos repellere, & eis non adhibere fidē: prout consuluit Lau. Calca. in cõs. lxiiij. nu. 16. Bar. & Mars. in l. maritus. ff. de quæst. In hoc casu dicit Anto. de But. in c. bonæ. v j. col. de electio. & in c. cùm dilectus. de consuetu. x. col. ꝙ istud procedit, vbi testes sunt omninò inhabiles: puta, infames, iudæi, hæretici, & similes: secùs si non essent omninò inhabiles, qui tacito uel expresso consensu possunt habilitari: ut proxeneta, vel domesticus, aut consanguineus aduersarij: & idem in similibus, qui repelluntur nõ odio ipsorum testium, ut primi: sed fauore partis: ut uoluit clariùs Feli. in c.
26 intimauit. de testi. †Item sciendũ est, quòd accusatus criminaliter, accusatione pendente, non admittitur in testem contrà aliũ in causa criminali. c. fi. de test. & ibi Docto. Spec. in tit. de teste. §. j. uersi. item pendente. & ibi Ioã. And. & Bal. in addi. & est ratio, quia ex pẽdẽtia huiusmodi accusationis aggrauatur opinio accusati, ut non dicatur integri status. fallit in criminibus exceptis, positis in allegato c. fi. per Sicul. post Spec. in titu.
27 de accu. in fi. †Itẽ, si laicus testificatur contra clericum, repulsaẽ. c. de cętero. de testi. fallit secundũ Abba. in d. c. de cætero. qñ delictũ fuit commissum, ubi non erat clericorum copia. Item fallit, quãdo delictum clerici esset notoriũ. tertiò limitat, ut laici nõ admittanẽ cõtrà clericum ad plenã probationē: ad faciendum uerò indiciũ, ut sic saltem subiiciatur torturæ, admittuntur. item fallit in crimini-
28 bus exceptis. †Itẽ aduertas amãtissime lector: ut repulsam fundes ita & taliter, ut referatur ad tẽpus iuramẽti. nam illud tempus est in consideratione, vt testis repellatur. l. j. & ibi Bar. C. de testa. l. si ar

T biter.

biter.C.de senten.l.ad testium.§. conditione.qui testa.fa. po.Ang. in consi.j.Specu.in tit.de teste.§. j.col.x.versi.quid si testis erat te-
29 stabilis: & ibi Io.And. †Item est sciendum, quòd in criminalib.nō probāt monachi aduersus laicos: vt habetur in consi.iij.per Gram-
30 maticum. † Item est aduertendum, quòd licèt in articulis repulsæ non possit poni idem, quod fuit positum vel articulatum in primis articulis, vel de directo cōtraria. per regiam prag.incip.cōtigit. sæpè tamen hoc non procedit in criminalibus. quia eo casu, ex quo semper ad defensam etiam vsque ad sententiam possunt examinari testes super nouis & super veteribus (vt dixi suprà in uerbo, recipiantur defensiones reorum) non potest dici impertinenter id poni & articulari. benè tñ ex parte accusatoris ꝓcedit illa prag.ut sub specie repulsæ non ponatur idem, vel de directo contraria. & est ratiò, quia post publicatiōem non licèt ad offensam examinare: & si permitteretur sub specie repulsæ poni idem, vel de directo cōtrariū, esset facere fraudē legi.

¶ Fiat citatio ad dicendum. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Citatio ad dicendum fit facta publicatione in causa.*

IVDEX.

Facta verò publicatione pro
1 cessus† tam in termino defensiuo, quàm ad repulsam, quoties fuerit petita, debet expediri citatio dicto reo inquisito, & eius procuratori, ad dicendum quicquid dicere voluerit, & ad discutiendum super indicijs existētibus contrà ipsum: vt latè dicam in tertia parte tertiæ partis: & ibi etiam dicam, an sit de substantia, ita, vt si omittatur, annulletur processus. & aduertendum est, quòd vltrà dispositionem iuris communis in hoc habemus dispositionem ritus magnæ curiæ uicariæ incip. item facta publicatione dictæ repulsæ, &c. quo cauetur, quòd debet dari terminus quindecim dierū ad allegandum in iure. nec dicatur, quòd loquitur in ciuilibus, quia non distinguit: & etiam si in ciuili procederet, fortiùs tum certè in criminali: vbi de uita hominis agitur, &c.

¶ Rei indurati torqueantur. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Tortura quo ordine, & qualiter debeat inferri.*

2 *Tortura an detur conuictis de crimine. & nu. 3.*

4 *Mandatarius nunquid possit torqueri, vt indicet mandātem, si dicat se proprio motu fecisse: & si cum tortura confitetur quo ad se, potest absque alijs indicijs iterum torqueri, vt indicet mandantem. & nu. 5.*

6 *Torqueri an possit, vt confiteatur alia delicta, de quibus nulla extant indicia, si confessus fuerit*

fuerit ea, de quibus inculpabatur.

7 *Torqueri qui non possunt, possunt tamen terreri, & duci ad chordam, & spoliari.*

8 *Tortura quid sit.*

9 *Tortura chordæ est approbata.*

10 *Tortura non est passim danda cum aqua frigida.*

11 *Tortura non debet dari per noua genera tormentorum.*

12 *Tortura in quibus casibus habeat locum in regno, & an habeat locum in furtis minimis. nu. 13.*

14 *Serui possunt torqueri ab eorũ dominis.*

15 *Appellatio à decreto de torquendo, quando admittenda sit.*

16 *Tortura cum quo moderamina debeat dari.*

17 *Tortura gradus quot sint.*

18 *Tortus an dicatur, qui fuerit ligatus & aliquantisper suspensione suprà terram eleuatus.*

19 *Tortura an etiam tempore feriato liceat inferri.*

20 *Minor quatuordecim annis an possit torqueri.*

21 *Senes an possint torqueri.*

IVDEX.

1 QVOTIES † uerò ex defensionibus reorum non sint sublata, euacuata, vel elisa indicia existentia contrà ipsos, & uisum fuerit iudicibus debere subijci tormentis, tunc ductis ipsis coram iudicibus ad pedentondoli, & in locum torturæ, & ipsis reis delato iuramento de veritate dicenda contrà socios & auxiliatores delicti secundùm practicam, quam docet Marsil. in sua praxi cri. §. diligenter. nu. 66. in fine. & factis eisdem pluribus interrogatorijs super iis, de quibus inquiruntur, secutisque pluribus monitionibus, quòd dicere habeant veritatem: aliàs enim curiam non valentem veritatem habere, processuram ad torturam eorum: & persistentibus ipsis adhuc in duritia cordis, proferatur decretum de torquendo: & eo lecto in præsentia ipsorum reorũ, mãdetur ipsos ligari ad chordam: & ligati interrogentur sigillatim de omnibus in processu apparentibus, & de quibus sunt indicia, moneanturq́; vt dicant ueritatem: & scribantur omnes responsiones & verba, quas & quæ dixerint ipsi rei in tortura per extensum. de ijs uerò, de quibus nulla sunt indicia, coniecturæ, vel præsumptiones in processu, non debent iudices particulariter & distinctè reos interrogare, si fecerunt tale quid: & an Lucius Titius tale quid fecerit cũ eis. quia hoc esset suggerere. sed debent ipsos interrogare generaliter non nominando certã personam: vtputa, si commiserunt alia: & si soli, an associati: & cum quibus: & similibus modis, ut docet Vlpia. iurecõ. in l. j. §. qui quęstionem. ff. de quęstio. & aduertant iudices, vt ad torturam deueniant seruatis & concurrentibus omnibus ijs, quæ latè disserui infrà in tertia tertiæ partis, ubi descripta

excessu tantum.& vide Corne. in consi.cclxxiiij.nu.4.j.lib.& in cō sil.cxcvij.2.lib. & consi. cxxxiiij. in 3.lib.& consi.clxij.& 107.j.lib. & in consi.xxxviij.2.lib. & consi. vij.nu.15.j.lib.in quibus locis latè de modo probandi defensionē, & quòd si duo inuicē se offenderunt,inter quos erat data fideiussio de viuendo pacificè, & ignoratur vter prior percusserit, an ambo teneantur ad pœnam fideiussionis,vide Nic.Boër.in decisio.
15 ccxxxvij.ij.par.†Et est sciendū, quòd aggressus & prius percussus, semper præsumitur repercutere ad defensionem:non aūt ad vindictam:vt habetur in l.ij.& ibi hoc voluit Bal.C.de sicar.voluit Bar. in l.si ex plagis.ff.ad leg.Aquil.& in l.sed & si quemcūq;.ff. eo. tit. & Marsi. refert. & sequitur in l.j. ff.de sicar.nu.45. sed quòd si duo rixati fuerunt,quorū vnus est occisus,vter eorum debet præsumi, quòd fuerit aggressor: & multa pulchra in hac materia,uide Boë.
16 in deci.ccxxxvij.in ij.par.†Scias etiam,quòd moderamen inculpatæ tutelæ non consideratur in rixa,si indeliberatè, & accensus furore iracundiæ insultatus excessit modum in se defendēdo, quia non imputatur excessus eo casu, quia primi motus non sunt in potestate nostra. secundū Afflic. in consti.asperitatem.in vij.no.licèt postea dicat totum hoc residere in pectore iudicis. & certè est au-
17 reum verbū.†Et nō solum est permissa defensio pro seipso: sed etiā patri pro filio, & è contrà: vxori pro viro, & è contrà: amasio pro concubina, & è contrà. secundùm Angel.in lib.male.in verbo,& dictus Ti.se defendēdo.v.col.per to
18 tam.†Et si vis videre plures modos ad excusandū quē à pœna ordinaria propter homicidium, vide Marsi. in d.l.j. ff. de sica.Ia.de Nouel.in d.praxi crimi.ad defen. fol.16.nu.32.cum sequen. & Afflic.in cōsti.terminum vitæ. quia intētio mea non est, hic inserere oēs defensiones iuris, sed facti tā tum,ad instruēdum iudices tyrun
19 culos. † Quia plura sunt genera defensionū.nam alia est iuris,alia facti:alia ciuilis, alia naturalis: alia, quæ respicit merita causæ, & actoris intētionem perimit, alia, quæ respicit processum. secūdùm Bal.in l.j.col.xij.nu.57.C.qui ac cu.non pos.in l.cum mulier. ff.so lu.mat.& Dec.in l. emancipatus. nu.4.C.de rep. bo.po. ego solùm pro viribus meis ponam modum defendēdi per viam facti, & ali-
20 quando iuris. † Et ad materiam defendendi quem à pœna mortis propter homicidium cōmissum baculo,& percussione facta spatu lis,vide Marsi.in consi.vii.per to-
21 tum.†Et ad materiam defendēdi quem à pœna homicidii cōmissi in personam eius, cum quo facta fuit pax & promissio de nō offendendo,posito,quòd erat bānitus, qui ex forma statuti poterat offendi: vide Mar.in cō.ix.per totū
22 Fis.†Quòd si petantur defensio nes per reum inquisitū, an iudex possit dicere, quòd cura stat in se informādo,& sic persedere in dādo eas?¶I v. Dicas,quòd sic,quia de iure primò fundatur intentio actoris, & fundata intentione ipsius, reus admittitur ad opponendum exceptiones suas, & defensiones probādum: & non antè l.si quidem

quidem.C.de exceptio. & l. exceptionem. de probatio. igitur primò totaliter debet fundari intentio actoris,& sic curiæ, per testes, antequã reus audiatur in suis exceptionibus & defensionibus: vt etiam firmat & arguit Guido de Suza.in tra.de indi. & tor.nu.62. & sic potest licitè iudex denegare defensiones,donec fuerit effectualiter completa informatio.sed est aduertẽdum,ꝙ in regno est promulgata regia pragmatica,qua cauetur,ꝙ expeditio causæ criminalis nullatenus retardetur prętextu testium nõ examinatorũ ꝑ curiã: de qua mẽtionem facit Gramma. decisi.xxviij.nu.6. licèt loquatur de repetitione testiũ: tamen eadẽ
23 videtur ratio.† Et ad materiã defẽdẽdi occidẽtem bannitum indultatum,nõ tamẽ cancellatum à libro bãnitorum,vide Mar.in cõ-
24 sil.x.per totum.† Et ad materiã homicidii cõmissi in rixa à pluribus,in casu,quo nesciĩ,à quo com missum fuerit,per eũdem in cõsi.
25 xxiiij.& cõsi.xxv.† Et ad materiã defendedi inquisitum de vulnere, cõtrà quem sunt plures testes, vide per eũdem in cõ.xxxj.ubi multa pulchra circà reprobationẽ te-
26 stium examinatorũ.† Et ad defendendum plures inquisitos de pluribus vulneribus vni illatis in rixa,cùm nescitur à quibus, & quæ vulnera illata sint,ab vnoquoque ipsorũ in specie,vide per Marsi.in cõsi.xxxiij.& probatur in const.
27 regni incip.lege præsenti.† Et est sciẽdum, ꝙ pauperi inquisito debẽt fieri acta & defensiones gratis:vt est tex.iũcta Gl.in l.tam demẽtis.C.de episc. audiẽ.& illũ tex. extendit ad actuariũ Afflic.in cõsti.appellationum tempora. in v. not.ver.rursus.ꝑ quo vide Boër. in decisio.cccxxv.ij.lib.& Par.de Put.in lib. syndi.in verbo,expensæ.& ꝑ Affli.in cõsti.ij qui. xviij.
28 not.† Vlterius est aduertẽdum,ꝙ cùm testimonium masculorũ præferatur testimonio mulierũ & fœminarum,hoc est verũ, nisi testimonium fœminarum tẽdat in fauorem rei,& testimoniũ virorum in fauorem querulãtis. quia hoc casu præfertur testimonium fœminarum testimonio virorũ. voluit Belen.in c. forus. de uerb.signi.mouetur per Glos.singu.in c. clerici.lxxxj.distin.& sequitĩ Mar. in l.unius.§.in ea causa.in fi.ff. de quæsti.nu.7. & sequitur Gramm.
29 consi.xlv.nu.40.† Et est aduertẽdum, ꝙ cùm dubium est, an quis interfecerit quem animo occidẽdi,an nõ,si constat, ꝙ aliàs aliquẽ interfecerit,præsumptio resultat, ꝙ animo occidẽdi illum occidit: vt dixit singu.Gandi.in trac.male.sub rubrica. de homici.in vlti. col.versi.istud autem. & refert & sequitur Mar.in l.j.§.diuus Adria
30 nus nu.39.ff.de sicar.† Est etiam sciẽdum,ꝙ adeò defensionibus fauendum est,vt si duo clerici deponant uidisse Titium delictum cõmittẽtem, & è cõtrario duo laici deponãt eo tempore Titiũ fuisse alibi,& sic nõ cõmisisse delictum, præferri debeãt laici clericis,licèt dignioribus.secũdum Gl. in c.clerici.81.distin.quam Gl. secuntur cõiter Doct. & maximè Abbas in c.ex literis. de proba. in c. in nostra. de test. And. Bart. in c.cùm testes.de testi.col.j. Fran.de Are. in l.j.ff.de verbo.obli.§. eandem. Ias.in l.vt vim. ff. de iust. & iur.

† Item

31 †Item est aduertédum, quòd vbi quis inquiritur de delicto, in defensionibus suis ad eludendum & tollédum indicia, existentia contrà eum, potest probare negatiuã, coarctatam loco & tempore: vide licet, quòd toto illo die fuit alibi: & quòd inde non discesserit, nec discedere poterat, quin fuisset visus: vt plenè habetur per Brü. in in trac.de indi.& tor.in.v.q.prin. & Afflic.in consti. si dãna clandestina.xiiij.nota.in fi.plenè Bar. & Bal.in l.actor.C.de proba.Lanfr. in c.quoniã cõtrà.de proba.Imo. & alii in l. in illa stipulatione. ff. de verbo. obliga.Pau.de Cast. & Alex. in l.j. in prin.ff. quod quis. iur.Fel.in c.ex tenore.de test.iiij.
32 col.Corn.consi.ccxcix.j.lib.†Illud etiam sciendum est, quòd de iure communi permittebatur inquisito, vt posset facere interrogatoria testibus examinatis contrà ipsum.l.si postulauerit.§. quæstioni.ff.de adulte.& refert Ange. Are.in lib.malefi.in verbo, fama publica.in iij.col.hodiè autem de stylo omnium curiarum non dantur interrogatoria per inquisitũ, & est ratio, quia habet repulsam: solum autem dantur per fiscum, qui non habet repulsam: licèt stylus aliquarum curiarum sit, quòd etiam per inquisitum dãtur interrogatoria: vt vidi seruari tempore meo in curia baroniæ Sileuti:
33 ¶IN.†Quid si aliquis accusatur, quòd vulnerauit Titium de mense Maii, & probetur: & ex aduerso probetur, quòd de mẽse Maij erat bannitus, & ex forma statuti licebat occidi, nec ꝓbatur, ꝙ erat bãnitus antè vulnus, vel post, an debeat absolui? ¶FIS. Videtur quòd non debet absolui, sed condemnari, eò, quia exceptionem obscurã proposuit, nec probauit eam concludenter: ut l.ab ea parte. ff. de proba.& ita tenet Bal. in l.matrẽ. C.de proba.¶IV. Sed contrariam opinionem tenuit Bar.in l. nõ solũ.§.sed vt probari.ff. de no. ope. nuntia. quem ibi secuntur Imo. Raph.& Ludo.per l.ij.C. de peti. hære.& sequitur Ang. & ibi Aug. de Ari.& Bernar.in addi.in li.malefi.in verbo, de anno præsenti.ij.
34 col.†Item est aduertendum, ꝙ si est probatum, delictum cõmissum esse per eum, qui habet dilucida interualla: & probetur in defensionibus, ꝙ habet dilucida interualla, in dubio præsumitur fecisse eo tempore, & non tempore sanæ mentis: nisi expressè probetur cõtrariũ: quia antiquus furor transfert onus probandi in aduersariũ: vt no.in c. fi. de succe. ab intesta. & firmat ac summè cõmendat ad liberandum amicum Ange.in lib. male.in verbo scienter & dolosè. iij.col.& ibi vide, qua cautela debeat vti iudex, quando allegatur & probatur, quem esse furiosum.
35 †Et si aliquis inquiratur de insultu, poterit probari ad defensam, quòd insultans erat distãs ab insultato, & non propinquus: adeò, vt etiam si voluisset eum verberare, non potuisset: quia nõ dicitur, quem fecisse insultum, nisi adeò sit propinquus insultato, vt posset uerberare ipsum si vellet. vt aurea est doctrina Bal. in c.j.§.similiter.quibus mo.feu. amitt. & refert & sequitur Ang.de Are.in li. malefi. in verbo. fecit insultum. in prin. Item poterit probari, ꝙ insultans ibi stabat pro certis suis negotiis,

negotiis, nec progressus fuit à loco, in quo stabat, nec saltum fecit in eum, qui esse insultatus dicitur, vt l. fi. C. de Iudæ. & declarat Ange. de Are. vbi suprà. & dicitur tunc insultum quis facere, quando promouet se de loco ad locũ, & aggreditur. Item, ꝙ ibi stabat casualiter, & non data opera expectando insultatum. Item, quòd ibi solebat stare anteà per magnum spatiũ: & sic de singulis: vt sic probetur nõ esse præmeditatum insultum. de quo per Gl. & Moder. in consti. si quis in posterũ. in verbo. quas pœnas & Affli. & ibi tex. in consti. iustitiarii nomen. in §. latrocinia. & Fran. de Are. in con. xxxiiij. Gramma. in voto xv. & in
36 decisio. xvij. ¶ Fi s. † Nunquid in crimine blasphemiæ cadat defensio, & quæ? & videtur dicendum, quòd nõ: vt dicit Par. in verbo, cõdenatio. in c. an potestas. iij. col. ¶ I v. Dicas contrarium, ꝙ cadit defensio. potest enim probari negatiua coarctata loco & tempore vel quòd calore iracũdiæ blasphemauit, vel aliter: vt cõsiderat Grã ma. in consi. xv. nu. 12. in crimi-
37 nalibus. † Et si quis inquiratur in crimine adulterii, potest se defendere primò, quòd transactum est quinquẽnium, quia quinquennio durat accusatio de adulterio: vt l. si maritus la. ij. §. præscriptione. ff. de adulte. quod est intelligendũ secundùm Gl. & latè Sal. in l. adulte. C. de adulte. vt non procedat, quando non potuit accusari ratione ordinis, quia incepisset ab adultera: & sic illa causa fuisset priùs finienda. Item, quando non potuit accusari, quia fuisset ab alio præuentus, qui fuerat præuaricatus. Item, quando maritus non potuit, quia in maiori magistratu esset constitutus, vel aliter reipublicæ absens. Item, quãdo adulterium fuit per vim cõmissum. Itẽ potest allegari & probari, ꝙ maritus destitit: vt ff. de adulter. l. j. §. j. Item potest allegari & probari, quòd adulter fuit absolutus, quia amplius vxor accusari nõ potest. l. denuntiasse. §. fi. & no. Gloss. & Bart. ff. de adulter. quia absolutoria facta de adulterio, ꝓdest adulteræ. Itẽ potest allegari, quòd vir fuit author malorum morum: debet enim iudex inquirere, an maritus pudicè viuens, mulieri quoque colendi bonos mores author fuerit. Item potest allegari & probari, quòd maritus eius mores approbauit, quòd primò ꝓpter adulterium eã expulit, & deinde reassumpsit. Item ꝙ maritus fuit leno, hæc omnia cumulat & congerit Ang. de Are. in li. male. in verbo. che me hai adulterata la mia donna. vj. col. àduerte, quòd in regno, si maritus desistat, iudex ex officio possit procedere ad cõdemnationem: vt habetur per Afflict. in const. legũ asperitate in quarto & vlti. not. & vide const. sequen. incip. qui coram se spectãte. qua cauetur, maritum non posse de adulterio accusare, si permittat luxu-
38 riam. † Et si fortasse opponeretur ꝙ matrimonium nõ tenuit propter aliquod iustum impedimẽtũ, & peteretur causam remitti ad ecclesiasticum, debet iudex ad effugiendas opiones, si viderit, ꝙ constat de coitu, & ꝙ hoc allegatur ꝑ calũniã, ꝙ nullũ fuit matrimoniũ, quia ille vir fuerat cõsanguineus, cũ quo nõ poterat esse matrimonium,

nium, vel erat cōpater, vel allegat aliud canonicum impedimētum, quod impedit matrimonium con trahi, & contractum dissoluit, potest statuere opponēti terminum, intrà quem producere habeat ea, quæ vult probare coràm episcopo, & si uiderit ea non obstare, procedat ad ulteriora: ut plenè dócuit Afflict. in cōsti. maiestati no-
39 stræ. ij. & iij. col † Et si inquiratur de homicidio de nocte commisso, potest probari & articulari, quòd luna nōn lucebat, & obscurum erat. nam tunc licèt possit probari delictum fore commissum: non tamen potest probari per quem fuit commissum: vt est Gloss. ord. in l. si cum exceptione. §. in hac actione. ff. quod me. cau. & ibi Bald. & refert & sequitur Ange. in lib. malefi. in uerbo, compa. di. inqui. & in tert. defen. circa finem.

¶ Fiat publicatio processus. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Publicatio processus in criminalibus non est necessaria.*
2 *Publicatione facta testis ad offensam non admittitur.*
3 *Publicatio debet fieri citatis inquisito, & accusatore.*

¶ IVDEX.

ELAPSO termino dato ad
1 probādum † solet ad petitionem inquisiti, accusatoris, uel fisci, procedi, ad actum publicationis processus, cùm aliàs non sit de necessitate: & si non petatur, etiam nō facta publicatione processus, potest procedi ad torturam: ut dixi in tertia parte tertiæ partis principalis: quocircà inoleuit practica generalis in rubrica exceptionū peti publicationem fieri: audiri cum aduocatis in discussione indiciorū: & concedi repulsam gradatim, conditionaliter, & succes-
2 siue. † Et est magni effectus publicationem fieri: quia licèt possint recipi testes etiam facta publicatione ad defensam super nouis & antiquis iuribus: tamen ad offensam non licet, nisi super nouis iuribus & capitulis: secūdum Sali. in l. fi. C. de quæstio. in ult. col. quem refert & sequitur Marsi. in sua praxi cri. in §. sequens. num.
3 8. † Et debet fieri publicatio in causa citato inquisito, uel de uolūtate ipsius præsentis & acceptātis: & sic etiam citato querulante. secundum Bal. in l. gesta. C. de re iudi. 2. col. versic. quæro qualiter. aliàs non ualet.

¶ Concedatur repulsa. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Repulsa est species defensionis, & debet concedi, & debet etiam dari accusatori. nume. 2.*
3 *Repulsantur testes ratione domesticitatis cum offenso.*
4 *Repulsa non conceditur in crimine blasphemiæ, nisi ex capite*

pite inimicitiæ capitalis.

5 *Repulsa non conceditur in crimine læsæ maiestatis, hæresis, & assassinij, nisi ex capite inimicitiæ.*

6 *Repulsa qualiter sit facienda.*

7 *Repulsæ ex quibus fieri possint.*

8 *Repulsari non debent testes in primis exceptionibus, & primo termino.*

9 *Repulsæ terminus, est medietas primi termini.*

10 *Repulsa est odiosa, & currit terminus de momento ad momentum. & nu. 12. 17.*

11 *Repulsa non conceditur aduersus scripturas.*

13 *Repulsa quando petatur.*

14 *Repulsari an possit testis per eum aliàs productus.*

15 *Repulsari nedum debent testes de uisu, sed etiã de fama.*

16 *Articuli continentes idem, vel de directo contrarij, admittũtur in repulsa.*

18 *Protestari debet inquisitus cõtrà testes, & eorum dicta. nu. 24.*

19 *Repulsari possunt testes etiam ex præsumpta inimicitia.*

20 *Repulsantur testes, quò ad dicta.*

21 *Repulsa repulsæ conceditur accusatori.*

22 *Protestari debet obijciens crimina contrà testes, quòd non animo iniuriandi obijcit.*

23 *Repulsam si non petit minor, an restituatur ad eam petendam.*

24 *Repulsari testes possunt, contrà quos nihil obiecit reus tẽpore examinis, ex capite ignorantiæ.*

25 *Repulsati licèt non sint testes, si tamen ex actis aparet de ipsorum inhabilitate, non faciunt fidem.*

26 *Accusatus accusatione pendẽte, non est idoneus testis.*

27 *Laicus contrà clericum non probat.*

28 *Repulsa debet fundari & referri ad tempus iuramenti.*

29 *Testes non sunt idonei monachi.*

30 *Repulsa an possit continere idem, uel de directo contraria cum primis.*

¶IVDEX.

FACTA autem publicatione in causa, & percũctato processu,
1 † solet ut plurimum instari, & peti repulsa, quia ex defensionibus factis nõ in totum uidentur indicia elisa. quæ repulsa, quia est species defensionis, est omninò concedenda: vt dixi in tertia parte tertiæ partis principalis, ubi dixi ad quid operet̃ repulsa: & quomodò debeat fieri concludenter:
2 & ad ibi dicta me remitto. † Et est notandum, quòd repulsa non solùm datur reo inquisito: sed etiam

tiã accusatori aduersus testes exa minatos ad defensionem rei: vt in c. in generalibus inquisitionibus. & refert & sequitur Par. de Put. in lib. syndi. in uerb. inquisitio. in versicu. & aduerte. tamen non datur fisco, ubi proceditur p inquisitionem, secũdùm eundem
3 Par. vbi suprà. † Item est aduertendum, quòd sicut repulsantur testes ratione domesticitatis cũ accusatore, quãdo proceditur ad querelam: pari modo repulsantur ratiõe dictæ domesticitatis offensi, quando proceditur per inquisitionem. & est ratio, quia delictũ per inquisitionem non alterat naturã suam, imò cùm iudex subeat locum accusatoris, & inquisitio succedat loco accusationis, debet esse eiusdem qualitatis & naturæ, cuius est accusatio & accusator: vt l. j. §. hæc actio. ff. si qs testa. li. esse iuss. fuer. & ita consuluit Rapha. Cuma. in consil. suo xxvij. in cip. cum adeò. quem refert & sequitur Benar. de Lãdria in addi. ad Ang. in verbo, hæc est quædã inquisitio. in Gloss. locus & tempus. licèt Ang. de Are. in lib. male. in verbo, qui iu. sta. ter. ad oppo. videatur sentire contrarium,
4 ibi per eum. † Est etiam notãdũ, quòd in crimine blasphemiæ non conceditur repulsa, nisi ex causa inimicitiæ capitalis. argu. l. famosi. & l. in quæstionibus. & quod ibi no. Bar. ff. ad l. Iul. maiesta. & dixit Par. de Put. in li. syndica. in verbo, condemnatio. in c. an potestas. iij. col. & Gramma. consil. xv. nu. 12. & ibi sentit Gramma. quòd blasphemãs potest se defendere: ut dixi suprà in uerbo, recipiautur defensiones. uide plenè p Boër. in decisio. ccc j. in ij. par.
5 † Item aduertendum est, quòd in crimine læsæ maiestatis, & heresis non conceditur repulsa, nisi ex capite inimicitiæ, non ex aliis capitulis. ratio est, quia in dictis criminibus admittuntur testes infames, & minores, & aliter inhabiles: & eorum dicta faciunt legitimum indicium, secundũ Alex. in consil. xj. incipien. circa primum. 2. col. j. uol. Bart. in l. famosi. ff. ad l. Iul. maiesta. quod sanè intelligẽdum est, ut dixi suprà in verbo, item commisit crimen læsæ maie
6 statis. † Et qualiter & quomodò debeat fieri repulsa, uide, quæ dicã infrà in tertia parte tertiæ partis, ubi latè. & ultrà ibi dicta uide Boër. in decisio. cccxxj. in ij.
7 parte. † Et quæ possint opponi cõtra testes, & quæ nõ: uide Ang. de Aret. in lib. malefi. in uerbo, qui iu. sta. ter. ad oppo. ubi multa.
8 † Item est aduertendum, quòd in termino dato ad faciendas defensiones, non possunt fieri exceptiones repulsatoriæ: nisi ex causa inimicitiæ capitalis: ut dictat ritus magnæ curiæ uicariæ inci. itẽ seruat ipsa curia, quòd in exceptionibus: uel nisi renũtiauerit inquisitus futuræ repulsæ. & ita practi-
9 caui. † Item est aduertendum, ꝙ terminus ad repulsam, est medietas primi termini: vt habetur in
10 prag. cursu dilationum. † Item est aduertẽdum, quòd repulsa est odiosa, & currit termiuus repulsæ de momento ad momẽtum: adeò, vt testes debeant citari, iurare, & examinari intra terminum: ut dictat ritus magnæ curiæ uicariæ in
11 cip. item quòd facta. † Item est aduertendum, quòd non conceditur

ditur repulsa cõtrà scripturas: sed benè possunt allegari falsæ: ut dicit ritus magnæ curiæ vicariæ incip. itẽ seruat dicta curia non cõcedere. Item est aduertendum, ꝙ repulsa ex capite inimicitiæ debet formari in specie, & nõ in genere, & de multis aliis uide Ias. in
12 l. j. C. de testa. † Item aduertas, ꝙ licèt suprà dixerim, terminum ad repulsam currere de momento ad momentũ, & quòd si non examinẽtur testes intra ipsum terminum, vlteriùs non examinẽtur: id tamen procedit & uerum est, nisi allegetur iusta causa impedimenti: uerbi gratia, quia testes renuerunt examinari: & fuerit petitũ, vt cogerẽtur captis pignoribus, vel aliter mulctati. nam quia tunc apparet partem fecisse, quicquid potuit pro propulsanda contumacia testium, & pro ipsis examinandis, non debet dici terminum nõ debere restaurari. ꝑ tex. l. de quibus diebus. in princi. ff. de condi. & demõst. uel quia stetit, facto iudicis, quominus fuit examinatũ in termino: vel ex alia iusta causa: vt voluit idem ritus suprà alle-
13 gatus in fine. † Item aduertendũ est, quòd repulsa debet peti intra decẽ dies numerandos à die consignatæ copiæ processus: ut dicto ritu cauetur. sed puto, quòd procedat in ciuilib. & nõ in criminalibus, ubi tractat̃ de uita hominis. sed ad tollẽda dubia inoleuit practica, semper peti repulsam, in rubrica exceptionũ. quæ præsentantur in defensionibus reorũ: & pro certo nũquàm uidi seruari illum ritum de petendo repulsam intra decẽ dies, ut suprà: sed semper ꝙ peti ta, fuit indistinctè concessa.

14 † Item est notandum, quòd licèt inquisitus ad suam defensionem produxerit aliquem in testẽ, quẽ fiscus reproducit eundem contrà dictum producẽtem in eadem, uel alia causa, non possit regulariter eundem repulsare: tamen hoc est verum & procedit, nisi uellet eum repulsare ex causa ꝓueniente ex parte fisci uel accusatoris nunc reproducẽtis contrà ipsum inquisitum prius eum testẽ producẽtem: uerbi gratia, si uult repulsare ex causa, quia familiaris, vel cõiunctus offensi, uel accusatoris sit: vel si uult repulsare ratiõe subornationis factę ex pòst facto per fiscum ad id deponendum, uel potest repulsare ratione criminis, sed non prætextu infamię ciuilis: vel etiã potest reprobare quò ad dictum suum, probãdo rem aliter se habere: uel probando eum falsum: ut pulchrè habetur per Inn. in ca. cùm uenerabilis. de excep. nu. 7. & Bal. in margar. in uerbo, testis. & prædicta maximè procedunt, quando sunt diuersæ causæ, seu capita, semper quibus deponit ad instãtiam inquisiti, & fisci. & vide omnino Capy. in decisi. lxij. in causa illustrissimi. sed uide omninò Sali. in l. si quis testib⁹. C. de test. ubi etiã dicit, ꝙ potest repulsari ex causa, quæ nõ erat nota ꝓducẽti tunc tẽporis. item, si fiscus vel querulator repulsauit, quãdo ille inquisitus produxit, potest ipse ipsũ repulsare, si fiscus uel querulator cõtrà ipsum reexaminat: vt ibi per Sali. sed plenissimè uide Boër. in decisi. ccxlv. ubi pleniùs, an ex causa antiqua, an de nouo superuenienti. & dicit, quòd sic: & si quem solum citaui in testem,

posteà

postea nolo examinare, & expresse renuntio, an possum eundem repulsare, & ad eum me remitto.
15 † Item est aduertendum, quòd si cōtrà aliquem sunt testes de uisu deponentes, & alii de fama publica, debent nedum repulsari illi, qui deponunt de uisu, sed etiā deponētes de fama publica: aliàs si non repulsarentur illi de fama publica, posset procedi ad torturam. secundum Iacob. Butri. ut refert Alber. in l.iij. §. eiusdem. ff. de testi. refert & sequitur consulendo Calca. in consi. cix. pen. col. & nouissimè sequitur Grammat. in decisio. fac. con. Neapol.
16 decisio. xxxiiij. num. 54. † Item est aduertendum, quòd licèt non sint admittēdi articuli iidem, uel de directo contrarii articulis partis aduersæ: vt habetur in c. frater nitatis. iuncta Glo. de testi. tamen id non procedit in repulsa. quia si aliquis repulsauit testes à me productos, possum ego repulsare testes repulsatorios, & approbare meos per eosdem articulos, uel de directo cōtrarios. secundū Capy.
17 in d. decisio. lxij. † Item licèt repulsa sit odiosa, & terminus currat de momento ad momentum, vt suprà dixi: id tamen procedit & habet locum, quādo repulsantur testes propter defectus, & crimina: secùs si quò ad dicta probādo idem, quod fuit probatum in primis articulis, uel de directo cōtraria: ut uoluit idem Capit. ubi suprà, adeò, ut in eo casu licèt terminus sit elapsus cōcedatur beneficium seu reintegratio termini.
18 † Item est aduertendum, quòd quādo inquisitus citatur ad uidēdum iuramenta testium, uel ipsi examinantur coràm ipsò inquisito, debet esse cautus, ut protestetur contra ipsorum testium personas, & eorum dicta, ne uideatur consentire: ut uoluit Sali. in d.l. siquis testibus. C. de testi. & cautiùs debet se gerere in suo examine, quando interrogatur, quomodò reputet testes contrà se examinatos, ut non approbet, quia non potest eos posteà repulsare. adde Boër. in decisi. cccxxj. in ij. par. in fi. & Bald. in consi. cccxvj. uol. iiij. inci. præsupposito statuto.
19 † Item est aduertendum, quòd testis potest repulsari etiā ex præsumpta inimicitia. secundū Doct. in c. ꝑ tuas. extrà. de simo. & Bar. in l. in quæstionibus. ff. ad l. Iul. ma. & Lud. Roma. in l. si uerò. §. de uiro. ff. sol. ma. & est tex. & ibi Abbas in c. cum P. Māconella. extrà, de accusa. & per Arno. in cō-
20 mentario. 136. † Item est aduertendum, quòd testes repulsantur quò ad dicta hoc modo: si per curiam est probatum per testes me occidisse Titium tali die, in præsentia talium, poterit probari ad repulsam dictorū ipsorum testiū, quòd eram absens tota ea die: & sic probando negatiuam coarctatam loco & tempore & similibus modis: ut voluit Sali. & Capi. vbi
21 suprà. † Item est aduertendum, quòd accusator in termino repulsæ potest per se examinatos testes approbare, & demum facta publicatione in repulsa, potest petere terminum ad repulsam repulsæ: in quo repulsare poterit testes examinatos ad repulsam, ad instantiam inquisiti: in quo etiam termino inquisitus ipse suos testes approbet: ut habetur in c. in generalibus

neralibus inquisitionibus. & dixi
22 in principio.†Item est aduertendum, quòd ĩ exceptionibus repulsatorijs criminosis debet apponi protestatio, quòd id, quod ponit & excipitur, sit non animo iniuriandi, sed pro iuribus & defensionibus inquisiti, & nõ aliter nec alio modo. secundùm Spe. in tit. de accusat. §. j. versi. quod & Bar. in l. eum. ff. de iniur. quem sequitur Ludoui. de Roma. in l. fi. quod quis. iur. & plenè Boër. decisio.
23 ccxlv. in ij. parte, in fine. † Sed quid si minor omisit petere repulsam, an restituatur in integrum ad eam petendam? in hoc extat decisio Cappe. Tolo. liij. quæ uoluit, quòd non. sed Boër. in decisio. ccxlv. nume. 7. tenet oppositum seruari, vbi causa minoris perderetur ex defectu repulsæ non pe
24 tita.†Item est aduertendum, quòd licèt suprà dixerim cautum debere esse inquisitum, quãdo interrogatur de conditione & qualitate testium, ut non approbet, sed obiiciat: si tamen hoc non faciat ex capite ignorantiæ, potest posteà repulsare testes examinatos contrà se: ut plenè habetur per Boër. in decisio. ccc j. in ij. parte, nume. 12. quem omnino uideas in facti
25 contingentia. † Item est aduertendum, quòd licèt non sint repulsati testes per repulsam ordinariam: si tamen ex actis constet de eorũ inhabilitate (puta, quia testes cõfessi sunt se esse accusatoris familiares, vel ex delicto fuisse punitos, vel aliter) tunc iudex potest & debet ex officio eos repellere, & eis non adhibere fidẽ: prout consuluit Lan. Calca. in cõs. lxiiij. nu. 16. Bar. & Mars. in l. maritus. ff. de quæst. In hoc casu dicit Anto. de But. in c. bonæ. vj. col. de electio. & in c. cùm dilectus. de consuetu. x. col. quòd istud procedit, vbi testes sunt omninò inhabiles: puta, infames, iudæi, hæretici, & similes: secùs si non essent omninò inhabiles, qui tacito uel expresso consensu possunt habilitari: ut proxeneta, vel domesticus, aut consanguineus aduersarij: & idem in similibus, qui repelluntur nõ odio ipsorum testium, ut primi: sed fauore partis: ut uoluit clariùs Feli. in c.
26 intimauit. de testi.†Item sciendũ est, quòd accusatus criminaliter, accusatione pendente, non admittitur in testem contrà aliũ in causa criminali. c. fi. de test. & ibi Docto. Spec. in tit. de teste. §. j. uersi. item pendente. & ibi Ioã. And. & Bal. in addi. & est ratio, quia ex pẽdẽtia huiusmodi accusationis aggrauatur opinio accusati, ut non dicatur integri status. fallit in criminibus exceptis, positis in allegato c. fi. per Sicul. post Spec. in titu.
27 de accu. in fi.†Itẽ, si laicus testificatur contra clericum, repulsat. c. de cętero. de testi. fallit secundũ Abba. in d. c. de cætero. qñ delictũ fuit commissum, ubi non erat clericorum copia. Item fallit, quãdo delictum clerici esset notoriũ. tertiò limitat, ut laici nõ admittant cõtrà clericùm ad plenã probationẽ: ad faciendum uerò indiciũ, ut sic saltem subiiciatur torturæ, admittuntur. item fallit in crimini-
28 bus exceptis.†Itẽ aduertas amãtissime lector: ut repulsam fundes ita & taliter, ut referatur ad tẽpus iuramẽti. nam illud tempus est in consideratione, vt testis repellatur. l. j. & ibi Bar. C. de testa. l. si ar-

T biter.

biter. C. de senten. l. ad testium. §. conditione. qui testa. fa. po. Ang. in consi. j. Specu. in tit. de teste. §. j. col. x. versi. quid si testis erat te-
29 stabilis: & ibi Io. And. †Item est sciendum, quòd in criminalib. nō probāt monachi aduersus laicos: vt habetur in consi. iij. per Gram-
30 maticum. † Item est aduertendum, quòd licèt in articulis repulsæ non possit poni idem, quod fuit positum vel articulatum in primis articulis, vel de directo cōtraria. per regiam prag. incip. cōtigit. sæpè tamen hoc non procedit in criminalibus. quia eo casu, ex quo semper ad defensam etiam vsque ad sententiam possunt examinari testes super nouis & super veteribus (vt dixi suprà in uerbo, recipiantur defensiones reorum) non potest dici impertinenter id poni & articulari. benè tñ ex parte accusatoris pcedit illa prag. ut sub specie repulsæ non ponatur idem, vel de directo contraria. & est ratiò, quia post publicatiōem non licèt ad offensam examinare: & si permitteretur sub specie repulsæ poni idem, vel de directo cōtrariū, esset facere fraudē legi.

¶ Fiat citatio ad dicendum. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Citatio ad dicendum fit facta publicatione in causa.*

IVDEX.

FACTA verò publicatione pro
1 cessus † tam in termino defensiuo, quàm ad repulsàm, quoties fuerit petita, debet expediri citatio dicto reo inquisito, & eius procuratori, ad dicendum quicquid dicere voluerit, & ad discutiendum su per indicijs existētibus contrà ipsum: vt latè dicam in tertia parte tertiæ partis: & ibi etiam dicam, an sit de substantia, ita, vt si omittatur, annulletur processus. & aduertendum est, quòd vltrà dispositionem iuris communis in hoc habemus dispositionem ritus magnæ curiæ uicariæ incip. item facta publicatione dictæ repulsæ, &c. quo cauetur, quòd debet dari terminus quindecim dierū ad allegandum in iure. nec dicatur, quòd loquitur in ciuilibus, quia non distinguit: & etiam si in ciuili procederet, fortiùs tum certè in criminali: vbi de uita hominis agitur, &c.

¶ Rei indurati torqueantur. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Tortura quo ordine, & qualiter debeat inferri.*

2 *Tortura an detur conuictis de crimine. & nu. 3.*

4 *Mandatarius nunquid possit torqueri, vt indicet mandātem, si dicat se proprio motu fecisse: & si cum tortura confitetur quo ad se, potest absque alijs indicijs iterum torqueri, vt indicet mandantem. & nu. 5.*

6 *Torqueri an possit, vt confiteatur alia delicta, de quibus nulla extant indicia, si confessus fuerit*

fuerit ea, de quibus inculpabatur.

7 *Torqueri qui non possunt, possunt tamen terreri, & duci ad chordam, & spoliari.*

8 *Tortura quid sit.*

9 *Tortura chordæ est approbata.*

10 *Tortura non est passim danda cum aqua frigida.*

11 *Tortura non debet dari per noua genera tormentorum.*

12 *Tortura in quibus casibus habeat locum in regno, & an habeat locum in furtis minimis. nu. 13.*

14 *Serui possunt torqueri ab eorũ dominis.*

15 *Appellatio à decreto de torquendo, quando admittienda sit.*

16 *Tortura cum quo moderamina debeat dari.*

17 *Tortura gradus quot sint.*

18 *Tortus an dicatur, qui fuerit ligatus & aliquantisper suspensione suprà terram eleuatus.*

19 *Tortura an etiam tempore feriato liceat inferri.*

20 *Minor quatuordecim annis an possit torqueri.*

21 *Senes an possint torqueri.*

IVDEX.

1 QVOTIES † uerò ex defensionibus reorum non sint sublata, euacuata, vel elisa indicia existentia contrà ipsos, & uisum fuerit iudicibus debere subijci tormentis, tunc ductis ipsis coram iudicibus ad pedentondoli, & in locum torturæ, & ipsis reis delato iuramento de veritate dicenda contrà socios & auxiliatores delicti secundùm practicam, quam docet Marsil. in sua praxi cri. §. diligenter. nu. 66. in fine. & factis eisdem pluribus interrogatorijs super iis, de quibus inquiruntur, secutisque pluribus monitionibus, quòd dicere habeant veritatem: aliàs enim curiam non valentem veritatem habere, processuram ad torturam eorum: & persistentibus ipsis adhuc in duritia cordis, proferatur decretum de torquendo: & eo lecto in præsentia ipsorum reorũ, mãdetur ipsos ligari ad chordam: & ligati interrogentur sigillatim de omnibus in processu apparentibus, & de quibus sunt indicia, moneanturq;, vt dicant ueritatem: & scribantur omnes responsiones & verba, quas & quæ dixerint ipsi rei in tortura per extensum. de ijs uerò, de quib⁹ nulla sunt indicia, coniecturæ, vel præsumptiones in processu, non debent iudices particulariter & distinctè reos interrogare, si fecerunt tale quid: & an Lucius Titius tale quid fecerit cũ eis. quia hoc esset suggerere. sed debent ipsos interrogare generaliter non nominando certã personam: vtputa, si commiserunt alia: & si soli, an associati: & cum quibus: & similibus modis, ut docet Vlpia. iurecõ. in l. j. §. qui quæstionem. ff. de quæstio. & aduertant iudices, vt ad torturam deueniant seruatis & concurrentibus omnibus ijs, quæ latè disserui infrà in tertia tertiæ partis, ubi descripta

sunt omnia requisita, quæ debent
interuenire ad hoc, vt ad tortu-
2 ram possit deueniri. † Et quia su-
prà dixi, quòd debent fieri moni
tiones reis inquisitis, vt dicant ve
ritatem, aliàs curiam, non valen-
tem aliunde & aliter habere ueri-
tatem, processuram ad torturam
eorum. hoc dixi propter verba
Ang. de Arc. in lib. malefi. in ver-
bo, fama publica. col. xviij. in fi.
dum dat cautelam iudicibus vo-
lentibus aliquos torquere, ut fa-
ciant ex actis apparere, quòd cum
non posset aliter haberi ueritas,
deuentum fuit ad torturam: licèt
iudicio meo hæc cautela non sit
nimis necessaria, cum ex proces-
su, indiciis, & probationibus li-
quere dignoscitur, num ueritas
aliunde haberi valuerit. nec uer-
ba iudicum dicentium, aliter veri
tatem haberi non posse, possunt
operare, ut si contrarium ex actis
constiterit, quòd aliunde habue-
runt veritatem, id non sit: & si
ex actis apparet non plenè de deli
cto constare, & aliunde ueritatem
haberi non potuisse, frustratoria
uidetur illa cautela: licèt ego ut
plurimum ea usus fuerim. ¶Fisc.
3 Sed nunquid verum sit indistin-
cte, ꝙ si plenè cōstat de delicto, nō
possit ad torturā deueniri. ¶Ivd.
Tex. & ibi Bart. in l. edictum. ff. de
quæstio. dicit ī subsidiū īferri tor
turam, qn̄ aliter veritas haberi nō
posset; & sequitur Ange. in li. ma
le. ī verbo, fama publica. col. xviij.
in fi. & subdit, quòd aliter facien-
do iudex tenetur in syndicatu. &
idem voluit Ange. in l. & si certus.
ff. ad sena. Sylle. vbi dicit, ꝙ malè
faciunt assessores, ponendo reum
ad torturam liquidato negotio:

& quòd possent redargui tempo-
re syndicatus. habent ergo reme-
dium assessores, si uolunt torque-
re liquidato negotio, ut torqueāt
reum, vt manifestet mādatores &
complices. & hāc causam possunt
captare, vt non redarguantur tem
pore syndicatus: secundnm eun-
dem Ange. & hanc opinionem fir
mat Bal. ī l. milites. C. de quæstio.
& sequitur Aug. de Arim. in addi.
ad Ange. in loco suprà allegato.
Bal. in l. j. C. de iur. iuran. propter
calum. dan. in fine dicit, ꝙ Cy. in
l. obseruare. C. quo. appe. nō reci.
dicebat, quòd malè faciunt iudi-
ces, quando habēt certitudinem
maleficij per probationes, ponen-
do reum ad torturam: cùm tortu
ra regulariter non datur, nisi in
defectum probationis. demū sub-
dit ipse Bal. per uerba formalia:
ego credo, quòd iudices benè fa-
ciunt, quādo habent plenariā cer-
titudinem de maleficio, si obuiāt,
ne appelletur per calumniam: &
maximè in criminibus enormibꝰ,
in quibus licitum est iura trans-
gredi: idem firmat ipse in l. ob-
seruare. suprà allegata. ij. col. ubi
referendo opi. Cyn. dicit hęc ver
ba: tu dic, quòd iudices benè fa-
ciunt, quia crimina patentia sunt
punienda, nec dari debet occasio
appellandi: quanquàm, etiam si
constaret de tortura, non esset ꝓ
hibitum appellare. & nota hoc vl
timum uerbum Bal. quia sentit, ꝙ
si quis in tortura esset confessus,
& per probationes conuictus, pos-
set nihilominus appellare. cuius
contrariū tenuit ibi And. Barba. ī
addi. Bal. & hanc secundā opinio-
nem suprà firmatam nouissimè te-
nuit Grām. in consi. j. in criminali-
bus.

bus.Affli.in conſt. ſi damna clandeſtina.in xij.nota.refert opiniones, & finaliter dicit hæc formalia verba : ſi tamen iudex uellet ipſum tormentare, quando ueras ꝓbationes criminis habet contrà eum, & ipſe criminoſus non uult ſponte confiteri delictum,ad effectum, ut poſſet appellare & retardare executionem,credo,ꝙ Bal.in d.l.ij.C.quo.appella.& in d.l.j.C. de iura.calum.dicat,quòd ad effectum,vt ſit conuictus & cōfeſſus, qui non auditur appellans,ut d.l. ij.poſſet ipſum tormentare in criminibus enormibus, in quibus licet leges tranſgredi. ſecundũ Inno.in c.j.de conſtit.item in criminibus,vbi licet interrogari de ſocijs & mandatoribus.& ita pertrāſit cum ſecunda opi.& ita ēt notauit Grām. in uoto .j. ſubdens ita ex communi obſeruantia obſeruari.& ſequiť Marſ.in l.j.ff.de quęſ. & vide Boër. in deciſio. clxiij. in j. par. & teſtor Deum, quòd ita quotidiè ſeruaui, & ſeruari uidi.

4 Fis.† Sed quid ſi inquiritur contrà aliquem, quòd de mandato Titij occidit Sempronium, qui de plano & ſponte confitetur,ſe occidiſſe quidem dictum Sempronũ, ſed motu proprio,& non ad inſtātiam alicuius, nunquid poſſit torqueri, vt indicet mādantē?¶ Ivd. Doc.in c.ad audientiā. de homi. & Bal.in c.j.§.iniuria.viij.col. de pa.iur.fir.& Alex.in l.fi.ff.de quæſtio.& Bal.in l.quicũq;. C.de ſer. fugi.Cepo.caut.lj.incip. videmꝰ. Par.in trac.ſynd.in iij.char.j.col. & Marſi.in l.j.§. diuus Antonius. ff.de quæſt.nu. 10. tangunt iſtam quæſtionem, an mandatarius poſſit excuſare mandantem,dicendo, ſe feciſſe motu proprio,& non ad inſtantiā alicuius: & finaliter cōcludũt,ꝙ poteſt excuſare,niſi aliæ coniecturæ reſiſtant contrà mādātē, & in dubio præſumitur contrà eũ:ut per Tho.Grā.conſi.lxiij. in fi.& ſic ex ijs poteris colligere veritatem quæſtionis præpoſitæ : vt ſi reſiſtunt coniecturæ & indicia dictæ excuſatiōi,& cōfeſſioni mādatarij, poterit torqueri,non obſtāte,ꝙ cōfeſſus ſit, ut indicet mādātē.& ita teneo,ſaluo ſemper meliori iudicio.& vide Par. ī uerbo, tortura.lo.iij. verſi. quia ſæpè. in uer.an ſi quis mādauit Seio.& Cepol.caute.xxix.Alex.poſt Bar. ī l. pe.ff.de quæſtio.Tho.Grām.cōſi. lxiij.in fi.

5 †Et ſi fortè mādatarius non ſponte,ſed cum tormentis cōfeſſus fuerit delictũ quò ad ſe,poteſt abſq; alijs indicijs iterũ torqueri, vt manifeſtet mandantem. ſecundum Ang.in l.& ſi certus.ff. ad Sylle.& idē tenet Ang.de Are. in li.male.in uerbo, Sempronium mandatorem.ij. col.uerſi. & benè not.refert & ſequitur Phili. Dec. in conſil. clxxxix. incip. lætatus ſum. & Angel.de Are.in eo.lib.in uerbo,fama publica.14.char.uer. quæro,aliquis.& Bal.in marga.in verbo,cōfeſſio. Ludo.Bologni.in conſil.viij.in iiij.colu.in princ.& Bal.in l.non ideo minus.j. col.C. de accu.& Alex.poſt Bar.in l.repeti.ff.de quæſt.& Marſi.ī praxi crī. §.diligenter. nu. 155. quæ omnia notes.

6 ¶ Fis.†Quid ſi aliquis fuit tortus & confeſſus delictũ,de quo impetebatur,an iterum poſſit torqueri,& interrogari de aliis delictis in genere, de quibus nulla extant indicia? Ivdex. Gandi. in tit. de quæſtio.& torment.uer.

ſed quid de quæſtione, quæ tota die occurrit. concludit, quòd de iuris ſubtilitate non poteſt interrogari: ſubdit tamen, quòd de generali conſuetudine Italiæ ſeruatur totum contrarium: & iſta conſuetudo adiuuari poteſt per l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re militar. & l. congruit. ff. de offic. præſid. & idem tenet Odofre. in ſuo tract. de quæſtio. in xi. q. & idem tenet Angel. de Aret. in lib. male. in uerbo, fama publica præcedente. in fin. & Cepol. conſil. xxxix. nume. 44. Cardin. in conſil. xlv. Alexan. conſi. lii. iii. lib. Bald. de Per. in tra. de indi. nu. 5. Guido de Suzar. in tract. de indi. & tor. nu. 56. & ibi Ludo. Bolo. Gramm. in deciſio. ſacri conſilii Neapol. deciſi. xlviii. nu. 1. & per Marſi. in praxi cri. §. conſtante. num. 14. & licèt prius de iure antiquo hoc ſolùm procederet in furto: tamen hodiè indiſtinctè procedit in omnibus delictis: vt habetur per Grammati. in deciſio. xxxiiii. nu. 34. FISCVS. † Nunquid illi,
7 qui non poſſunt torqueri de iure aliqua de cauſa, ſiue propter defectum indiciorum, ſiue propter defectum ætatis, uel aliter, poſſint ſpoliari, & ligari, & duci ad chordam? ¶ IVD. In hoc Bald. in l. ii. C. quo. appella. non recipia. tenet, quòd ſic, per hæc verba formalia: & nota, quòd licèt non omnes, nec omni caſu poſſunt torqueri: poſſunt tamen terreri. quia nultus iudicis in talibus debet apparere terribilis. firmat & ſequitur Pau. Grilla. in tra. de quęſt. & tor. ver. quartò. nunc uidendum. ubi facit quinque gradus torturæ: & territio, de qua ſuprà, eſt infimus gradus. & firmat Par. de Put. in tra. ſyndi. in verbo, tortura. lo. iij. verſ. de repetitione torturæ ſcias, in finalibus verbis. hoc tamen verum intelligas. quando ſatis, atq; ſatis vrget aliqua præſumptio cō trà terrendum. adde Io. de Arno. ſingu. xcix. & vide Ange. in l. item apud Labeonem. §. quæſtionem.
8 ff. de iniur. † Pro quo facit, quia tortura eſt inquiſitio, & indagatio veritatis per tormenta corporis, & cordis dolorem: nuda ergo interrogatio & leuis territio abſque corporis tormento, & cordis dolore, nō dicitur quæſtio, nec tortura. d. l. item apud Labeo. §. quæſt. ff. de iniu. & §, quæſitum. & definit ita Azo. in ſumma de quæſtio. & omnes Doct. criminaliſtæ.
9 †Et aduertas amātiſſime Fiſce, ꝙ tortura chordæ eſt magis in vſu & frequentior: imò in iure nō reperitur aliud tormentū, quod quidem per ll. ponatur, niſi tormentū chordæ: vt eſt text. in l. nullus. C. ad l. Iul. maieſt. vt dicit Bonifa. in titu. quæ debent præce. tor. & eſt notandum, quòd chorda ſubtilis infert magis dolorem, quàm tortura chordæ groſſæ: vt dicit Salice. in d. l. nullus. & Par. in verbo, tortura. el iij. verſic. de repeti-
10 tione. †Et eſt aduertēdum, quòd quando datur tortura chordæ, nō eſt paſsim & indiſtinctè in quolibet caſu adhibenda aqua frigida in dorſo pendentis in tortura, niſi in caſibus enormibus: vt notabiliter dicit Par. à Put. in lib. ſyndi. in verbo, tortura. el iij. in fi. ver
11 ſic. de repe. †Illud etiam proximè ſcias, vt caueas nouum torturę genus inuenire, & imponere reis, quod ſcindat carnes, niſi in prauibus:

bus: vt dixit Bald. in l. j. C. de iis, qui ad liberta. peruen. vt refert idem Par. vbi suprà in d. verb. tor
12 tura. el iij. versi. de repetitio. † Et tu regnicola non admittas, vt tortura adhibeatur passim in omnibus casibus: sed in illis delictis, vbi venit imponenda pœna vltrà relegationem, non infrà: vt est tex. in c. tormenta. & refert Gramma. in consi. xv. & voto xv. Matth. de Afflic. in const. in quæstio. in viij. not. idem Afflict. & Iser. in consti. si damna clandestina. Par. in verbo, tortura. el. iij. versic. an in causa pecuniaria. & ideò non habet locum tortura in insultu facto cum armis, & vi priuata, & percussionibus sine armis, & vbi veniret imponenda pœna publicationis bonorum: secùs in vi publica, & excogitato insultu cum turba, licèt cum baculo. secundùm Thom. Gramma. voto xv. & quæ sint delicta, in quibus venit imponenda pœna vltrà relegationem, vide infrà in verbo, pœnis debitis feriantur. ¶ F i s c v s. † Sed nun
13 quid tortura habeat locum, vbi venit imponenda pœna fustigationis: vt in atroci iniuria. l. fi. ff. de iniur. & in furto infra augusta lem. secundùm text. in c. ad hoc quòd nostrorum. & videbatur dicendum, quod sic: vt in iudiniduo decidit Par. in verbo, tortura. lo. iij. versic. an in causa pecuniaria. vbi dicit, quòd in furtis, licèt minimis, est locus torturæ. ¶ I v d. Contrariam opinionem puto tenendã ex mente Fran. Bru. in tra. de indi. & tor. in ij. parte. in iij. q. ubi dicit, quòd furtum in re parua, dicitur delictum leue: & sic nõ habet locũ tortura. & pendet hæc quæstio, an fustigatio sit maior relegatione, & licèt multi multa allegent: tamen potest induci doctri. Bar. in authen. de incest. nup. in prin. vbi maior pœna imponitur humili, quàm nobili inferenti iniuriam atrocem. vt l. fi. ff. de iniur. vt humilis fustigetur, & nobilis relegetur: ergo fustigatio est maior relegatione. Tho. Gramm. in consi. xxxvij. tenet, quòd fustigatio non est maior relegatione, sed similis: & per consequens dicit, quòd in furto minimo nõ habet locum tortura, & reprehendit Par. tanquam sine lege loquentẽ: non tamen aduertit ad dictam doctri. Bar. in d. l. fi. ff. de iniur. & idẽ dicit Io. de Arno. in commentario. nu. 31. & ita etiam tenet Moder. in d. c. ad hoc quòd nostrorũ.
14 ¶ F i s. † Nunquid serui possint torqueri per eorum dominos? ¶ I v. Dicas quòd Par. de Put. in lib. syndi. in verbo, tortura. el. iij. uer. an dicto torti. v. colu. uersi. an dominus. tenet, quòd sic. per l. & si certus. §. si appetitus. ff. ad Syllei. & sequitur Capy. in deci. 126.
15 ¶ F i s. † Quid faciendũ est, quando appellatur à comminata tortura, vel à decreto de torquendo? ¶ I v. Dicam de hoc in 3. parte tertiæ partis principalis, vbi videas.
16 ¶ F i s. † Sed cum quo moderamine & qualiter debet se habere iudex in torquendo reum? ¶ I v. In hoc aduertendum est, quòd non potest dari certa & determinata regula, cùm totum hoc depẽdeat ex grauitate, vel leuitate delicti: ex qualitate indiciorum, nunquid leuia, an urgentia sint: & an plura, an unicum: & ex qualitate torquẽdi, nunquid sit robustus & fortis,

an debilis, an delicatus: & an sit minor, an maior: senex, an iuuenis: infirmus, an sanus. quę omnia bonus iudex consideret in torquendo, vt innocentiæ, vel supplicio eum conseruet indemnem: vt l. quæstionis modus. ff. de quæstio. & ne damnet animam & corpus suum: vt etiam dicit Ang. de Are. in lib. male. in verbo, fama publica. in vij. q. vbi loquitur de tortura. pro quo etiam vide Gandi. in trac. de quæstio. & tor. & Io. An. in c. cum in contemplatione. de reg. iur. & Bal. in l. j. de confes. & Bal. in consi. clxxv. in fi. j. lib. quare consulo, vt in tortura adhibeatur ampolleeta, vt sciatur quanto spatio quis pependerit in tortura: & redigatur inter acta, quãdo erigitur ampolleeta ipsa, & quando finem facit. nõ enim debet tortura inferri per tres vel quatuor horas: imò rarò vltra horam: nisi in enormissimis. & considerentur prędicta. Arist. enim in primo omnium problemate: quare magnæ exuperantiæ pestilentes sunt; quoniã (inquit) aut excessum, aut defectum faciunt. qua quidem re morbum consistere certum est, idcircò nõ in immensum quis torquẽdus est, sed moderatè: ne si accideret, vt tortus in tortura moriatur, imputetur iudici, & ponatur in periculo, & præcipitio: quia teneretur tũc iudex, cum appareret egressum fuisse terminos & moderantiam tormentorum. secũdùm Cy. in l. iij. C. de adulter. quem refert & sequitur Ang. in d. lib. malefi. in verbo, fama publica prece.
17 antepe. col. in viij. q. †Et est aduertendum, ꝙ quinque sunt gradus tormentorũ: vt describit pulchrè Paul. Grillan. in suo trac. de quæstio. & tortu. in iiij. quæstio. Primus gradus est territio illa, quam infert reo iudex ligando ipsum, & ducendo ad chordam, & minando torturam. & iste primus gradus, secundùm eum potest inferri quibuslibet: etiam iis, quos de iure torqueri illicitum est: vt etiam suprà dixi. Secundus gradus torturæ est, cum reus ligatus eleuatur modicum suprà terram, & quasi ad momẽtum detinetur eleuatus, & protinus deponitur, vel detinetur suspensus spatio, quanto recitetur aue Maria: de quo secundo gradu dicam infrà diffusius. Tertius gradus est, cũ reus suspẽsus in tortura detinetur, quanto spatio recitetur semel miserere, vel bis, vel aliquantò diutius: absq; tamẽ aliquo tractu, vel impulsiõe chordæ: & ad istum gradum, dicit ipse, ꝙ iudex ascendere debet quotiescunque reus est magis de crimine suspectus, & indicia tendentia cõtrà ipsum sunt plenè probata: delictum tamen nõ est de atrocioribus. Quartus gradus torturę est, quotiescunq; reus post eleuationem diutius suspensus in tortura detinetur: videlicet per quartã, tertiã, mediàmue partẽ, vel duas tertias vnius horæ, aut per integram horam: secundum grauitatem criminis, suspitionem rei, & vires indiciorum, quandoq; in ipso detentionis spatio adhibentur vnus aut duo ictus seu tract⁹ chordæ, quãdo indicia sunt prægnantia, & sumus in delictis magis grauibus. Quintus & vltimus torturę gradus est, quotiescunq; post aliquam suspẽsionis detentionem, & ictus, siue tractus chordę, si adhuc reus

reus persistit in negãdo, appendũ-
tur pedibus ipsius pondera quæ-
dam: cuiusmodi sunt compedes
ferrei, & similia. & istud est sæuis-
simum genus tormenti, quod per
rarò iudex adhibere solet: & det
nisi in certis casibus, & crimini-
bus atrocissimis: vt est hæresis, cri
men lęsę maiestatis, euersionis sta
tus, & similium: & non passim, &
indistinctè in omnibus crimini-
bus, & delictis, vt faciunt crude-
les iudices hodierni, qui vere si-
tiũt sanguinem humanum, & per
immensum cruciatum & dolorẽ
coguntur nonnulli confiteri, quæ
nõ fecerunt. at quid dicam de iis?
anima eorum sepelietur in infer-
no, idcircò caue amantissime le-
ctor, ne damnes animam tuam, &
18 in syndicatu tenearis. † Et quod
suprà dixi de secundo gradu tor-
turæ: quando quis fuit ligatus ad
chordam, & parũ eleuatus suprà
terram, & protinus dimissus, an di
catur tortura: Bald. in l. ij. C. quo-
rum appel. dicit, quòd non est tor
tura: sicut lenis febricula, non est
febris. Paul. Grillan. vbi suprà vi-
detur tenere contrarium, & ibi di
cit hæc formalia verba: & ideo
ego nunquam consueui venire ad
gradum istum, nisi quando præce
dunt indicia, & sunt benè proba-
ta, tamen etsi sint indicia aliquan
tulum remota à facto, cum perso-
na est vilis, & ignota, & valde su-
specta de crimine, aut in respõsio-
nibus suis variat, & aliæ suspicio-
nes præcedunt, potest deueniri
19 ad istum gradum. ¶Fis. † Sed nũ-
quid tortura liceat inferri quocũ-
que tempore, etiam feriato in ho-
norem Dei? ¶Iv. In hoc passu al-
legatur tex. l. nemo. C. de epis. au-
dien. & in l. prouinciarum. C. de
fer. & est distinguẽdum pro veri-
tate decisionis, quòd aut sumus
in delictis grauioribus, aut leui-
bus, primo casu etiam die feriato
in honorem Dei procedi potest:
vt dictis ll. secundo casu non po-
test procedi ad torturam die fe-
riato. firmat expresè Fran. Bru. in
trac. de indi. & tortu. in ij. parte.
vj. q. nu. 52. versi. quæro vlterius:
& in hoc concordat c. regni inci.
item prouisa iuris sanctio, &c.
20 ¶Fis. † Nunquid minor quatuor-
decim annis possit torqueri? ¶Iv.
Dicas, quòd non: sed debet ferula
cædi: vt l. excipiuntur. ff. ad sena.
Sylle. & refert & sequitur Ang. in
tract. malefi. in verbo, fama publi
ca. versic. sexto quæro. quæ perso
ne. refert & sequitur Brun. in tra.
de indi. & tor. in iiij. q. nu. 16. vbi
allegat l. de minore. in prin. & l. ex
libero. ff. de quæst. & quòd possit
ferula cædi, allegat tex. in l. j. §. im
pubes. ff. ad Sylle. & l. excipiũtur.
in prĩ. ff. ad Syll. subdit Bru. quòd
istud non habet locum in crimi-
ne læsæ maiestatis, quia tunc mi-
nor torqueri potest, per l. de mi-
nore. ff. de quæst. & ibi not. Marsi.
vbi no. quòd minor in testem nõ
examinatur per torturam, fallit
in crimine læsæ maiestatis, quia
etiam cum tortura examinatur.
adde quòd dicit Lud. Bolo. in ad-
di. ad trac. Guid. de Suzar. in tra.
de indi. & tormen. quòd hęc pro-
cedunt in minore maiore infan-
te. secùs est in infante: quia ille e-
tiam ferula cædi non potest: nu.
21 13. ibi: in dictis additio. † Et an se
nes possint torqueri, vide infrà in
tertia parte tertiæ partis.

TERTIA

TERTIA PARS.

¶ Et si confitebuntur. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Confeßio debet fieri coràm iudice competenti.*
2 *Hæredi confitentis nocet confeßio facta coràm incompetenti.*
3 *Nullitas proueniens ex defectu iurisdictionis inualidat cõfeßionem.*
4 *Facta per iudicem incõpetentem, pro non factis habentur.*
5 *Iudex recipiens confeßionem, debet esse ordinarius, non delegatus.*
6 *Confeßio debet fieri coràm omnibus, si sunt tres iudices.*
7 *Confeßio debet fieri iudici pro tribunali sedenti, & quid si non est facta in forma iudicij. nume. 8.*
9 *Confeßio facta corã iudice tacente, an dicatur iudicialis.*
10 *Testes examinari debẽt per iudicem, vt faciant indicium.*
11 *Testis deponens falsum coràm actuario non punitur.*
12 *Id dicitur fieri apud acta, q̃d fit coràm iudice.*
13 *Obligatio recepta in absentia iudicis, non habet executionem paratam.*
14 *Iudice mandante actuario, quòd aliquid faciat, habetur ac si esset factum coràm eo.*
15 *Confeßio facta sub spe gratiæ, non nocet.*
16 *Stuprum commissum per allectationes, an dicatur violentum.*
17 *Confeßio facta pèr iram, non nocet. & nume. 136.*
18 *Confeßio extorta dolo aduersarij an noceat.*
19 *Minoris confeßio quomodò debeat fieri. nume. 19. vsque ad 27.*
27 *Mulier confitens an restituatur in integrum.*
28 *Furiosus & demens an poßint condemnari.*
29 *Confeßio facta per testem, an ei noceat, vt reo, postea inquisito. nume. 32.*
30 *Confeßio an noceat perempta instantia.*
31 *Confeßio incidenter facta, ad quid noceat.*
33 *Confeßio debet esse verosimilis, & debet esse probabilis. nume. 34.*
35 *Delictum in genere esse commissum quando dicatur constare.*
36 *Confeßio debet esse poßibilis.*
37 *Confitens se uenenasse aliquẽ, & inde mortuum esse, an noceat.*
38 *Confitens se alicui fregisse cranium, an, & quando noceat.*
39 *In confeßione an debeat perseuerari.*

84 Confeſ-

Diuisio tertiæ partis principalis.

¶ Iud. Sequitur congruenti ordine iuxta promissa tertia pars principalis, quam diuido principaliter in quatuor partes: in prima tractabitur de confessionibus iudicialibus spontaneis: in secunda de extraiudicialibus: in tertia de confessionibus per torturā extortis: in quarta de confessionibus fictis. Quocircà sequitur prima pars de cōfessionibus iudicialibus spontaneis.

Primo igitur loco, ut diximus, de confessionibus iudicialibus spontaneis dicturi, sciri oportere pręmonemus, plura requisita debere concurrere, ut confessio ualida sit, & sortiatur effectum. nam quædam requiruntur cōcernentia personam iudicis, confessionem recipientis: quædam personam confitentis: quædam temporis qualitatem: quędam qualitatem & formam confessionis: quędam locum, ubi fit: & quædam, quæ seruari debent per iudicē habita ipsa confessione: quare de ipsis requisitis primò dicemus: secūdò de effectibus ipsius confessionis: tertiò extrauagantes quæstiones in materia sparsim positas in vnum colligemus: & hunc ordinem in qualibet parte nostri tra-
1 ctatus seruabimus. † Atque circà personam iudicis confessionem recipientis, sciendum est requiri, vt iudex, coràm quo cōfessio fiat, sit iudex competens, & habens iurisdictionem, cùm aliàs ex mente omnium doctorum distinguendū esset: aut est talis iudex, cuius iurisdictio nullo modo prorogari potest, ut clerici in laicum: aut est talis iudex, qui licèt sit incompetens, tamen non est omninò incōpetens: sed eius iurisdictio prorogabilis est. primo casu omnes doctores uidentur in hoc concurrere, quòd talis confessio, nec ad cōdemnationem, nec ad indicium ad torturam operatur: secundùm Anto. de But. in c. at si clerici. de iudi. 4. col. uersi. utrum autē. Bal. in c. cū super. de cōfessis. & Ang. in l. j. col. ult. C. de confes. & in l. j. ff. eo. titu. Abba. in consil. xxv. vol. j. & Docto. antiqui & moder. in l. magistratibus. ff. de iurisdi. om. iudi. & firmat Afflict. in constitu. si damna clandestina. nono not. uersi. quarto quęro & latiùs, quàm alibi. per Boër. in deci. 90. in j. par. & licèt dicat in curia seruari contrarium: tamen prædictā de iure attestatur esse communē opinionem. Secundo uerò casu non operatur quoad condemnationem, sed tantùm ad torturam secundùm Bal. Ange. Alex. & cæteros Doctores in d. l. magistratibus. & Ange. in l. j. C. de confes. & Feli.

Feli.in d.c.at si clerici. & Bald.in l.clarum.C.de author.præstan.& Afflict.ubi suprà.& Ange.de Are. in tract. mal. in uerbo, comparẽt dicti inquisiti, & confitentur totum. versi. & tene mẽti. & Bald. in l. vnica. C. de confes. in pen. col.& Ludo.Roma.consil.ccccli. incip.quædam mulier.& plenè per Boër.ubi suprà.istud tamẽ, quòd faciat indicium, limitatur, ut nõ procedat, si fuerit confessio reuocata coram cõpetenti. secundùm Bal.in d.l.vnica.C.de confe.pen. col.& sequitur Ias.ĩ d.l.magistratibus. in secunda sublimitatione. sed Boër. in d.decisio. in fine optimè confutat. nam dicit ipse: ꝙ si hæc sublimitatio esset uera, esset destruere supradictã communem opinionem: nam aut coràm iudice competenti perseueratur, aut negatur. primo casu non est necessaria tortura, sed damnatur: aut negatur, & tunc est necessaria tortura, & proùt est communis opinio, irrogatur, ergo non potest esse uera sublimitatio prædicta, & sic concludit, quòd etiam si reuocata esset irrogaretur tortura: & ita seruatur secundùm eum. Limitatur etiam, ut procedat cõclusio suprà firmata, ubi confessio esset verosimilis. secundum Bald. in l. clarum.C.de autho. præstan.& sequitur Ias.ubi suprà, in tertia sublimitatione. & tenet Bart. in d.l. magistratibus. & Canoni. in d.c. at si clerici. & Ab.in c.olim.de rescr.& And. Barb. in add. Bald. in d.l.clarum.debet etiam concurrere ultrà uerosimilitudinem, quòd sit orta infamia aut suspitio, aliàs secùs. secundùm Ang.de Aret. in lib.ma.in uerbo, comparent dicti inquisiti. & confitentur totum versi. & tene menti. & id uolebat Bald.in d.l. clarum. & Inn. in ca. per inquisitionẽ extrà de electio. & ideò sit cautus eius aduocatus, vt reuocata dicta confessione, petat terminum, & in termino uerificet, quòd ex tali confessione nulla orta fuit suspitio, nec infamia: sed potius orta fuit fama, ꝙ est erronea. Limitatur etiam, ut procedat, si confessio fieret ad eundẽ finem: secùs, si ob aliam causam: vt tenet Iason vbi suprà. in iiij. sublimitatione. sed Alex. in d. l. magistratibus tenet contrarium, & dicit procedere dictam sublimitationem, quando est sententiatũ contrà confessionem, quòd sit facta non ad eundem finẽ. sed Fran. Cur. ibi in addi. Alex. defendit opinionem relatam per Ias. uide omninò Franc.Are.in d.c.at si cle

2 rici. & in consi.xxvj.in fi.col.† Et vbi confessio facta coràm incompetenti nocet alicui confitenti, nocetur etiã hæredi ipsius, si fuerit mortuus antequam ad iudicẽ suum competẽtem remitteretur: vt dicit Ang.in l.ij.ff.vi bono.rapto.quod est intelligendum, quãdo aliàs confessio defuncti noceret hæredi: tamen si benè inspiciatur, Ang.non videtur firmare pedes in hoc dicto: videatis eum.

3 † Et ad corroborationem prædicti primi requisiti, intellecti & limitati, & sublimitati facit, quia licèt aliàs confessio sit tantæ potentiæ, vt etiam confessus super inordinato processu possit condẽnari. secundùm Innoc. quem omnes secuntur in c.qualiter & quãdo. el.ij.de accu.& in c.per inquisitionem, de electio. est tamẽ uerum,

rum, nisi nullitas proueniret ex defectu iurisdictionis iudicis. nā eo casu dicta confessio non ualidat processum.secundùm not.per Docto.in d.c.at si clerici.in prin. & in c.olim de rescri.& ibi d.Ab-
4 bas. † Facit etiam, quia facta per iudicem incompetentem, pro nō factis habentur. secundùm Inno. in c. prudentiam. de offi.deleg.& habetur per Bal.in margarita sua. in uerbo,factum. & per competētem iudicem non possunt haberi
5 rata. † Requiritur secundò, ut sit iudex ordinarius, non delegatus. secūdū Ang.in cōsi.ccxvij.incip. in causa accusationis productæ. quē sequitur Hippo.à Marsi. ī practi.§. postquā.nu. 14. quod quidē intelligendū est de delegato habēte limitatam potestatē ad certos articulos causæ seu actus. nā tunc uerum est quòd, quantuncunque adsit confessio, non potest uirtute ipsius per ipsum iudicem delegatū procedi ad cōdemnationem ex deficientia iurisdictionis:& sic nō ex defectu ipsius confessionis. tamen non negatur, quin ordinarius uirtute ipsius repetitæ coram se possit procedere ad condemnationem:ut firmat idem Ang. in d. loco. & si negauerit coràm ordinario confitens, poterit per torturam cogi ad confitendum, & persistendum in confessione sua.
6 † Requiritur tertiò, ut si sint tres iudices in causa deputati, confessio fiat corā omnibus. aliàs si fiat coràm duobus, non sortitur effectū.secūdùm Abba.in c.olim ex literis.ī fi.de rescrip.& refert & sequitur Hipp.à Marsi.in consil.81.
7 nu.35.†Requiritur quartò,ut cōfessio sit facta coram iudice sedēte pro tribunali:vt est doctri.Sali. in l.iubemus.C.de liber.cau.in fi. & tenet Bar.in l. j.C.de confes. in prin.& habetur per Gl.in c.dudū. l. ij.in versi. responsionem. extrà. de elect.& Bal.in l.pe.in ij.no. C. de fideiu.& in addi.Spec.in tit.de confe.vers.confessio ista.& Alex. in l.si confessus.de cust.reo. & Iason in l.magistratibus.2. col.ff.de iur.om.iudic. sequitur Marsi.in l. de minore. §. plurimū quoq; nu. 11.ff.de quæstio.& tenet etiā Bal. ibi: licèt non ita clare. & uidetur ita sentire Affli. in consti. si dāna clandestina.in ix.not. dum dicit, quòd confessio facta corā iudice sedēte pro tribunali absque tortura, sufficit ad condēnationem. & sequitur idem Marsi.in practi.crimi.§.postquàm.num. 17.& idem sequitur Boër. in decisio. xc. nu. 8. in j.par.& uidetur esse communis opinio omnium doctor. uide Bald. in l. ictus fustium. ff. de in-
8 fa. † Et ex iis infertur, quòd confessio facta coràm iudice non in forma iudicii, vel coram actuario causæ, absente iudice: nō sufficit ad cōdemnandum: ut dicunt præfati Docto. in locis sup. allega. & sequitur Ro. consi. viij. & Fran. Bru. in tra. de indi. & tort.iij. q. in j. par. num. 17.& firmat Bald. in addit. Specu. in titu. de confes.versi.confessio. sufficit tamen ad torturam: vt habetur in dictis locis. quod quidem limitatur, ut procedat, nisi fuerit reuocata: quia tunc nō sufficit ad torquendum:ut habetur per Petrū de Gera.in sing.lxvij.incip.scire debes. vbi dicit esse de hoc doctr.Bal.in l. j.pe.col.C.de cōfes.adde sup.dictis Tiraq. ī tra.de retra.§.xxxvj. fol.

fol.746.nu.54.& 55. & an aliquid operetur, uide Bal. in l. ictus fustiũ.
9 ff.de infa.† Sed an confessio dicatur iudicialis facta coram iudice tacente: dicas, quòd sic: ut est tex.cum Gloss.in l. iusiurandum, quod ex conuentione.§.j.in uers. obstabit.ff.de iur.iuran. & uideas Bal.in l. interrogatam. C. de lib. cau.& uide Hippo. à Marsi.in l.j. in prin.ff.de quæst. iiij.col.uer.& hanc partẽ. & in l. fin. C. de probatio.& in l. de minore. §. plurimum.ff.de quæst.ij.col.versi.& fa
10 cit Gl. † Et ad corroborationem pdictorum de cõfessione facta coràm actuario causæ, facit, quia ad hoc, ut testes examinati ad inquisitionẽ faciant indiciũ ad torturã, necesse est, qꝫ examinentur à iudice, non per notarium actorũ: ut colligitur ex cle.j. de offi. dele. & per Bal.in rubr.de cõtro. inuesti. ij.col.& habeẽ per Marsi.in pract. cri.§.nunc uidendum.nu.30.nam probationes faciendæ sunt iudici. l.quinquaginta.ff.de ꝓbati.l.eos. & l.si quando. C. de test. & l.j.C. de re.alie.non alienan. l. ij. C. ex quib.cau.maior.& plenè per Mar. in l.j.ff.de quæstio. in prin.nu.16.
11 versi.septimò requiritur.† Itẽ facit ad corroborationem præfatorũ, quia testes deponentes falsum, dum examinãtur coràm actuario causæ, non puniuntur de falso. secundùm Bar.in l. si quis legatum. ff.de fal.quem sequitur Ang.in l.
12 j.C.de sepulch.uio. † Facit, quia id dicitur fieri apud acta, quod apud iudicem fit, secũdum Lucam de Pen.in l.instar.de iur. fisc.li.x.
13 † Facit & notabile dictum Affli. in constit.magistri camerarij. in xij.nota. quod si recipiatur fideiussio extrà locum iudicij in domibus priuatarum personarũ per tabellionem, uel obligatio in absentia iudicis, si fideiussores posteà negent, se fideiussisse, uel principales se obligasse, non erit standum tabellionis scripturæ: quia eã facit sine testibus & iudice ad contractus. & sic non est scriptura publica: nec est scriptura pœnes acta, quia facta sine præsentia iudicis est. facit etiam, quia color iudicij, & præsentia iudicis multa operantur: ut habetur per Doct. in l.pacta nouissi.C.de pact.maximè per Ias.qui multa notabilia dicit.& sequitur consulendo remissiuè Marsi.consi.cvj.ij.li.nu.7.cũ sequen. & ex iis clarè apparet, illam dici confessionem iudicialẽ, quæ fit coràm iudice, & in figura iudicii, idest, iudice ipso sedente pro tribunali: non illa, quæ fit coràm notario actorum. per illam Gloss.solennem in d.l. iubemus.
14 † Quæ limitari potest iudicio meo: nisi iudex mãdaret notario, ut illam scribat. quia cũ iudex mã dat, non est necesse, qꝫ posteà sit pꝛsens. per ea, quæ dicit Ias. in l. uideamus.§.deferre.ff.de in lit.iur. licèt posset dici, quòd prædicta limitatio procederet, quãdo cõfessio requireret ad suum robur solam præsentiam iudicis, & non figuram iudicii. quia tunc potest esse uerum, quòd præsentia iudicis, & mandatum à pari procederent. sed quia in cõfessione requiritur figura iudicii, ut suprà demõ straui: & sic iudicem sedere ꝓ tribunali: ideò nimirum, si non sufficit mandatum iudicis. sed præcedentem limitationem uidetur tenere Marsi.in pract.crim. §. post-

quàm. nu. 17. & eam expresse tenet Ange. in l. vnica. C. de confes. & videtur eam tenere Affli. in decisio. ccxlv.
15 † Requiritur quintò, ut iudex non ducat inquisitũ blãdis uerbis, & promissionibus gratiæ ad confitendum: sed quòd cõfessio sit facta sponte: quia confitens taliter, non potest ex tali cõfessione damnari. secundùm Ioã. de Imo. consi. cix. incip. uisa inquisitione. quem uidi in fonte. & firmat Marsi. in pract. cri. §. postquàm. nu. 16. vbi ad corroborationem dictæ doctri. alia adducit. & idem sequitur in l. siquis obrepserit. ff. nu. 9. ff. de fal. contrariam aũt opinionem nulla de prædictis mentione facta, tenet Affli. in cõstit. inter cætera. in fine. sed secundum primam opinionem consuluit idem Marsi. in cons. xiiij. in j. lib. in fi. & in consi. xxxij. nu. 22. eo. lib. & sequitur Par. lib. synd. in verbo, torturæ. versi. sequitur quęstio. & in verbo, aduertẽdum est. & Gramm. in q. iij. post suas decisio. incip. notabilis & pulchra. & firmat idem Marsi. in sing. ccj. incipiẽ. in confessum. & in singul. clxxvij. incipien. malitiis hominum. & habetur in addi. ad Affli. in d. constit. inter cætera. & plenè ac nouissimè per Carre. in sua practi. in l. obseruare curabis. in
16 prin. nu. 173. † Ad quorum corroborationem adducitur id, quod no. Afflict. in constit. siquis rapere. in ij. nota. in iij. quæstio. vbi dicit, quòd stuprum violentum punitur pœna mortis: non uiolentum punitur medietate bonorum omnium. & stuprum violentum non tantum dicitur, quando interuenit uis & uiolentia uera; sed etiam, quando interueniunt blanda verba, & allectamenta, ac dolosæ promissiones. & isto casu etiã punitur stuprum pœna mortis: quia illa promissio & seductio est uis interpretatiua. sic ergo in cõfessione facta blandis verbis & allectamentis iudicis, & promissionibus dolosis, non debet nocere: eò, quia uidetur extorta per uim
17 & violentiam. † Nam confessio debet manare ex propo sito. vndè si aliquis confiteretur aliquid per iracundiam, talis confessio nõ noceret. secundũ Ioã. de Imo. in c. fi. de confe. Gl. in c. ex literis. in uersi. admonita. de diuor. & confessio extorta tot blandis uerbis & dolosis promissionibus rectè intuenti non potest dici ex proposito manasse. uide infrà. nu.
18 136. † Vnum tamen uidetur prædictis obstare, nã habemus, ꝙ confessio iudicialis extorta etiam dolo aduersarii, præiudicat. l. minor xxv. annis. ff. de mino. secundum Gloss. in uer. probata. Bald. in l. de tutela. ij. col. uer. secũdo oppo. C. de in inte. rest. sed Bal. ibi dicit, ꝙ ĩteruenit sola sciẽtia aduersarii sine doli inductione ad fieri faciendum illam confessionem falsam. sed etiam potest dici pro solutione, quòd aliud est, quando interuenit dolus iudicis, à quo taliter cõfessio substantiat. Circà confitẽtis porrò ꝑsonã plura alia
19 requiruñt. † Et primò requirit̃, ꝙ confessio fiat ꝑ habentẽ legitimã ꝑsonã: & sic ꝑ maiorẽ, uel minorẽ seruatis seruãdis: vt dicit Ange. in li. male. in verbo, cõparẽt dicti inquisiti, & confitẽt̃ totũ. uers. necnon sis benè cautus. & dicit ita voluisse Cy. in l. clarum. C. de authẽ. præstan.

præstan.& Bart.in l.fi.§. pupillus. ff.de uerbo.obligat.& Sali. in l.j. C.de cõfes. & Gandi. in li. male. in rubrica. de aliquibus quæstionibus variis in male.vj.col. versi. sed quæritur.& Hippo.à Marsi.in pract.cri.§.nunc videndũ nu. 46. & in §.expedita. & in §. postquã. & in l.j.in prin.col iiij. vers.octauo requiritur.& in §. siquis ultro in fi.& in l. statu liber. ff. de quæstio.& in l.qui cędẽ.ff. de sicar. & in consi.ix.nu.18.& consi.xxvi.& nu.9.& cõs.xlviij.nu.31.& in cõs. lxij.nu.14.& in õsc.cxx.nu.22.23. & 24.& per Tho.Grammа. consi. xvj.& consi.lx.nu.11.fallit in crimine læsæ maiestatis, & ĩ atrocioribus:ut per Marsi. in d. consi. ix. & in l.de minore.ff.de quæstio.& per Afflic.in consti.minorum iura.post Docto.in d.l.clarũ.& fuit decisũ in sacro regio cons.Neap. vt refert Afflic.in decisio. ccviij. quòd si facta confessione in iudicio absque curatore,minor se petat restitui in integrum aduersus dictã confessionẽ tanquàm læsus, illa cõfessio nihil ipsi nocebit ex prædictis, & ex doctrina Ange.in l.certum.§.in pupillo.ff.de cõfes. & Alex.in l.nam & postea.§.si minor. ix.col.ff.de iur.iurand. & in consi.cxxvj.in iij.li.j.col.inci. in causa appellationis. Sed ꝙ si non fuerit illi datus curator,sed legitimè cõstitutus ꝓcurator an ualeat confessio? dicas,ꝙ sic:vt per Mar. in l.de minore.nu.36.ff. de quæst.

20 † Et sit cautus iudex,vt ad uidendũ iuramentũ minoris,faciat eius curatorẽ adesse:secundũ Sali.in l.

21 j.de cõfe.† Sed pone,ꝙ minor dicit ad torturã,vt torqueatꝰ:qui vidẽs se torquẽdũ esse, dicit:nõ torqueatis me, oĩa cõfitebor, & iuro me nõ uẽturũ cõtrà: an eiusmodi cõfessio ꝑiudicet ipsi minori.Bal. in l.j.C.de cõfe.versi.sed pone.dicit,ꝙ nõ ꝑiudicat,ne inducatur ꝑ indirectũ renũtiatio iurium & defensionis.& sequiẽ Ang.in li. male.in verbo, cõparuerunt dicti inquisiti,& cõfitẽtur totũ.versi. nec nõ sis benè i cautus.circa medium.

22 † Sed quid si minor negat,& ꝓpter suã negationẽ crimẽ crescit, vel eius pœna ex forma statuti, vel perdit beneficiũ cõfitentis,an restituatur,ut habeaẽ pro confesso:dicas, quòd sic:vt est tex.& ibi Bar.in l.si ex causa.§. nunc uidendũ. ff. de minor.& sequitur Ang.

23 vbi suprà.† Prædicta verò nõ habẽt locũ,quãdo minor confitetur cõtrà alium,vt testis. quia eo casu etiamsi nõ ĩteruenerit authoritas curatoris, valet & tenet eius confessio. ut pulchrè tenet Bald. in l. clarũ.C.de author.præstan.cõclusionẽ uerò principalẽ firmat etiã Boër. decisi.lxiij.nu.vij.in j. par. & habetur per Bertran. consi.94.

24 in iij.lib. num. 1.† Et intantùm sunt vera prædicta, vt non solùm procedãt & habeant locum in minore accusato:sed etiam accusante:ut tunc etiã requiratur authoritas curatoris:secundùm Bal.cõsi. lx. incip. factum sic proponitur. v. lib. & firmat, & sequitur Hipp.à Marsi.in l.j.ff.de quæstio.

25 in prin. nume. 18.† Item intantùm sunt vera prædicta,vt non solum procedant in confessione uera: sed etiam ficta, uigore statuti dictantis, quòd contumax habeatur pro confesso.nam eo casu minor contumax non dato curatore,non potest puniri uirtute il-

lius fictæ confessionis: ut habetur per Cepo. cõsi. xxx. & xxxj. & Bal. in l. clarum. C. de autho. præstan. & sequitur Marsi. in l. de minore. nu. 63. ff. de quæst. & Affli. in consti. minorũ iura in v. not. & Neil. in tra. bannito. in prima q. primi tẽp. & Boër. in deci. lxiij. in j. par. & Bal. in l. vnica. C. de confe. uer. iuxtà hoc quæro. qui uidetur tenere contrarium in adulto: & nõ in pupillo. & dicã plenius in quarta parte, vbi de confessionibus fictis tractabitur.

26 † Et non solum requiritur datio curatoris, ut confessio sit ualida: sed etiam requiritur, non eodem momento, quo datur, curator autorizet ipsi minori. nam esset nullus ille actus ꝑpter breuitatem temporis. ex quo apparet, quòd in tali præstatione autoritatis non processit aliqua causæ cognitio, quæ debuit interuenire ad ualiditatem actus: vt habetur per Pet. de Anch. consi. 82. incip. uisis diligenter actis. & habetur plenè per Hippo. à Marsi. in practica crim. §. nunc uidendum. nu. 32. & ideò semper antè præstationem autoritatis, facias apparere aliquem actum separatum, in quo appareat fuisse informatum curatorem de informatione & iuribus, & defensionibus pupilli & minoris, & de meritis processus, & ꝙ adhibita fuit causæ cognitio: quo facto securè potest præstari autoritas.

27 † Secundò requiritur ut si mulier in iudicio confiteatur delictum, de quo aliter non apparet, nisi per ipsius confessionem, ipsiusque si intersit non esse confessum id, ac ob id petat se restitui in integrum aduersus suam confessionem, non condemnetur uirtute dictæ confessionis: sed cõcedatur ei restitutio in integrum. quia in hoc habebit beneficium minoris: vt notabiliter dicit Affli. in consti. obscuritatem. iij. col. in ij. q.

28 † Tertiò requiritur, ut cõfitens non sit furiosus & demens: quia ex confessione non posset damnari instar minoris: vt habetur per Specu. in titu. de confes. §. sequitur. uersic. xiij. & plenè ꝑ Tho. Gram. in consi. xvj.

29 † Requiritur quartò, ut confessio fiat per reum criminis tanquam reum, & inquisitum ut reum: aliàs si fieret per aliquem ut testem, & sic repræsentantem aliam personam, non sufficit ad condemnandum: vt dicit Cap. in deci. sac. regij consi. lij. & Marsi. in consi. cxv. nu. 3. ij. lib. & hæc de requisitis circà personam confitentis.

30 † Sunt etiam, quæ requirunt circà qualitatẽ temporis, vt dixi suprà. atq; ut ea nunc persequamur sciendum est, quòd requiritur, vt confessio fiat tempore habili: aliàs si fieret tempore inhabili, uidelicet elapso tempore dato & statuto per leges uel statutũ ad inquirendũ, confessio nõ noceret confitenti. secundũ Bal. in c. j. de offi. deleg. pe. col. vers. pone, ꝙd maleficium. & firmauit Soc. in cõsi. cviij. inci. supposito statuto. in pe. col. post mediũ. & firmat Mars. in pract. cri. §. postquàm. num. 10. Contrariam opinionem firmauit Bal. in l. properandum. iiij. col. C. de iud. ubi intrepidè firmat, quòd etiam perempta instantia iuris cõmunis in criminalibus, vel statutaria seu secundum consuetudinem loci, confessus delictum potest cõdemnari, quia non petiit: confessio, & delictum est factum notorium.

rium. & ita tenet Marsi. sibi cõtrarius consi.xlvj.nu.18.refert & sequitur Ange.in li.male. in verbo, inchoata & facta.& in uerbo, cõparuerunt dicti inquisiti,& confitentur totum.versi.quæro au confessus, quam doctrinam corroborauit pluribus medijs Marsi.in l.j. §.diuus Antonius.ff.de quæst.iiij. col.& contrarium : & aliàs tenuit in d.l.j.nu.69. sequitur etiam doctrinam Bald.Ias.in d.l. properandum.nu.21.in iij. limitatione. & dicit ita teneri per Panor.in c.pe. in pe.col.de iudic.& faciunt ea, q̃ not.Bar.in l.si confessus.cum suis concordãtiis.ff.de custo.reo.quid uerò dicendũ in ista uariata quæstione? ego pro nunc dicerem ad concordandas opiniones, ꝙ prima opinio loquitur,& habet locũ iuxtà terminos l. q̃rela. C. de fal. de tempore statuto ipsi actioni, seu accusationi, seu iuri inquirendi, quo elapso præscribitur illi iuri : sequens uerò opinio loquitur simpliciter de tempore instantiæ iuxtà terminum d.l. properandũ. & ita locuntur Doct.in locis sup. allega. si rectè inspiciantur : & sic nulla est inter eos cõtrarietas seu diuersitas.¶ Circà requisita cõcernentia formam & qualitatẽ confessionis, notãdum est,quòd plura requiruntur: & idem tenet etiã ipsemet Bald.in l. quoniam aliàs. l.genero. ff.de iis, qui no. infa. & Feli.in c.ad aures. de præscrip. & ibi Par.in fine. & idem voluit Areti.in c. cùm Pet.Manconella.de accusa.colu iiii. licèt Roma. in l. j.§.occisorum.ff.ad Sylle. voluerit contrarium, quem reprobat
31 Are.vbi suprà. †Et primo requiritur, ut confessio fiat principaliter, & non incidenter, vt confessus condemnari valeat ad pœnam ordinariam delicti.secundũ Bart. in l.si confessus.ff.de custo.reo.& Io.de Imo.in c.fi.pe. col.de confess.& Sali.in l.mercalem.C.de cõdi.ob turp. caus. & plenè habetur per Marsi.in l.j.§.diuus Antoni⁹. vlt.colu.in princ. ff.de quæstio.& in practi.crimi.§.postquàm.num. 9.& ita fuit decisum in sacro regio consi.vt refert Afflict. in deci sio. clxxvj. nu.4. operatur tamen dicta confessio ad instruẽdum iudicem, vt possit formare inquisitionem:& non,vt ex hac sola possit condemnare. quia iudicium non erat ad hoc ordinatum: & sic est sine instantia. & proinde erit necesse, vt specialiter inquiratur de illo delicto, de quo extat confessio : & detur illi copia defensionis : & capituletur illa confessio facta. licèt enim confessio incidenter facta non sufficiat ad cõdemnandum:sufficit tamen,ut cõdemnetur confitens ad interesse partis. secundum Angel.in l.infamem.ff.de pu.iu.& in l.ij.in fi.C. de edendo. & uidet̃ tenere Bar.& Ang.in l.interdum.§.qui furẽ. de furt.& Ang.in l.ij.§.j. circa fi.ff.
32 ui bo.rapto.†Ad quorum corroborationem adducitur : ꝙ siquis examinatur vt testis,& confitetur aliquid, ac postea inquiritur, ut principalis de eo, quod confessus fuit ut testis, illa confessio ipsi non nocet : ut dicit Capy. decisi. lij.& consuluit Marsil.consi. cxv.
33 2.uol.nu.50. †Requiritur secundò, quòd confessio ipsa sit uerosimilis: aliàs non nocet confitenti. secundum Bald. in l.si quis in hoc genus.C.de episco. & cler. j.

col.& Pet.de Anch.cõs.xxiij.ici. visa inquisitione formata contra Philippũ.ꝑ quo facit text.c.quia uerosimile.de præsumptio.& l.nõ est uerosimile.ff.quod me.cau. & tex.l.si ita quis.vers. quod nemo sanus diceret.ff. de euiction. & ꝑ hoc faciunt multa similia allegata ꝑ Mar.in l.j.in prin.nu.65.cum se
34 quen.ff.de quæst.† Requiritur tertiò, quòd confessio ipsa sit probabilis. & sic antè omnia debet constare de corpore mortuo: & sic de delicto in genere commisso.nã siquis confitetur se hominem occidisse,& postea proiecisse in mare, non debet puniri, nisi de corpore mortuo constet, saltem per famã.secũdùm Bal.in addi. Spec. in titu.de senten.18.col.in fin. & idem etiam firmat idem Bald. in l.cum probatio.ff.de probatio. in suis addi.& in authẽ.sed nouo iure. C. de fur. & faciunt dicta per Ang.in l.j.C.de confes.vbi ponit de illis Malandrinis, qui confessi sunt, se occidisse plures mercatores peregrinos, & illos proiecisse in mare uel flumen, an stãdum sit tali confessioni. & dicit,quòd inspiciendum est,an mare uel flumẽ sit propè.quia si est propè, eis nocebit: secùs autem,si non sit propè. facit etiam pro prædictis doctrina Angel.de Areti. in lib. malefi.in verbo, & vestem cœlestem abstulit. in vj. char. uersi. quòd si quis confitetur.ubi dicit: quòd si quis confitetur se commisisse plura furta diuersis temporibus, huic confessioni standum nõ est: quia talis confessio est generalis, cum non constet de rebus subtractis. & ideò iudex debet esse cautus,ne damnet corpus & animam suam: quia tales confessiones nõ debet simpliciter admittere: sed debet eas verificare inquantum potest, mittendo nuntium qui veritatem,& quas se res furatum esse confessus est inquisitus, inquirat:ita vt appareat, quæ distraxerit,quæ pignorauerit, & quæ penès se habeat: aliàs si hoc iudex non faceret,sæpè innocentes condemnaret,vt firmat etiam Grammati. in decisio. ij. nume. 38. & Marsi.consil.cix. nume.19.ij. lib. & consil.viij.nu.2.& consi. xxxx. nu.6.& consi.xlix.nu.11.& consi. liij.nu.3.& consi. lxxvj. nume.4. & consi.cxxx.nu.13.ij.lib. & consil.xiiij.nu.18.& consi.xxij.nu.9. & Franci.Brun.in tract. de indic. & tormen.vj.quæst.ij.partis. nu. 8.& nu.29.versi.postremò quæro. & Par.à Put.in lib.syndic. in verbo,confessio el.j. nu.7. & Grammat.consil.xxxvij.nu.20. & consil.xxij.& consi.lx.nu.2.& in decisio.38.& Aymo. Craue. consil. cxxxiiij.nu.38. vide omninò Aymo.Craue.consi. cccxxxiiij.ij. li. & consi.cclx.eo.lib.vide Boër. in
35 decisi.164.nu.9.j.par.† Et an dicatur constare de furto commisso, si apparet de fractura capsæ vel alterius loci,non aliter constito,vide Mar. in cõsi.viij.in j.par.
36 & Mar.cõsi.48.nu.49.& 50.† Requiritur quartò, quòd confessio ipsa sit possibilis: aliàs confitenti non præiudicaret: vtputa, si reus cõfiteatur se occidisse hominem viuentem adhuc. per text. l. inde Neratius. §. si quis hominem viuum.ff.ad l. Aquil. & habetur in l. confessionibus.& in l.si is.ff.de interroga. actio. & hanc partem firmat do. Anto. in c. significa-

sti.

37 sti.ij.col.de homici. † Et pro præ prædictis facit: quòd si aliquis cõ fitetur se venenasse aliquem, & mortuum esse, ex hac confessione non debet condemnari. quia est impossibile, vt sciatur, an mortuꝰ sit ex illo veneno: vt latè habetur per Marsil. in l.j.§. prætereà. ff. de sicar. nu.37.& per Affli. in consti. mala noxia.j.col. & dixi infrà in cõfessione extorta per torturam.
38 nu.102.xxxiij.q. † Itẽ facit: quia si quis fatetur se alicui fregisse ca pitis cranium, talis confessio non nocebit: quia impossibile est scire an quis percutiendo caput fregerit verè cranium, quia an id sit tractum, laborarũt medici periti pro curando vulnus, bis aut ter adhibita candela. secundum do. Ant. in c.fi.vj.col.ver.quæritur.extrà. de confe.& plenè per Marsi. in l.j.
39 in prin.nu.62.ff. de quæstio. † Requiritur quintò, ꝙ talis confessio sit perseuerata: etiam ꝙ sit spontanea & iudicialis. secundùm Lud. Bolo. in addi. ad Guid. de Suzar. in tra. de indi.& tor.nu.46. vbi ex nonnullis iuribus & authoritatibus firmat hanc opinionem.& antè eum tenuit istam opinionẽ Ange. de Are. in lib. male. in verbo, fama publica. pen. col. & per Cuma. con.cxxxvij.& per Mar. in practi. cri.§. postquàm. in v. col. versi. addo vlteriùs. sed contrariam opinionem tenet Bal. in l. vnica. C. de confes.& in l.fi.C. de proba. & in l. addictos. C. de epis. audiẽ.& Frã. Bru. in trac. de indi. & tor. ij. par. in vj.q.nu.21. vbi dicit, quòd vera, communis, & quasi omniũ con clusio est, ꝙ confessio iudicialis spontanea vnica sufficit ad condemnãdum: licèt insuper dicat, ꝙ cauti assessores semper in arduis negotiis faciunt sæpiùs repeti cõfessionem apud acta. secundùm Bal. in l.ij.C. de custo. reo. licèt ipse ex mente eiusdem Bal. dicat postcà, id esse verum in cõfessione in tormentis facta: & ꝙ ita de generali cõsuetudine seruatur, distinguit tamen Bal. ibidem, cuius distinctionem sequitur idem Fran. Bru. ꝙ quandoque in confessione perseueratur expressè per expressam cõfessionem factã apud acta, & tunc nõ est dubium, quin talis confessus ex sola cõfessione facta possit damnari, secũdum omnes: quandoq; in confessione perseueratur tacitè, quia nõ reuocatur talis cõfessio, & tunc aut emanauit spontè, & sufficit ad cõdemnandũ: aut metu tormentorum, & nõ sufficit, sed repetenda est: quandoq; in confessione non perseueratur tacitè, nec expressè, sed reuocatur confessio, & tunc, si quidem sunt aliqua indicia facientia pro reuocatione, admittitur reuocatio: sed potest cogi cõfiteri: ergo fortiùs potest cogi perseuerare in confessione: si autem nulla indicia apparent pro vel contrà, videtur, quòd ista reuocatio sponte facta non procedat, nisi error allegetur & probetur: vel staret per iudicem, non per allegantem, quò minus probaretur. & ꝙ vnica confessio etiam non ratificata, sufficit ad cõ demnandum, tenet Mar. in practi. §. quoniam. iij. col.& Imo. in con sil.cix. refert hanc fore cõem opi. quòd non requiratur perseueratio, sed statim confessus condemnandus sit. vt per Tho. Grammat. consi.40.& per Marsi. singul. 201. & per Gand. in rubri. de quæstio.

 & per

& per Par.in lib.syndic.in verbo, tortura lo.j.versi.officialis. in fi. & versi.an ex sola confessione. & in verbo,tortura.lo ij.versi.sequi tur quæstio.& in verbo tortura. lo iij.versi.nunc videndum. & in uersi.an stetur dicto torti.circà fi. & in uer.ratific.in fi.& plenè Car re.in l.obseruare curabis. C. quorum appe.non recipi. nu.23. cum sequen.& do. Guido de Suzar. in
40 trac.de indi.& tor.nu.43.† Requiritur sextò,quòd contrà talē confessionem non sit aliàs sententia lata, aliàs etiam si esset confessio spontanea, non noceret.secundū Inno.in c.mulieri.de iureiur. refert & sequitur Bald.in l.siquis in hoc genus.C.de epis & cler.& sequitur Marsi.in practi.cri.§.postquàm.nu.11.& magis plenè: licet Docto. præfati non allegent per eundem Inno.in c.cum venerabilis.de excep.& ibi per Feli.an confessus & absolutus possit alibi cōueniri virtute illius confessionis, vide Boër.in decisio.289.nu.8. in
41 ij.parte. † Sed hic aduertendum esse puto, quia videtur obstare tex.l.qui seruum.ff.de interroga. actio.& habetur per Bald. in l.ij. C.qui.res iudi.non no.vbi colligitur, quòd si quis confessus se hominem occidisse, suspensus fuerit, & post paucos dies verus homicida captus planè falsus fuerit omnia, certè damnandus erit & hic ad mortem, ob dictam suam confessionem, si ergo vera esset simpliciter doctr.suprà relata,hic secundus confitens non deberet damnari.quia videtur, quòd aliàs sit sententiatum contra ipsius cōfessionem,nam apparet alium dānatum ad mortem ob illud delictum commissum per vnum solum.& sic proinde haberetur, ac si ista secunda confessio reprobata esset per illam sententiā,& sen-
42 tentiatum esset contra eam.† Prætereà si loquimur in uno eodemquemet confitente post sententiam, adhuc uidetur posse dici, quòd confessio sua ipsi noceat, non obstante sententia. nam habemus, quòd si quis vbi obtinuit sententiam in sui fauorem,confiteatur ueritatem,& retractetur dicta iam sententia. secūdùm Inno. in c.quia pleriq;. col.j. de immu. eccle.& Abb.& Ant.de But. in c. is qui fidem.de spon. & Abb.in c. quantò.de præsump.& in c.j.in fi. de conces. præb. & Ias. in repetitione l.admonendi.col.xxiiij.versic.ego inter alios.& in l.si duo.§. idem Iulianus.in sexto notabi.ff.
43 de iureiurādo. † Prætereà confessio post sententiam est tanti vigoris & momenti, ut licèt confessus possit appellare post latam sentētiam, si condemnatus sit ob dictā suam confessionem; tamen id nō habeat locum in confitente post sententiam,quia appellare nō potest;ut per Bart.& alios in l.obseruare curabis. C. quo app. non reci.& traditur in l.non tantum. ff. de app.& in l.addictos. C.de epi. aud.& Bar.in l.constitutiones.ff. de app.& Bal.in l.ut debitum. C. de hære. act. & Philip. Fran.in c. cū speciali §. porrò.uer.ex prædictis no.iij.col. de appella. & ple-
44 nè per Lud.Carre.in d.l.obseruare.nu.35.in prin.† Quare intelligere oportet dictum Inn. & intelligi debet secundùm text. in quo eius dictum fundatur: uidelicet ex c.mulieri.de iureiuran.& ultrà

exemplum

exẽplum ibi traditũ (vt intelligatur, quomodo procedat) pone casum, ꝙ stante statuto, ꝙ occidens bannitum habeat præmium, euenit, vt repertus fuerit quidã bannitus occisus quem Titius asserit & cõfitetur occidisse: vt cõsequatur præmium statuti: verum quia non probauit, nisi per suam confessionem iuratam, fuit determinatum & sententiatum, non debere gaudere premio statuti, ex quo nõ probauit se occidisse ipsum: modo quia reperitur illum bannitum occisum non fuisse legitimè bannitum, & proinde nõ potuisse occidi: & sic Titius impetitur ob dictam suam confessionẽ, & prætenditur per fiscum condemnari ad pœnam ordinariam delicti virtute dictæ suæ confessionis, certè non potest, quia sententiatum est cõtrà dictam confessionem, & ratio est secundùm Abba. in d.c. mulieri nu. 10. quia curia non approbauit, nec recepit illam, & idcircò non potest super illa se fundare, & cogere cõfitentem ad eius obseruantiam. & hoc modo intelligendo cessant omnia contraria, quæ licèt sint vera in se: tamen doctrinæ Innocentii non obstant.

45 †Requiritur septimò, ꝙ confessio sit roborata causa: nam aliàs, si est nuda, & non coadiuuata aliis cõiecturis & adminiculis, & non adest causa legitima, vt suprà, nõ sufficit ad cõdemnandum: vt consuluit Pet. de Anc. in consi. xxiiij. incipien. visa inquisitione formata contra Philippinum. quem sequitur Marsi. in practi. cri. §. postquã. nu. 21. adde Marsi. in l. j. §. præterea. nu. 104. ff. de quæst. & Afflic. in consti. volumus. in vij. & not. & eundem Marsi. in singula. 219.

46 incip. obligatio. †Requiritur, octauò, ꝙ confessio sit simplex, vt ex ea quis ad mortem condemnari valeat. nam licèt Bart. in l. Aurelius. §. idem quæsiit. ff. de libe. lega. voluerit, ꝙ confitens se occidisse hominem, tamen ad sui defensionem, & sic qualificate, potest licitè condemnari ex illa sua confessione: & potest iudex illam acceptare, quatenus confitetur se occidisse hominem, & respuere, quatenus confitetur ad defensionem (cuius opinionem sequitur Bal. in l. vnica. C. de confes. xiiij. col. versi. denuo quæro de quęsti. cotidiana. & in l. siquidem. C. de excep. licèt contrarium voluerit Sali. in d. l. vnica. in versi. iiij. opponitur. & opi. Bar. sequitur Ange. de Are. in lib. malefi. in verbo, comparent dicti inquisiti, & partem confitentur, & partem negãt. vbi dicit se vidisse seruari opinionem Bar. de qua quęstione latiùs dicam infrà) tamen ex tali confessionę nõ simpliciter facta, sed qualificata, nunquam potest condemnari ad mortem & pœnam ordinariam. secundùm Panor. in c. auditis. de præscri. pę. col. & sequitur Iaſ. in l. vt vim, ff. de iust. & iur. nu. 13. in fi. & Bertran. consil. cccxxxxj. j. lib. & addo videndum Abb. in c. afferte. extrà, de ꝑsump. in iij. colu. & habetur plenè per Thomam de Ferra. in caute. v. vbi plenè. & sequitur Afflic. in const. terminũ vitæ. in vij. q. & hæc intelligenda sunt, non aliter probata defensione. & habetur per Marsi. in practi. cri. §. ij. q. nu. 14. & in §. postquam. nu. 23. & 24. & Grã. in consi. lxix. nu. 13. & Capy. in decisio.

47 cisio. clv.nu.11.† Et vt pleniùs videamus, an confessio qualificata sit in totum acceptanda, an in partem: si, & quatenus, conclusiuè dicas, quòd aut contrà qualitatem annexam adest præsumptio iuris, & tunc potest pro parte acceptari: vt si reus confiteatur se occidisse hominem ad sui defensionem, vel nõ animo occidendi: vel dixisse iniurias nõ animo iniuriãdi. nam istis casibus statur confessioni cõtra se: vt ff. de inter roga. actio. l. de ætate. quatenus verò dicit nõ animo occidendi, vel ad sui defensionem occidisse, huic qualitati non adhibetur fides: vt l. exemplo. C. de proba. tamen licèt non stetur, non propterea reiicitur, vt nõ debeat admitti ad probandum confitens: vt est tex. Glo. & alii in l. siquidẽ. C. de excep. & tenet Alex. consi. xx. nu. 22. iiij. lib. & plenè per Marsi. in consi. cxxxv. nu. 5. & cõsil. cxxxvj. nu. 28. & consi. cxxix. nu. 1. in ij. lib. nam etiam cõfessis reis non denegantur legitimę defensiones l. si filius. §. exceptionibus. ff. de interro. actio. & ibi Bal. ad quas probandas reus debet admitti. l. j. C. ad leg. Cor. de sica. l. si nõ conuitii. C. de iniu. & tunc nõ fit distinctio: an sit vnum capitulum, an plura. secũdùm Abb. in c. bonæ. el ij. col. pe. de postu. præla. & Pet. Philip. Cor. con. xciiij. col. ij. in litera. i. in iij. vol. & tenet Io. Mi. in pract. cri. fol. 70. nu. 18. cum plurib. seq. aut contrà illam qualitatem nulla adest præsumptio iuris, & tunc aut cõfessio cõtinet vnum capitulum, aut plura. & primo casu debet tota acceptari, & nõ potest diuidi: vt si reus cõfiteatur se promisisse sub cõditione: vel si dicat: verum est, quòd recepi à te decem quæ mihi debebas ex causa mutui. secundùm Abba. in d. c. bonæ. & Bar. in l. Aurel. §. idẽ quæsiit. ff. de liber. leg. secundo verò casu, quando cõtinet plura capitula, vt si dicatur: verum est, & mutuasti mihi decem, sed fecisti pactum de nõ petendo: & tunc potest acceptari pro parte: & tenetur reus probare pactum de nõ petendo: aliàs cõdemnatur: secundũ præfatos Docto. & prædictis adde And. de Iser. in consti. terminum vitæ. in fi. & Ioã. Mil. in pract. cri. fol. 71. nu. 33. cum plurib. seq. vbi aliter & latiùs distinguit. & vide Angel. de Aret. in lib. malefi. in verbo, comparent dicti inquisiti, & partem cõfitẽtur, & partem negant. & ibi dicit, quòd si confitetur quis factum, sed negatur qualitas, potest condemnari, si non probetur qualitas. per no. per Bart. in l. cum qui. in prin. ff. de iu. iuran. & in l. senatus. ff. de accusa. & Ange. in l. denuntiasse. §. quid tamen. ff. de adulter. vide Alexan. in consil. lxxxvij. pri. vol. nu. 1. & quãdo dicuntur plura capitula, vel vnum, vide per Bar. in d. §. idem quæsiit. ff. de libera. leg. & per Marsi. in §. postquàm. nu. 23. & 24. in practi.
48 cri.† Sed ecce, confitetur quis se occidisse hominem, tamen ad sui defensionem, vel aliter, quæro an possit torqueri, vt explicitè deponat. Bald. in l. vnica. xj. col. C. de confe. versi. si tamen iudex. videtur tenere, quòd sic. & idem tenet Lãfra. in c. quoniam contrà. de pro. in verbo, confessiones. versi. quæro iuxta præmissa. & Tho. Grammati. in voto. ij. nu. 12. & in voto 24. licet Tho. Ferra. in caute. v. tenuerit

nuerit contrarium. & idem cum Bal. videtur firmare Ange. Are. in in lib. male. verbo, comparēt dicti inquisiti, & partem cōfitentur &
49 partem negant. † Requiritur nonò, quod cōfeßio sit expreßè accepta per querulantem, vel iudicem inquirentem. ita dixit Cy. & Sali. in l. vnica. vj. q. C. de confes. & Sali. in l. iubemus. C. de libe. cau. & in l. generaliter. C. de non nu. pecu. & Alex. con. xx. incip. in causa appellationis. 4. libr. & refert ac ita consuluit Gramma. vo. xvij. nu. 10. cum seq. aliàs secundùm eum
50 nō noceret cōfitēti. † Requiritur decimò, quod cōfeßio nō sit reuocata prætextu erroris, quia eo casu etiam si cōfeßio esset perseuerata, & allegaretur antè sententiam ipsam fuisse, & esse erroneam, nō debet procedi ad cōdemnationē: sed debet audiri, & dari terminus ad probādū de errore, vt habetur per Gandi. in lib. male. in tit. de q. & tor. v. col. versi. sed quid si confessus. & per Sali. in l. ij. pe. col. C. de custo. reo. & idem firmat Guido de Suzar. in tract. de tormen. xj. col. versi. sed quid de quæstione. idem firmat Bal. in l. fi. j. colu. C. de proba. & in l. in bonæ fidei. ij. col. C. de reb. cre. & Pe. de Anc. consi. xxiiij. incip. nisi inquisitione formata. & plenè per Marsi. in l. j. ff. de quæst. §. fi. nu. 89. & idem firmat Grām. voto vij. vbi refert ita tenere And. de Iser. in const. si damna clādestina. iiij. col. etiā in confeßione iurata. & ita etiam firmat Gramma. voto x. nu. 33. cum sequen. idem firmauit consi. lxix. & Marsi. in pract. §. quoniam. & quod nō obstante iuramento poßit reuocari, cōcludit Bal. in auth. iu

bemus. circa med. C. de iudi. & in l. j. C. de confe. xv. col. ver. sed pone, minor. & Ludo. Roma. consil. cccxcj. incip. ut præposita. circa medium. & cōsuluit Marsi. consi. cxviij. nu. 21. ij. lib. & habetur per Cardi. cōsi. cj. incip. in causa appellationis. & an cōfeßio filii poßit per patrem vel aliam coniunctam personā reuocari, vide Glo. ī l. ij. §. si absens. ff. si ex no. cau. & Bar. in l. cum filius, in prin. ff. de verbo. obliga. & plenè per Par. de Pu. in lib. syndi. in verbo, tortura. el. iij. versi. sequitur quæstio cotidiana. v. col. & ad probandum errorē cōfeßionis admittuntur consanguinei illius cōfitentis. secundùm Ang. in l. si is, cum quo. ff. de confe. & ibi per Par. de Put. & ad de, quod allegata erronea confeßione per tormēta extorta, tempore ratificationis, non potest procedi ad torturam: sed debet dari terminus ad probādum de errore: vt plenè habetur per Grā. in voto vij.
51 † Prędicta sunt vera, nisi vltrà cōfeßionem adessent indicia indubitata, quę cōiūcta cū cōfeßione indubitabiliter indicāt veritatē: secundum Bal. in l. fi. ff. de quæst. & Fran. Bru. in tra. de indi. & tor. iiij. q. primæ partis. nu. 4. nam tūc
52 non prodest reuocatio. † Itē prædicta procedunt in vera confeßione: secus est in ficta. nam in ea non admittitur reuocatio prętextu erroris: vt latè prosequitur Hippo. à Marsil. in d. l. pri. §. fi. ff. de quæstio. nume. 93. & latiùs dicam in vltima parte, vbi de confeßionibus fictis. † Et an in causa appellationis poßit reuocari confeßio erronea: dicas quòd sic. secundùm Bald. in l. edita.

37. col.

37.col.C.de eden.& Alex.in l.ad-
54 monēdi.ff.de iure iuran. † Et an probando rē aliter se habere, confessio dicatur erronea, per Phili. Cor. consi.261.incip.de duobus.
55 iiij. lib. † Et an confessio possit reuocari post terminū præfixū ad reuocādum. Ange. Are. instit.de actio.§.si minus.dicit,quòd non: per Ro. per Bar.in l.pri.ff. de confe. & in l.error.de iur.& fa. igno. & Bar.Cepo.caute.149. & est Gl. sing.in c.ex literis. in versi.admonita. de diuor. quam allegat Bal. in l. cum precum. C.de libe.cau. & per do. Ias.in d.l.error.22.col. versic. secundò. princi. quæro.
56 † Et an confessio facta post sententiam possit reuocari: Bart. in l.non fatetur.ij. col.ff. de confe. & in l. error. in princ.& ibi Bald. in ij. oppo.& in pri.col. uersi.modò uenio ad secundam regulam, & in iij. q. C.de iur. fa. igno. ubi Bart.dicit, quòd non, si est spontanea, vel ad interrogationē partis: secùs,si ad positionem partis, quia restituitur in integrum:licèt ibi Bal. aliàs dicat:quod etiam tenet Alex. post Bart.in l.j.in prin. de eo,per quem fa.erit.& ibi Fulgo.& Pau. de Cast.& Panor.in c. ex parte.9.col.extrà.de confessis.
57 uersic.nunc ueniamus.† Requiritur undecimò,quòd confessio nō fiat ex causa pietatis:ut,si pater uidens filiū morti tradi uel torqueri, confiteatur. nam sicùt confessio facta metu tormentorum,non nocet,nisi perseueretur in ea: ita confessio facta ex causa pietatis, non prodest ad condemnandum, nisi perseueretur.secundum Abb. in c.afferte.pri.col. de pſumptio. & refert & sequitur do. Alex. in apostill. ad Bart. in l.pri. §.diuus Seuerus.ff.de quæstioni.ubi Mar. in final. uerbis. & per eundem in pract.crimi.§.quoniam.nu.39.& per Boër.in decisio.clxvj.num.8.
58 prima parte. † Requiritur duodecimò, quòd non liqueat de innocentia confitentis: cùm aliàs etiamsi confessio esset perseuerata, non noceret. secundùm Tho.
59 Gramma.in uoto vij. † Requiritur decimotertiò, quòd confessio sit clara & non dubia, quia si est dubia, interpretatur in fauorē rei. secundùm do. Anto. in ca.ex literis. el j.in fi. de sponsa.quē refert & sequitur Deci. consi. 118. incip. uiso. in ult. col.& sequitur Marsi. in pract. cri. §.post quàm.
60 nu. 25. † Sunt etiam alia requisita concernentia loci qualitatē, quæ debent concurrere,ut ualida sit confessio. Ac primò quidem, quòd fiat confessio coràm iudice in loco solito iudiciorum, & non alibi: secundùm Bald. in l. unica C.de cōfes.in 19.col.in prin.uersi. quæro, nunquid confessio. sed Angel.in d.l. vnica in prin. dicit, quòd si fiat confessio coram iudice, & locus sit honestus, & iudex non habeat determinatum tribunal, quòd confessio facta tenet.si verò iudex habeat determinatū tribunal, erit idem, si confessio emanatur per modum uoluntariæ iurisdictionis: ut,quia sine interrogatione pars confitetur, uel cū interrogatione, sed iudice nō præcipiente,quòd responderet: si uerò emanatur per modum contentiosæ iurisdictionis, in duobus casibus est idem: primò, quādo nō requirit plenam causæ cognitionem: secundò,quando emanatur

ad ordinationem iudicii. in aliis verò casibus secundùm eum semper requiritur, iudicem sedere in loco maiorum, ad hoc, vt dicatur actus in iudicio factus validus. & ita etiam tenet Sali. ibi nu.7. benè tamen confessio facta in loco non solito sufficit ad imponendã pœnam extraordinariam: ut consuluit Marsi. in consi. ij.nu.28.& 29. primo lib.& Marc. Anto. Blã. in repeti.l.fi.ff.de quæstio. nume.
61 212. cum sequen. † Requiritur secundò, quòd confessio fiat in loco iurisdictionis, non extrà. per not. in l.fi.ff.de iurisdi. omn.iud. quod est verum, nisi fuerit habita licentia à iudice illius loci ibi ꝓcedendi contrà subditũ, quia tũc valet cõfessio, per no. per Afflict. in consti. de quæstionibus, quas
62 primo no. per illum text. † Requiritur tertiò, quòd confessio ipsa non fiat in loco torturæ, in carceribus, & in vinculis, sed solutis vinculis & catenis: opus est extrà locum & aspectum torturę fiat, vt dicatur confessio iudicialis spontanea. aliàs nãque diceretur metu torturæ facta, & requireret perseuerãtiam ac ratificationem, sicùt quæ facta est in tormentis, & ꝙ diceretur facta metu tormẽtorum, si fieret propè tormẽta. tenet Bar. in l.j.§.item diuus Seuerus. ff. de quæst. sed Ang. in l.item apud Labeonẽ. §.quæstionis. ff. de iniur. dicit, quòd sola ductio rei ad torturam, & ad funem, est leuis territio: sed ductio & ligatio faciunt videri confessionem extortã metu tormentorum. & sic videtur tenere cõtrà Bar. Gãdi. in tract. male. in rubri. de quæstio. & tor. dicit, quòd sufficit, quòd sit quis ductus ad chordam, etiamsi non fuerint ligatæ manus post tergum, vt confessio videatur facta metu tormentorum, & sic contrà dictum Ange. & dictum Gandi. sequitur Aug. de Ari. in addi. Areti. in verbo, fama publica, in antè pe. col. & idem, vt videtur, sequitur Bar. in l.nouissimè.ff.quod fal.iu. auto.& cum hac opin. transit Fran. Bru. in li.de indi.& tor. in ij.parte.secun.q.in prin. sequitur Mar. in pract.cri.§. expedita. nu.10. & Guido de Suzar. in tract.de indi. & tor. nu.72.& ibi do. Ludo. Bolo. in addi. dicit, quòd confessio in tormẽtis æquiparatur cõfessioni, quæ fit ad pedem ipsius torturæ: uerum dicit: si fuerint ligatę manus. Pau. Grillã. in tra.de quæstio.& tor. in q.4. dicit, quòd confessio facta in istis præparatoriis tormentorum, dicitur extorta metu tormentorum, & indiget ratificatione. sequitur Thoma. Gramma. consi.15.nu.7. cum pluri. seq. ego tamen pro nunc limitarem prædicta, ut procedant in homine debili & infirmo, & formidoloso. aliàs si fuerit robustus & nõ meticulosus, etiam non data perseuerãntia, posset talis confitens in loco torturæ dãnari, nulla alia ratificatione quęsita. pro hoc est, quod dicunt Docto. quòd si quis verè sit tortus sed modicè, & sit homo robustus, confessus potest ex illa confessione damnari, nulla data perseuerãtia: vt dicit Bal. in l.j.C.de cõfes. & sequitur Par. in verbo, tortura. el j. versi. an ex sola confessione. & sequitur Grãma. voto 6. num.8. cum aliis seq. quantò magis, si solummodò timor sit illatus per ductionem solam

lam ad locum torturæ? & in hoc. vide Guido. de Suzar. in tract. de indi. & tor. nu. 72. & ibi Ludoui. Bolo. in addit. & inquantum suprà dixi quòd cõfeſsio debet fieri ſolutis vinculis & catenis, & extrà carceres: Bald. in l. j. C. de custo. reo. dicit, quòd ligatus manicis ferreis, dicitur torqueri, ſed confeſsio facta in carceribus, in quibus non denegantur cibus & potus, non dicitur facta metu tormẽtorum. ſecundum eundem Bal. in l. j. C. de confeſ. in 6. col. & habetur plenè per Marſil. in pract. cri. §. attingã. à nu. 20. uſque ad 30. & contrarium tenuit idem Marſi. in §. expedita. nu. 10. cum ſeq. & tenet domi. Guido de. Suzar. in præalle. loco. nu. 72. nam dicit, ꝙ ſufficit probare ſolam detẽtionẽ, vt præſumatur facta metu tormẽtorum. & idem tenet Bal. in l. falſus. C. de fur. & idem ſequitur & firmat Cyn. in l. ij. quod met. cau. & videt firmare Par. à Put. in verbo, tortura el. iij. verſi. quia ſæpè, quidquid ſit pro nunc ad concordandum prędictas opiniones dicerem ex mente Bal. in d. l. j. C. de cuſto. reo. & l. j. C. de cõfe. in 6. col. quòd aut fit in loco carceris confeſsio per cõfitentem exiſtentem in dicto loco carceris cum ferris, aut compedibus, aut aliis ligaminibus, & tunc dicitur extorta metu tormentorum: aut liber exiſtit in loco carceris, ſolutus uinculis & cathenis, & tunc non poteſt dici facta confeſsio metu tormẽtorum, alias ſequeretur inconueniens, quòd omnes cõfeſsiones reorum dicerentur metu tormentorum extortæ: & nõ data perſeuerantia, non nocerent: cuius contrarium quotidiè videmus. & hoc eſt verum, ſi non denegatur ei cibus & potus, de omnibus videatis d. Io. Mille. in pra. cri. fo. 106. nu. 3. cum ſeq. adde quod Bald. in d. l. vnica. C. de confeſ. 7. col. dicit quòd contraria procedunt, ubi quis confitetur in utilitatem carcerantis, idque non in figura iudicii, aliàs ſecùs: ad euitandum tamẽ euitanda, facias ſemper confiteri reum extrà carceres in loco publico, & extrà locum & aſpectũ tor-

63 turæ. † Et ex hoc inoleuit practica, qua quando duceretur reus ad ratificandum confeſſa in tormentis, ſolet ſcribi: talis reus ductus ad ratificandum, ac conſtitutus coràm tali iudice ſedente pro tribunali ad hũc actum, ſolutus uinculis & catenis extrà locũ & aſpectum torturæ, lecta prius eidẽ ſua depoſitione, eã ratificauit atque veram faſſus eſt de verbo ad uerbum: vt eſt text. & ibi Afflict. in conſti. humanitate. & docet Iacob. de Bel. viſ. in pract. cri. in tit. de quæſtio. col. 15. & Marſi. in practi. §. quoniam. & Fran. Brun. in tra. de ind. & tor. ij. parte. vj. col. nu. 4. & Guido de Suzar. in tra. de indi. & tor. nu. 78. & ibi Ludoui.

64 Bolo. † Viſo de requiſitis concernentibus perſonam iudicis, confitentis, loci, temporis qualitatem & formam, & qualitatem ipſius confeſsionis: ſequitur vt uideamus de requiſitis, quæ debent ſeruari per ipſum iudicem, habita ipſa confeſsione, ſeruatis omnibus prædictis. & primò requiritur, ꝙ iudex ipſe, habita confeſsione, ſtatuat ipſi confitenti terminum ad ſe defendendum, ſi petatur, ſecũdũ Bal. in l. 2. C. vt intra cert.

temp.

temp.cri. quæst.termi.& idem tenet Are. in lib.male.in verbo,qui iudex statuit ter.ad eorum defen. & ibi uide apostillam Aug. & Afflict.in cōsti.super incisionibus.4. nota.2.q.versi.aduerte.sed intelli ge benè, quòd practica omnium criminalistarum est, quòd detur termin⁹ prędictus,siue petatur, siue nō:vt dicit idem Ang. ubi sup. in prin.& tunc,si delinquens non probat aliquid aduersus suam cō fessionem in termino sibi dato,ui detur perseuerare in cōfe. delicti. secundùm Afflict.in cōsti. omnes nostri.ī 6.no.vide Sali. ī l.si quis. nu.7.C.de custo.reo. & quòd debet dari etiam non petenti,firmat Par.à Pu.in lib.syndi.in uerbo,cō demnatio. & firmat Marsi.in pra. cti.§.nunc uidendum.per totum. quādo reus inquisitus est ignarus literarum,& qui nesciat se defendere: aliàs secùs. sed ꝙ debet dari simpliciter etiam non petenti, est text. in l.iij.§.si ad diem.ff.de re. mi.quem ad hunc effectū no.Bal. in l.unica C.de confe.x.col.uersi. denuo quæro de quæsti. quotidiana. ubi dicit, quòd iuris & moris est dari talem terminum spontè confesso.sed idem Bald. tenet cōtrarium, quòd non detur, nisi petēti.in l.nouerint.C. ut intrà cer. ter. & Alex. in addi.ad Barto. in l.unius.§.cogniturum.ff. de quæstio.tenet, quòd detur etiam non petenti. & ibi Bar.videtur sentire contrarium. Afflic. in constitu.si damna clandestina.in 9.nota. uidetur velle, quòd semper detur, etiam si non petatur. & videtur tenere Ange.in l.pactum inter hæredem. ff. de pact.& Marsi. in practi.§.examinanda.in fine.& idem uidetur uelle Bald. in l. raptores. C.de epi.& cler.& Gandi.in titu. quid sit agendum reo præsen. & non contu. uersi. sed pone, quòd

65 accusatus. † Istis omnibus requisitis cōcurrentibus sciendum est, quòd confessio ipsa nonnulla specialia habet, & maximos effectus parit. primò verò, quòd confessus spontè, etiam data nullitate processus, & ex inualido processu, potest damnari, ut tenet Pet. de Anch. in cle.j. de homi. & est tex.& ibi no.in c.j. de accusa.lib. 6.& refert ac sequitur Ange.Are. in lib. male.in uerbo, fa.publica. in 5.col.versic. aduertas. & idem tenet Ang. in l.si uacātia lib.xiij. C.de bon.vacan. & consuluit Cepo.consil.66. inci. teneo. & Pet. de Anch.consi.24.& Rom.consil. 149. uel 167. & habetur per Ang. in l.denūtiasse.ff.de adul.nu.5. & in l.si quis. C.de custo. reo.nu. 2. & ibi per Salic. in fi. & ita tenet Inno.in ca.qualiter & quando. el ij.de accusa.& Salic.in ij.col. ulti.C.de custo.reo.& Bald.in l.unica.§.col. versi. quæro. C.de confess. & Matthesi. in nota.inci. nota. pulchram regulam. Ange. de Aret.in li.male. in verbo, comparent dicti inquisiti & confitentur totum.& Ange.in l.j.ff.de confe. finali col. & Marsi. in l.j.§. diuus Antoninus.nu. 12.ff. de quæstio. per Feli. plenè in c. at si clerici. de iudi. & in c. qualiter & quando. de accusat. el ij.& Cap.in decisio. 179.& Gramma. consil. 4. nu.27.& Marsi.consi.46.num.17. pri.lib.& consi.48. nu.3. eo.lib.& Bertran.cōsi.211.pri.li. Feli.tamē in d.c.qualiter & quando. in d.c. at si clerici. dicit limitandam hāc communem

communem opinionem pluribus modis. primò, vt procedat in cōfessione simplici, non implicata, & conditionali. secundò fallit, si reus impetitus, nec aliter vocatus in ius, vltrò se offerat & confiteatur. tertiò limitatur, nisi præscriptum esset iuri inquirendi ex præscriptione statutoria. quartò limitatur, ut procedat, quando confessio est facta expresse: secus, si tacitè. quintò limitatur, nisi confessio fieret in iudicio nullo non principaliter, sed incidenter per quandam consequentiam. sextò limita, nisi confessio fieret in iudicio nullo ratione incompetentiæ iudicis. septimò limita, nisi iudicium esset nullum ratione præposterationis ordinis. octauò limita, nisi confessio fieret in iudicio nullo propter partium inhabilitatem. nonò limita, nisi confessio esset facta per torturam non præcedentibus indiciis. alias limitationes uideas per te: sed Marsi. uidetur tenere contrà octauam limitationē in d. §. diuus Antoninus. & etiam videtur tenere cōtrà nonam limitationem: vide per eum. nos autem dicamus intelligi prædictam conclusionē concurrentibus omnibus prædictis requisitis.

66 † Secundò operatur alium mirabilem effectum, ut si quis confessus spontè. & condemnatus ex dicta confessione appellarit, iudex à quo non tenetur deferre appellationem: sed suam sententiam mandare executioni potest appellatio ne nō obstāte: ut est text. & ibi not. Io. And. in c. Romana. §. si autem post sententiā de appella. li. 6. & sequitur Bal. in l. vnica, C. de confes. 6. col. versi. sequitur videre, quando confessio. & in l. j. col. 11. C. ne ex delict. defūcto. & Archid. in d. §. si autem. & Angel. in l. ij. C. quo appel. non recipia. in prin. plenè per Capel. Tolosa. decisi. 176. & per eundē Bal. in d. l. ij. C. quo appel. nō recipia. ij. col. versic. quæro, vtrum in pecuniariis causis. prædicta tamen procedunt, & sanè intelligi debent, ubi cōfessus appellat, & nullam causam obfuscantē suam cōfessionem, & per consequens condemnationem, allegat: aliàs si allegat erroneam suam confessionem, uel aliter contrà eam dicit, admittitur appellatio. item procedunt, nisi facta appellatione statim sit inhibitum per superiorē: quia stante inhibitione, non potest procedi ad executionem. Itē procedunt, ubi iudex à quo non detulerit appellationi, & eam admiserit: aliàs si admiserit statim iurisdictio est deuoluta ad superiorem. item procedunt, ubi non steterit per triginta dies ad dandum apostolos instanter petitos. nam ex tunc caret omni iurisdictione: ut dicit Bal. in d. l. pri. C. de confes. iudex uerò ad quem tenetur appellationem admittere. & interim examinare, an subsit iusta causa appellandi, & impedire executionem. sed iudex à quo, ut suprà dictum est, non tenetur admittere, si in appellatione nō fuit allegata causa: vt habetur plenè p sup. allegatos Doct.

67 † Tertiò operatur alium effectum, cùm nō obstante, quòd perempta sit instātia, nihilominus potest confessus condemnari: sicùt plenè dixi sup. in requisitus concernentibus qualitatem temporis.

68 † Quartò operatur.

ratur. nam licèt confessio extorta per torturam indiciis non præcedentibus non ualeat, ut dicam in tertia parte: tamen confessio spontanea, etiam non præcedentibus indiciis, ualet & tenet: ut est text. & ibi not. in c. j. de accu. lib. 6. & not. Petr. de Ancara. in cle. j. de homi. & firmat Angel. de Are. in lib. malefi. in uerbo, fama publica. in ix. colu. uersi. aduertas ta
69 men. † Quintò operatur. nam si in vna causa cõstat per confessionem alicuius producti in testem de crimine & eius inhabilitate, remouetur à promotione: ut dicit Abbas in c. cum dilectus. 4. char. uersic. ex prędictis infertur ad aliã quæstionem. de ordi. cogni. & refert & sequitur Afflict. in decisio. ccclxii. incip. fuit lata. in iij. colu.
70 mihi. † Sextò operatur. nam confessus cum iuraméto delictum, dicitur manifestus delinquens: ut probatur in c. cum olim. ad fi. ibi. manifestam, quę uel per confessionem. extrà. de verb. signifi. & in c. fi. in fi. ibi. super confessionem factam. extrà. de cohabi. cler. & mulie. & est text. in c. super quibusdam. in prin. de uerb. signi. & not. Gl. in c. j. in verbo, manifestos. de usur. li. vj. & Spec. in tit. de noto. cri. §. iam de notorio. versi. notoriũ iuris. & no. per Feder. de Sen. cõsi. viii. & cõsi. 6. & no. per Doct. in c. ad nostrã. extrà. de iureiur. & in c. cũ diœcesi. extrà. de vsur. & p Gl. & doct. ij. q. j. de manifest. & p Bar. in l. iij. ff. de usur. & p do. Lauren. de Rodul. in tract. de vsur. q̃ō.
71 88. & per Cepo. cõs. lviii. nu. x. † Item septimò operatur. nam licèt tertius possit appellare pro condemnato capitaliter, etiam ipso inuito: ut habetur in l. non tantum. ff. de appel. tamen istud fallit, quã do talis reus condemnatus, sponte confessus sit crimen, & in confessione perseuerauit. quia tunc non poterit appellare. secundum Baldum post Glo. in l. ictus fustiũ. in fi. ff. de iis qui nota. in fa. & in l. j. §. cùm vrbem. vlt. colu. de offic. præfect. vrb. & Angel. in l. ij. C. quo. appell. non re. & Felin. in ca. cùm super. in princ. de re iudi. & habetur per Marsi. in l. j. diuus Antoninus. iiii. colu. ff. de quæstio.
72 † Octauò operatur: nã licet reus criminis regulariter non possit renuntiare suis defensionibus uel termino defensionis: vt habetur per Gloss. & Docto. in l. pactũ inter hæredem. ff. de pact. & habetur per Ias. in l. iubemus. xii. col. C. de iudi. & Par. de Pu. in lib. syndi. char. 30. in 4. col. in c. incip. an potestas, quæ misit. tamen hoc nõ ꝓcedit in spõte confesso. quia potest renũtiare defensionibus: & talis renũtiatio valet, & tenet, secũdùm Bald. in l. si accusatoribus. j. col. C. de accusat. & l. j. 23. col. versi. super quinto. C. qui accu. nõ po. & habetur ꝑ Marsi. in l. unius. §. cogniturum. 12. col. versic. fallit tamẽ ista cõclusio. ff. de quęsti.
73 † Nonò operatur. nam licèt reus sit fideiussionibus relaxãdus, quã do ueniret imponéda pœna pecuniaria: tamẽ hoc nõ procedit, si sponte cõfessus est delictum: quia tũc non relaxatur sub fideiussoribus. secundùm Bald. in l. nullus. C. de exhiben. re. & sequitur Aug. de Ari. in addi. ad tra. mali. Ange. de Are. in uerbo, pro quibus Anto. fideiussit. in pri. addit. & idem dixit idem Angel. in lib. malefic.

in verbo, fama publica. ĩ vj. char. uersi. decimò quæro. & habetur per Marsi.in d. §. cogniturum. ij.
74 colu.vers.mihi autem. † Decimò operatur. nã licèt cõfessus coram iudice incompetenti vigore illius confessionis, non possit condẽnari: tamen est tantæ potẽtiæ, quòd eius uigore potest cogi ad persistendum in dicta confessione coràm iudice competẽti. secundùm Ang.in l.j.in fi.C.de confe.vbi agitur ad eundum effectum, ut intelligit Capy.decisi. clxxix. nu.5. cum sequen. & habetur per Affli. in const.si damna clãdestina.nono not.in iiii.q.& Angel.Aret. in lib.male.in uerbo, comparent dicti inquisiti & confitẽtur totum.
75 uersi. & tene menti. † Vndecimò operatur alium effectum.nam per confessionem spontaneam, factã in iudicio, inducitur notorium: ut dicit Andr. & sequitur Afflict. in consti.si damna clandestina.in nono no.& probatur in c. vestra.
76 de coha. cle.& mulie.† Duodecimò operatur, quia habet uim rei iudicatæ. secundum Philipp.Cor. consil.cclx.incipien.uisa.in 3.lib.
77 † Decimotertiò operatur, quia est plenissima probatio. secũdum Philip.Cor.consi. cclxi. incip. de
78 duobus.iiii.lib. † Decimoquartò operatur mirabilẽ effectum in fauorem inquisiti. nam siquis confitetur, se non fuisse vulneratũ à Titio, nõ poterit Titius torqueri ex indiciis existentibus contrà eum: quia habet indicium innocentiæ pro se.secundùm Alexã. de Imol. consi.j.iii.li.allegat Bal.in l.j.vlt. col.uers.pone testator.C.communia de leg.allegat l.Paulus. §.j. ff. de bon.quæ libe. & firmat Afflic. in consti.terminũ uitæ.virj.q.uer.
79 quibus adde.† Decimoquintò operatur. nam facit transire actionem contrà hæredes conuenti: & ideò siquis confessus furtum mox moriatur, eius hæredes poterunt conueniri ad rei restitutionem: vt dicit not. Specu. in titu. de interrog.§.ii.uer.quid si is,qui confessus est. num.4.& in titu.de accus. §.primo. uersicu. quid si latro. & ibi plenè Ioan.And.in addit.& habetur plenè per Baldum in l. j. C. ne ex delict.defun.colum.ij. in fi. uersic.sed hic dubitatur.vbi idem dicit, quando pro crimine confessato ueniret imponenda pœna publicationis bonorum. uide Angel.de Areti.in lib. malefic. in verbo,& vestẽ cœl.abstu.uersi.
80 quid si fur confiteatur.† Decimosextò operatur, nã si adultera confitetur, se antè coitum contraxisse matrimonium cum adultero, dicta confessio liberat eos à pœna, & legitimat prolem: ut est Gloss. singu.in l.pen. C.de fideiuss. & sequitur Bal.in l.eam quã.vii.colu. vers.attende tamen.C.de fideicõmis.& in d.l. pen.& ibi Docto. tamen idem Bald. in l. quicunque. vj.colum.versic.ulterius uides.C. de fur.dicit, quòd mulier hoc cõfitens est torquenda, & torqueri debet. & idem Bald.in l. j. C. de col.deteg.dicit prædicta uera, ubi qualitas personarum hoc suadet, & indicia concurrunt: aliàs secùs.& uide ibi And.Barb.in addi. & primum dictum sequitur idem Bald.in l. vnica. 8. colum. uersic. quæro, fuit quæstio.C.de confe. adde Bar.Cep.caut.lxxxiii. & 88. adde Ang.Are.in lib. male.in uerbo, che me hai adulterata la mia donna.

donna.ver.pone,quòd quidam iu uenis. & Affli̧.in constit.siquis
81 rapere.in 5.quæsti.† Septimodecimò operatur singularē effectū. nam siquis confitetur crimen, de quo aliàs secundùm formam iuris, vel statutorum, non potest ꝑ inquisitionem ꝓcedi,nisi ad querelam partis: nihilominus stante confessione potest procedi, cùm delictum fuit effectum notorium: & sic non est necessarius accusator:vt in c.euidentia. extrà de accusa. & ibi no.& in l. ea quidem. C.de accusa.& firmat Ang.Are.in li.male.in verbo,cōparuerūt dicti inquisiti, & confitentur totū.ver. quæro, an cōfessus. & fuit ita determinatum in sacro regio consi. vt refert. & testatur Afflict.decisio.176.incip. quædam mulier vidua.& vide Panor.in c.2.de cōfe. col.5. cōtrarium tenet Ang. in l. si filius.ff.de inte.acti.per illū tex.
82 † Decimooctauò operatur alium mirabilem effectum,nam cōfessus spōte mitiùs debet puniri: vt est Glos. in c. ad hoc. versi. confessio. de simo.& v.quæstio.j.in summa.& 2.q.j.in præmissis.versi.sua spōte.facit l.j.C.ne tuto.vel cura. & Io. And. in c.qualiter & quando. el 2. de accu. Barth.Cep.in l. spōsio.de verbo.signi.& tenet Panor.in c. per inquisitionem. in fi. extrà. de elec. vide Ang. in l.non solùm. nu.8.ff.de procu. & firmat etiam Alber. de Ro.in l.j.§. quæ-
83 stioni.ff. de quæstio. nu. 3.† Decimonónò operatur.quia confessio tollit præsumptionem iuris,& de iure:ut nota.in auth.sed iā necesse. C.de do. antè nup.quod est uerum, nisi in causa matrimonii, in qua si mulier confitetur contrà copulam, nihilominus præsumitē matrimonium copulatū. c. super eo.de eo,qui cogno. cōsan. vxor. suæ. & Bartho. Cepo.in caut.xii.
84 Vigesimò operatur, quia facit rē liquidā, & habetur pro ueritate. secūdùm do.Pet.Philip. Cor.con si.xviii.incip.principale.in litera.
85 h.ij.par. †Vigesimoprimò operatur,quia si fuerit facta coràm iudice incompetenti,nocet hæredi: si confessus moriatur,antequàm remittatur ad iudicē suū competentē.secundùm Ang.in l.ij.ff.ui bo.ra.& Floria.in l. inde Neratius. §. si dolo.ff.ad l.Aquil.Inno. in c.fi. in Gl.sua.in uerbo,asseruit de suc
86 ce.ab intest. † Vigesimosecundò operatur, quia confessio in iudicio facta,nō præsumitur erronea, sed uera.secundùm Dy.in regula. quod semel. de regu. iur. in vj. & Bal.in addi.Spec. in titu. de positio.uer.confessio facta. Vigesimo tertiò operatur,quia quando formatur inquisitio cōtra sponte cōfessum,non requiritur,quòd præcedat infamia. secundum Ang. in l.si uacantia.C.de bo. uac. lib.10. col. xix. allegat no.in c.ii. de accu.in vi.& refert & sequitur Marsi.in pra.cri.§.constante.nu. 20. Vigesimoquartò operatur, quia licèt corrumpēs iudicē puniatur, & perdat causam,hoc tñ nō ꝓcedit, ubi sponte confitetur: quia ei parcitur.auth.nouo iure. C. de pœna iu.qui ma.& est Glo.in l.j.§.ii.ff. de calum.Vigesimoquintò operatur,quia licèt conspirans, ut fractis carceribus euadat, puniatur: tamen si confitetur, & reuelat curiæ tractatum, non punitur. l. in eo. ff.de cust. reo. Vigesimosextò operatur.nam licèt non possit im

poni pœna ordinaria clerico pro delicto, quãdo proceditur p uiam inquisitionis: vt in c. inquisitiõis. de accus. fallit tamen, si de crimine constaret per confessionem. secundum Inno. in c. qualiter. el ij. de accusa. & plenè p Io. Bernard. Hispa. in pra. cri. in verbo, confes-
87 sionibus propriis. † Visis iam tandem requisitis & effectibus iudicialis spontaneæ confessionis, vt sequar promissum ordinem, videamus de aliquibus quæstionib. extrauagantibus in materia. & quidem primò quæro, an stante statuto, ꝙ pœna minoretur per confessionem, & augeatur per negationem, qualis debeat esse confessio, vt sic habeat locum præmium statuti: Bal. in l. ea, quæ. post. Bart. in vlti. col. C. de condi. inde. dicit, ꝙ debet esse simplex & pura: & si circà substantiã, qualitatẽ, circunstãtias, locum, vel tempus inueniatur negatio, nõ meretur præmiũ: sed si negatio foret in aliquibus articulis & incidentibus separatis à causa maleficii, non per hoc perditur beneficium statuti. exemplum, si antè confessionem dicitur, quòd locus non est de territorio: uel si confitens dicit se clericum, etiãsi nõ probetur de clericatu: consequitur beneficium statuti. uide Fe
88 li. ĩ c. de hoc. extrà. de simo. † Sed quid si cõfitetur vulnus, sed negatur, quòd est mortale, an cõsequatur beneficium statuti? idem Bal. ibi dicit, ꝙ non consequitur. sed quid si negat cicatricẽ remãsurã, an cõsequatur præmium. ibi Bal. putat. ꝙ sic eò, quia spectat ad indi
68 cium medicorum. † Sed quid si primò confitetur, demum negat, vel ècõtrà, an habeat beneficium statuti? idẽ Bal. ubi suprà, dicit, ꝙ non: eò, quia requiritur perseuerãtia. & de multis aliis circà materiam istam uide per te do. Bal. ibi.
90 † Secundò principaliter quæro, an confessio possit reuocari post latam sententiam cõdemnatoriã. Bar. in l. nõ fatet. ff. de cõfes. dicit, ꝙ põt reuocari beneficio restitutionis ĩ integrũ. idẽ Bar. in l. error. C. de iur. & fa. igno. dicit, ꝙ potest reuocari, qñ cõfessio facta est ad interrogationẽ aduersarii: secùs, si sponte. quia non potest reuocari. Bal. ibidem. j. col. uersi. modò uenio ad secundã regulã dicit, ꝙ si est maior, non restituitur. & si est minor, restituit. & uide ibi Alex. & Panor. in c. ex parte. ix. colu. de confes. sed quicquid sit, procedũt prædicta in confessione in causis ciuilibus: secùs tamen est in criminalibus. nam etiam post sententiã confessio reuocatur prætextu erroris: & in causa appellationis admittitur ad probandum de errore: vt habet, vt dixi suprà sub nu. 52. & adde Angel. in l. si debitori
91 nu. 7. ff. de iudi. † Tertiò prĩcipaliter quæro, ꝙ si testis in mortis articulo cõfitetur se falsum testimonium tulisse: vel iudex se uenalẽ sententiam, & contrà ius dedisse, an eis sit credendum? Bar. quẽ sequitur Ange. in l. si quis in graui. §. si quis moriens. ff. ad Syll. dicit, ꝙ non est eis credendũ, vt noceat aliis: puta producendi testem pro se, vel reportanti sententiã in sui fauorem. & plene prosequitur Fran. Cur. seni. consil. lxx. incipiẽ. circa primum. in prin. & plenè ꝓsequitur Ias. in l. iusiurandum. §. procurator. ff. de iur. iuran. nume. 24. & consuluit Ang. pro ista par-

te in consi.cccix.incip.pactum est tale.pe.col. limitatur tamen præcedēs dictum,vt dicit Iasi.nisi duo iudices, qui tulerunt sententiam, fuerint concordes in mortis articulo, ꝙ venalem tulerunt sententiam : licèt id nō procedat in duobus testibus: & sequitur præcedēs principale dictum. in c.literas.de præsump.nu.2.& Bal.in auth.si dicatur.ij.col.C.de test.& in l.generaliter. & idem est in notario cōficiente falsum instrumentū,si cōfitetur falsum insttumētū fabricasse.secūdū Spe.in ti.de instru. edi. §.postremò.versic.sed nunquid.

92 †Quartò quero,an cōfessio infamet,vbi sn̄ia non infamat,nec infert infamiā.Ang. in l.quid ergo. §.ex cōpromisso.ff.de his,qui not. infa.dicit,ꝙ non.& idē firmat ibi Gl.vide Bal.in l.ictus fustiū. ff. de infa.& an confessio in actione famosa infamet, Bal.in l.quoniā.ff.

93 de ifa.nu.9.†Quintò quero,quid si quis in testamēto cònfitetur, se esse vsurarium, an per hoc eius testamentum irritetur & annullet? & quid,si ita fuerit in iudicio cōfessus?Bal.in l.vnica.C.de confes. vlti.col. versi. remanet vnum dubium. vbi dicit, ꝙ ista confessio non obligat neq; probat propter omnimodam eius incertitudinē: sed in l.j.§. similiq; modo. C. de Lati.liberta.tollen.§.ij.dicit, ꝙ si quis confitetur se vsurariū corpore,dicet manifestus vsurarius. sed primum dictū Bal.sequitur Alex.ī addi.ad Bar.in l.j. de fur.in addi. magna.in fi.dum allegat Bal.in l. j.de cōfes.& sequit Bal.in l.j. iii. col.uer.quidā cōfessus fuit. C. de

94 fal.cau.adie.lega.† Sextò quero, an cōfessio clerici vel episcopi accusati de homicidio, ꝙ promisit decē, ne accusetur de homicidio, noceat,vt posset deponi. Io.And. in c.j.de accu.in vj.in nouella.dicit,ꝙ si fuit facta antè institutam accusationē,nō nocet. & Alex. in l.eius,qui.de iure fi.& per Bal. ī c.

95 j.§.iniuria.de pa.iura.firma.†Septimò quæro, an confessio surdi & muti in criminalibus noceat. Bal.in l.j.vij.col. C. de confe. dicit,ꝙ nocet.vide omninò Bal. ibi

96 in contingentia facti. † Octauò quæro,an cōfessio facta corā syndico denuntiante maleficium, noceat,vt ex ea posset dānari. dicas, ꝙ non nocet ad condēnandum.secūdum Sali. in l.ea quidē. xiiii.q. C.qui accu.non po.& Ange.Are. in li.malef.in verbo,ad denūtian.

97 in vj.col.†Nonò quæro,an confessio procuratoris in criminalib. noceat principali: dicas,ꝙ nō, nā non est uera confessio principalis,sed ficta: vt dicit Panor.in c.ꝑ inquisitionem. extrà. de elect. & sic nō nocet.& Bal.in addi.Spe.in titu.de pro.j.colu.in fi. & uide in Cle.ij.de pro.& tex.l.certè.de precar.& Alex.post Bar.ī l. creditor. §.iussus.ff.de appel.& ī l. certum. §.sed an.ff.de confe. & Panor. in

98 c.j.vt lit.nō cont. †Decimò quæro, an cōfessio in criminalibus habeat executionem paratā, vt sic sine sententia possit exequi.dicas, ꝙ non: sed expectatur sententia. secundum Inno.in c. quærenti.in Glos.sua. in verbo,quadrimestre. versi.in criminali de offic. dele.& Bar.in l.quoniā.ff.de infa. & Bal. in Margarita.in verbo, confessio. ver.ij.secùs est in ciuili.sed And. in constit.pœnam eorum.decidit, ꝙ in delictis,in quibus potest pro

cedi sine accusatore, potest etiam sine sententia confessus mitti ad supplicium. & tunc iudex debet notificare delinquenti, quòd mittit eum ad suppliciū pro tali causa, ut posit de præcepto appellare. & uidi seruari per iudices superiores. cogitate. vide Par. de Put. in lib. syndi. in uerbo, tortura. el. iii. verb. sequitur quæstio quotidiana. ii. col. ubi tenet cōtrà And. de Iser. & uide Gramma. decisio.
99 xxxvj. nu. 57. cum seq. † Vndecimò quæro, quòd si stat statutum, proùt est in regno hodiè, ꝙ ꝓ tertio furto, licèt minimo, quis debeat mori: & confitetur, se fecisse plura furta eodē loco, diuersis tñ tēporibus, an debeat mori ex ista confessione, quasi plura furta fecerit. Bal. in authē. sed nouo iure. iii. col. uer. itē quid si confitet. C. de ser. fugi. decidit, ꝙ ex quo illa uerba: diuersis tēporibus, sunt obscura (quia potest intelligi diuersis tēporibus cōtinuatis: ut no. ff. de actio. & obliga. l. nunq̄. actiones) & ꝓ confitente interpretat̄ ī mitiorem partē: nisi dicat in confessione cū temporis interuallo: & sic concludit, ꝙ non debet mori uirtute dictæ cōfessionis. Boēr.
100 deci. ccix. ii. par. † Duodecimò q̄ro, quid si fur confitetur se fecisse plura furta diuersis locis & tēporibus; an uirtute dictæ confessionis debeat condēnari? Bal. ī auth. sed nouo iure. col. iii. uer. sed pone. C. de ser. fug. dicit, ꝙ non. quia confessio est generalis & incerta, cū non constet de rebꝰ subtractis. & habet per Ang. in l. certū. ī prin. ff. de confe. & Pe. de Anch. consi. xxiiii. & Gandi. in tit. de ꝑsump. & indi. iudi. uersi. aliud etiam no. & ideò debet constare de rebus sub
101 tractis. † Decimotertiò quæro, quid si dātur capitula reo inquisito de furto, & capitulatur eū esse publicū & insignē latronem, & cōmisisse unum furtū, qui confitet̄ oīa & singula in capitulo contenta, fuisse & esse vera, an noceat ad pœnā mortis, si furtū non est ultrà unciā? dicas, ꝙ non, licèt confiteatur se esse insignē & publicū latronem: ex quo constat contrarium per eius depositionē, cū non constat, nisi de uno furto: secūdū Ange. in con. inci ꝓceditur ꝑ inqui-
102 sitionē. † Decimoquarto quæro. an, & qñ confessio socii criminis ꝓbet contrà alios: circà cuius qōnis decisionē oportet uidere, an, & qñ socius possit & debeat interrogari de sociis participib. receptatoribus, & aliis. Bar. in l. repeti. §. j. ff. de quæs. distinguit: aut sunt delicta, quæ principaliter in offensam alicuius committuntur, & isto casu non pōt interrogari: aut sumus in delictis, quæ principaliter in offensam alicuius non committūtur, vt: falsificare monetā, latrocinia cōmittere, & similia. & isto casu interrogari potest: ut ibi per eū. Bal. in l. fi. C. de accu. aliter distinguit: & reiecta distinctione Bar. quā reprobat rationibus, de quibus ꝑ eū, distinguit aūt sic: aut socius est seruilis conditionis & tūc indistictè interrogatur: aut liberę conditionis: & tūc aut sunt delicta, quæ non pñt cōmitti sine sociis, & tūc non est licita interrogatio, nisi delictū sit contrà salutē oīum. ꝑ l. fi. C. de male. & istam distin. videt̄ sentire & sequi Alex. in l. repeti. ff. de quæs. ī addi. an quis sit interrogādus de sociis. & eam refert

refert & sequitur Bertr.cõ.xxxij. j.lib.fallit secũdùm Ang. de Are. in li.male.in verbo,Sempronium mandatorem.j.col.versic.& benè no.in crimine assasinij.Afflic.in const.si damna clãdestina.remittit se ad doctrinam Bar.& Alexã. in d.l.repet.xvj.col. & aliter non dicit:& dicit ipse, ꝙ in criminib. in quibus licita est interrogatio de sociis, sola confessio socii non facit sufficiens indicium ad torturam,nisi alia præsumptio concurrat,vel aliud indicium.& dicit,ita se uidisse iudicari & practicari ꝑ sapiẽtes regni in crimine læsę maiestatis.licèt aliter dixerit Ang.de ma.in verbo,fama publi. versi. x. quæro.tamẽ opinio Afflic. cõiter obseruatur:vt dicit Gram. consi. xxj.& vide pro hoc Par.de Put.in lib.synd.in verbo,tortura. el. iij. versi.an stetur dicto.& Marsi.in l. j.§.diuus Ant.ij.col.versi. sed dubium.ff.de quæst. Blan.in l.fi. nu. 378.eo.tit.& Signore.cõ.ccix. & Calca.consi.cix.& Gramma.cõsi. 21.determinat,ꝙ extrà casus positos per Glo.in d.l.fi.C.de accu.socius nõ põt interrogari de sociis. & videtur sequi distinctionẽ Bar. de qua suprà Gram.similiter con. xxxvij.nu.11.& consi.lxvi.nu. 5. & consi.lxx.nu.7. & an socius criminis probet cõtrà socium in furto, vide Grã.con. lix.vbi determinat, ꝙ non:sed in latrocinio sic. & sic ex prædictis habes, an confessio socii probet.nam in casibus exceptuatis probat, quò ad indicium.& licèt in casibus exceptuatis stetur dicto socii,vt suprà,idverum tamẽ tùm intelligitur,quando ipse socius aliàs non est infamis ex alio delicto.Gramma.con. lxj.& plenè,an confessio socii criminis faciat indicium ad torturã, vide Marsi.in pract.cri.§. diligenter.nu.59.& Boër.decisio.319.ij. par.& Fran.Bru.in tra.de indi. & tor.iij.col.j. partis.nu. 18. & ibi. nu.24.ponit modum interrogandi.nam dicit ipse, si adest præsumptio aliqua cõtrà illum,de quo interrogatur quis, põt fieri interrogatio in specie:aliàs secùs.quia debet interrogari generaliter. adde Lud.& Gui.de Suz.in trac.de indi.& tor.nu.50.& vide Grãma.decisio.28.& sciendum est, ꝙ etiam in criminibus exceptuatis, de quibus per Glo.in l.fi.C.de accu.confessio socii criminis,non est sufficiens indicium ad torturam:vt dixit Alex.con.cccclxxv.incip.quoniam abũde.in fi. Io.de Imo. c.j. de confe.Marsi.sing.ccix.Gandi. in lib.male.sub rubri.de quæstio. iiij.col.in prin. versic. sed quid si persona.& do.Alex.consi.lxix. incipi. visa facti narratione. ij. lib. Fran.de Are.in c.cum Pet. Manconella.vij.col. de accu.& adde, ꝙ in casibus,in quib. creditur socio criminis,nõ creditur ei,nisi dictum suum fecerit in tormẽtis.ita singulariter dixit Rapha. Fulgu. consi.clxxiij.incip.in causa inquisitionis.j.col.antẽ fi. & Sali. in l. fi.col.vlti.versi. quæro nunc, an cum tormentis.C.de accu. & aduertẽdum est secundùm Marsi. in practi.§.diligenter. nu.63.cũ seq. ꝙ non creditur socio criminis,nisi iudex antequã ponat ipsum ad torturam,deferat iuramentum de veritate dicenda contrà auxiliatores,fautores,participes,& receptatores. & nota vlteriùs, ꝙ vbi creditur socio criminis,id intelligitur

gitur, dummodò non sit infamis ex alio delicto: vt not.Angel.in l. qui iudicio.ff.de accusa. sequitur Ant.Corf.in suis singularibus. in verbo, integer. & ita consuluit Marsi.consil.lxxiiij.iiij.col.j.lib.j. & Gramm.vot.34.nu.9. & Gramma.consi.xxj.per totum.& consi. xxxviij.& consi.xxxxiiij.nu.1. & Afflic.in consti.si damna clandestina.ix.not.iiij.q.& Ang. de male.in verbo,fama publica.col.iiij. & v.versi.quæro,an participes. &
103 ibi Aug. & Bernar.in addi.† Et adde,quòd si socius criminis aliū nominat in socium non interrogatus, sed sponte, non facit eius confessio aliquam fidem,cum videtur suspecta ita:& quidem pulchrè dixerūt Moder.Sene. in tra. de iudi.& tort.iij.char.ij.col.uer sic.qualis autem sit modus.& Grā
104 ma.consi.xxj.nume.5. †Et vltrà sciendum est, quod socius criminis non debet interrogari de socio in materia furti:licet secùs sit in latrocinio:consuluit Gramma. consi.xxxvij.nu.14.& Marsi.consi.xxij.col.iiij.primo vol.Nec obstat doctri.Bar.in l.repe.§.j.ff. de quæstio.dum dicit:in crimine furti socius interrogatur. quia dicūt præfati Doct.doctrinam Bart.debere intelligi in latrocinio: secùs in furto.ratio diuersitatis est,quia latrocinium communiter sine sociis committi non potest;cùm latrones dicantur, qui in stratis publicis aggrediuntur & disrobant: fures verò, qui clàm furantur.
105 † Decimoquintò quæro, an si quis confitetur se occidisse hominem,cuius nomen ignoratur, possit virtute dictæ confessionis dānari ad mortem. Bald.in l. si cum exceptione.§.in hac.ff. quod me. cau.dicit, quòd si constat de corpore mortuo, damnari potest: & idem voluit Bal. in l.data opera. col.xij.versi. sed quid si testis. C.
106 qui accu.non possunt.†Decimo sextò quæro,an cōfessio serui noceat domino:dic,ꝙ nō:vt est tex. in l.j.§.si serui quasi.ff. de quæst. & ibi Doct.tamen secùs est in cōfessione serui facta de se: quia talis confessio præiudicat sibi,& nocet ipsi domino:nisi ipse dominus contrarium probet.ita dixit Glo in l.ij.in ij.Gl.ff.si ex no.cau.aga. quam Gl.ibi summè commendat Bart.& scriben.ibidem & Marsil.
107 in d.§.si serui quasi.† Decimoseptimò quæro,an confessio facta per delinquentem, qui aliàs tortus fuerat antè confessionem,irritetur per dictam torturam. dicas, quòd non.secundùm Ang.in l.cūcte.C. de ijs,quæ vi me. cau. gest. nu.20.vide Mathesilan.in notabilibus suis.no.55.† Decimooctauò quæro,quid si inquiritur contra aliquem de adulterio commisso in personam alicuius mulieris, & confitetur se cognouisse carnaliter ipsam, an videatur confiteri illam esse vxorē querulantis. Bar. in l.si cui.la.ij.ff.de legat.j. dicit, quòd si confitetur simpliciter omnia contenta in accusatione seu inquisitione esse vera,tunc cōfessio refertur non solùm ad principale delictum,sed etiam ad qualitates facti:aut confitetur simpliciter se cognouisse illam mulierem, & tunc videtur confiteri factum principale tantùm,& non qualitates.& ibi sequitur Bald. Ange.de Are.in lib.male.in verbo,comparuerunt dicti inquisiti & confitentur

tur totum. in prin. dicit cõtrà opinionem Bar. in secundo casu nõnullos doctores tenere: & etiam ipse contrarium decidit, & dicit se consuluisse, & ibi plenè habetur per Augu. de Ari. & Bernar. de Landri. in additio. qui post multa videtur sequi opinio. Angel. in dicto loco contrà Bart.

109 †Decimononò, quæro an confessio trium latronum, & malefactorum sigillatim habita operetur, vt ex ea possint nominati condemnari. dicas, ꝙ sic: vt est tex. in c. frequens, & ineffrenata. hoc tamen verum est, vbi nominati per eos aliàs sint leues personæ & infamatæ: vt est text. in c. constitutionem diuæ memoriæ. & an prędicta procedant, qñ illi tres latrones sunt infames ex aliis delictis. dicas, quòd sic: licèt aliud sit, quãdo opponuntur eis alii defectus, puta: minor ætas, & corruptela: vt dicit do. Pet. de Monteforte in dicto c. frequens, & ineffrenata. per

110 totum. †Vigesimò quæro, an cõfessus delictũ debeat liberari sub fideiussoria cautione: dicas, ꝙ nõ vt est tex. in consti. humanitate. & quòd si reuocatur confessio & allegatur erronea, an interim donec probetur de errore, debeat liberari? Petrus de Monteforte in dicta constitutione humanitate. decidit, ꝙ debet interim liberari: & intelligit ita demum procedere dispositionem illius tex. in con sti: humanitate. si perseueratur in confessione tacita & expressa: aliàs si reuocatur, dicit ipse, nõ pro

111 cedere. †Vigesimoprimò quęro, quid si aliquis confitetur, se vulnerasse Titium, & ex vulnere ipsum decessisse, cum constet decessisse ex malo regimine, & vulnus non fuisse mortale, an ex dicta cõfessione debeat ad mortẽ damnari? dicas, quòd non: vt plenè consuluit Signo. de Home. in consil. clv. incip. in processu facto cõtrà Petrolum. & consi. clxiij. incip. factum sic se habet. & est pulchrum consilium in materia confessio-

112 num. † Vigesimosecundò quæro, pone: commissum est furtum, & fiunt proclamationes, ꝙ quicunque reuelauerit furtum parcetur ipsi, si est de sociis, & quidam qui verè commisit furtum, reuelauit, ac se cõmisisse confessus fuit, an stãte dicta proclamatione possit condemnari ex illa confessione? dicas, quòd sic, non obstante pacto in dictis proclamationibus facto: vt singula. dixit Vber. de Bob. in l. si pro fure. ff. de condi. furti. & refert & sequitur Hipp. de Marsi. singula. 177. incip. malitiis

113 hominũ. †Vigesimotertiò quæro, an cõfessus possit obiicere de nullitate iudicii propter inhabilitatem & illegitimationem personarum querulantium. dicas, quòd sic. secundùm Bald. in l. fina. C. de fideicom. liber. ij. col. & Felin. in c. qualiter & quando. de accusa. el. ij. §. licet autem nu. 11. & Marsil. in l. si quis. ff. de quæstioni. ij.

114 col. nu. 9. †Vigesimoquartò quęro, quid si aliquis spontè confessus reuocat suam confessionem, & non vult perseuerare, an isto casu cogi possit per torturã ad perseuerandum? vide de hac. q. Marsil. in pract. cri. §. quoniam. nu. 18. versi. vlterius quæro. vbi habetur, quòd sic. Bald. in l. in bonæ fidei. iij. col. versi. item quæro, de confessione. C. de re. cre. & Alex. in l. vnius

115 vnius §. j. ff. de quæstio. † Vigesimoquintò quæro, quid si aliquis in supplicatione dicit, se condemnatum, & supplicat pro gratia, an dicta confessio sibi noceat? dic, quod si per supplicantem probetur de ueritate, non nocebit erronea cõfessio eidem. secundùm Bald. in l. ij. C. de erro. aduo. & sequitur Marsi. in l. qui ignorans. ff. de fal.
116 nu. 13. alias ei nocebit. † Vigesimosextò quæro, quid si aliquis cõfitetur se commisisse vsuras, an noceat confitenti, vt condemnetur? dicas, quòd non secundùm Bal. in consi. xciij. incipien. Bectonus de Couo. lib. j. & plenius per Aymo. Craue. con. xxxxviij. nu. 7. in. j. li. nisi aliter appareat de veritate vsurarũ, & de contractibus vsurariis.
117 † Vigesimoseptimò quæro, quid de confitente se extorsisse vsuras, si tempore cõfessionis esset damnatus ad mortẽ, an fisco noceat? Bal. consi. cccclxxvj. inci. testamẽta. lib. v. dicit, quod præiudicat fisco: licèt sit seruus pœnæ, & testari nõ possit: nec præsumitur facta in fraudem, cum nemo præsumatur mori cum mendacio. & prædicta sequitur cõsulendo Aym. Craue. in consi. clviij. in j. par. nu. 8. & in
118 consi. vi. nu. 53. in ea. par. † Vigesimooctauò quæro, quid si aliquis sponte confessus est crimen, & tamen non constat de delicto in genere commisso, an possit cõdemnari virtute illius confessionis: vide Fran. Bru. in trac. de indi. & tor. vi. q. ii. partis prin. nu. 11. contrarium potest attẽtari, & dici in confessione clericorum, quando non est tale delictum, pro quo deberent tradi curiæ seculari. quia etiam si nõ cõstat de delicto, damnantur secũdũ Io. Bernar. Hisp. in pra. cano. in verbo, cõfessionibus
119 propriis. † Vigesimononò quæro, pone, quod quis inquiritur & impetitur tanquã mandator, ordinator & tractator homicidii, & is cõfitetur oïa cõtenta in inquisitione esse vera, an ex tali cõfessione possit damnari? dicas, quod nõ. secundùm Ang. in consi. xxii. quẽ refert & sequitur Bernar. de Lãdri. in ad di. Ang. de Are. in lib. male. in verbo, cõparuerunt dicti inquisiti, &
120 cõfitentur totum. † Trigesimò quæro, quod si aliquis dicat: volo cõfiteri, an intelligatur cõfiteri? Bal. in l. vnica. C. de confe. distinguit, & quò ad effectum nostrũ dicit,
121 quod nõ videtur cõfiteri. † Trigesimoprі. quæro, pone, quod quis cõmisit furtum Romæ, deinde cum re furtiua inuẽtus est ĩ ciuitate Neapo. & ibi captus cõfessus fuit furtum, an ibi possit puniri? Bal. in d. l. vnica. C. de cõf. vij. col. decidit, quod sic: & ita fuit decisum in sacro regio consi. vt testatur Capy. deci. 104. inci. in causa dominicomi
122 tis Mõtellæ. † Trigesimosecundò quæro: pone, quod in medio duarum ciuitatũ est locus quidã cõis inter aliquos dominos, & ibi cõmissum est delictũ, corãm quo iudice est faciẽda cõfessio, vt ex ea cõfitens possit damnari? Bal. in d. l. vnica. C. de cõfes. in. vii. col. in fine ponit qõnem, & decidit, quod si potest apparere aliqua linea distinctiua territorii, ille iudex cognoscit, cuius est territoriũ: & si nõ potest apparere, ille, qui præuenit, cognoscit: & dicitur præuenire eo ipso, quod citat, secũdum eum.
123 † Trigesimotertiò quæro, quid si clericus propter homicidiũ commissum

missum per eum, captus sit,& con
fiteatur se esse laicum purum, an
hæc confesio ei noceat?Bal. in l.
vnica.C.de confe.ix.col. decidit,
ꝙ non nocet. † Trigesimoquartò
quęro,an confesio cõtrà matri-
monium noceat ad illud dissoluẽ
dum.dicas,ꝙ nõ secũdũm Inn. in
c.cum dilecto.de accu.& Bald. in
Margarita.ver.cõfesio.Spe.in ti.
qui ma.accu.po.ver.si vero.fallit,
qñ probatio matrimonii funda-
tur in sola confesione partis, &
illa cõfesio est qualificata: vt ple
nè per Io. Anto.de san.Gem.in c.
125 tua nos.de sponsa.† Trigesimo-
quintò quæro:pone, ꝙ quis confi
tetur instrumentum,quod est fal-
sum, esse verum, an posit posteà
per cõfitentem allegari falsum?di
cas, ꝙ si est falsum, non obstante
confesione potest allegari fal-
sum:vt no.Bal.in l.alia.ij.col.ver.
item addo dictum.C.de iis,qui.vt
126 indi. † Trigesimosextò quæro,
an confesio coniugis,in cuius fa
uorem lata est sententia diuortii,
sufficiat ad retractãdam ipsam sen
tentiam:dicas,ꝙ non:vt est tex.in
c.consanguinei.& ibi Doct. de re
iudica.vide Felin. in d.c. consan-
127 guinei.de re iu.nu.1. † Trigesi-
moseptimò quæro:pone,quis fuit
foriudicatus nulliter,an si captus
cõfiteatur sponte delictum posit
còndemnari,dicas,quòd sic.secũ-
dùm Ang.in l.ij.ff.de libe.& post.
vbi tradit cautelam.& ibi latè per
128 Alex.†Trigesimooctauò: ecce,
quis confitetur se fecisse homici-
dium, sed ad sui defensionem, &
non dicit necessariam, an sibi prę
iudicet?dicas,quòd præiudicat,&
uenit puniendus, quia debuerat
adiungere ad sui defensionem ne
cessariam,vt tradit Rom.sing.28.
129 inci.accusatus. † Trigesimono-
nò quæro,an videatur confiteri il
le,qui recepit literas ad se missas
per assasinum,qualiter ad sui in-
stãtiam commisit homicidium,&
ꝙ debeat mittere pecuniam: vide
Matthesila.in no. 22. incip. nota
mirabilem modum.& per Docto.
in l.filiusfamilias. ff. ad Macedo.
130 † Quadragesimò quæro,an con
fesio posit declarari & exponi
per confitẽtem?dicas,quòd sic: vt
est tex.in c.cùm dilecti. de accusa
ti.& ibi per Inno. Abb. & Feli. &
sequitur Bal.in Margarita. in ver
bo,confesi.idem Bal.in l.j.§. itẽ
si vassallus.de contro.inuesti. iii.
col.& Bal.in addi.Spec. in tit. de
positio.v.col.versi.potest quis in-
terpretari.& in l.ii.in fi. C. de cu-
sto.reo.& in authen. contrà, qui
propriã.C.de non nu.pecu.pe.co.
in fi.& Alex.in con. ccclxvi.inci.
viso processu inquisitionis forma
tæ contrà Anto.vlt.col.licèt Ber-
tran.in repertorio in verbo, con-
fesio.Io.vltimo teneat contrariũ
per doctr.Bar.in l.Aurelius.§. idẽ
quæsiit. ff. de libera. legata . vide
Alcia.in tract.de præsumptio.35.
præsumptio.nu.10.& Dec. consi.
clxxxix.in ix.col.& cõ. cclxxviii.
131 vlti.col.† Quadragesimoprimò
quæro, an confesio syndici pro-
bet delictum commissum per mu
nicipes, vel administratores ciui-
tatis,vt videatur nocere ipsi ciui-
tati:uideatis Cor.in con.ccxxiiii.
132 in 4.lib.nu.7.cum seq.† Quadra
gesimosecundò quæro, quid si ali
quis confessus fuit se commisisse
stuprum cum virgine tanquàm
sua uxore. & sic etiam confessa
fuit mulier, propter quod uir ille
fuit

fuit absolutus, modò mulier stu-
prata petit illum stupratorẽ in vi-
rum, ille negat, quid iuris? vide Al
ber. de Rosa. in l. procuratore. ff.
de interroga. actio. vbi videtur de
cidere in fauorem mulieris. uide
133 eũ. † Quadragesimotertiò quæ
ro, nunquid si aliquis cõfitetur se
fuisse absolutum ab excommuni-
catione, videatur cõfiteri se fuisse
excommunicatum: uel si quis in-
quisitus & interrogatus de homi-
cidio, dicat se fuisse indultatum,
an uideatur confiteri homicidiũ.
Bar. in l. decẽ. 2. col. in fine. ver. ex
iis apparet. ff. de ver. obligat. & in
l. j. ĩ fine principii. ff. de noui ope.
134 nuntia. dicit, quòd sic. † Quadra
gesimoquartò quæro, nunquid cõ
fessio rei noceat tertio comparẽti
in iudicio pro suo interesse ad sui
defensionem. Bar. in l. si pro luso-
rio. §. j. 2. col. vers. quæro, quid si
ille primus. ff. de appella. & Par. de
Put. in li. syn. in verbo, robbaria.
dicunt quòd nõ nocet, vide Feli.
in c. causam quæ. de testi. nu. 23.
135 † Et an tertius comparens pro
suo interesse, in criminali debeat
audiri? dicas quòd sic: vt con-
suluit Aymon. Crauet. in cons. 58.
136 in pri. incip. accusatur. † Qua-
dragesimoquintò quæro, an con-
fessio facta per iram noceat: di-
cas, quod nõ. secundùm Gl. sing.
in c. ex literis. extrà. de diuor. &
sequitur Ro. sing. 108. incip. volo
137 cõmentari. † Quadragesimose-
xtò quæro, an istæ lamiæ & incan
tatrices vulgariter dictę fatrochia
re, possint, ex sola sua cõfessione
damnari, alijs non apparentibus.
dicas, quòd sic: vt habet per do.
Fran. Ponzini in tract. de lamijs.
138 nu. 70. in vij. conclusio. † Qua-
dragesimoseptimò quæro, ꝙ si ali
quis confitetur se aliàs in iudicio
abiurasse hæresim in manibꝰ alte-
rius inquisitoris, an ex noua con-
fessione & relapsu possit dici ple-
nè relapsus, ita, vt possit condem-
nari, etiam si non appareat de illa
alia confessione. do. Fran. Ponzi-
ni in tract. de lam. in nu. 62. ver. ex
quibus interro. dicit, ꝙ nõ potest
condemnari, quia non apparet de
prima confessione, facta in mani-
bus inquisitoris: licèt modò in se-
cunda cõfessione ipse dicat, aliàs
139 se confessum. † Quadragesimo-
octauò quæro, an confitens hære
sim ex sola cõfessione possit dam-
nari. dicas, ꝙ sic: vt dicit Bal. in l.
si quis nõ dicam rapere. C. de epi.
& cler. & dicit Franc. Ponzini in
tract. de lam. nu. 52. ver. nec habet
140 obstare. † Quadragesimononò
quæro, quid si confessio fuerit in-
cõtinenti reuocata, an debeat pro
bari de errore? dicas, ꝙ Gl. in c. fi.
in verbo, iusta causa. de iureiurã.
in vj. & Ias. in l. error. 2. col. C. de
iur. & fact. igno. tenent, ꝙ non de-
bet probari de errore. quod limi-
tat Alex. in consi. 92. incip. uiso
& opportuno. col. fi. li. 5. & con-
sil. 87. quamuis. eo. lib. nisi fuis-
set redacta in scriptis. tunc enim
debet probari de errore: vt habe-
tur etiã per Alcia. in trac. de præ-
sumptio. in præsumpto. 21. nu. 3.
141 † Quinquagesimò quero, an cõ
fessio officialis publici, vtputa ęra
rij, thesaurarii, & receptoris, fi-
scalis noceat fisco. dicas quòd sic,
si est diues: secùs, si pauper. secun
dùm Bal. post Gl. in l. ĩ contracti-
bus. §. sed quoniam. C. de non
nu. pecu. in pri. versi. quæro, an
142 confessio. † Quinquagesimo-
primò

primò quæro, an confessio facta in causa ciuili, præiudicet in causa criminali. Inno. in c. per inquisitionem. de electio. dicit, quòd sic. quia contrà confessionem propriã nihil potest obiici. c. per tuas. de proba. in cõtrarium sentit Gl. in c. ex penitentibus l. distin. & facit, quod no. Bar. in l. si confessus. ff. de cu. reo. Feli. in c. qualiter. el. 2. nu. 47. plenè tangit, & tandem dicit, quòd tunc nocet, quando est facta coràm iudice competenti, orta iã suspitione aut infamia. item, quando sumus in eodem iudicio inter easdem personas: secùs, si in alio iudicio. itẽ quãdo esset vera confessio: secùs, si ficta. secundum Bald. in l. ij. vltima col. C. de edendo. item, quando confessio facta, facta esset per principalem: secùs, si per procuratorẽ.
143 vide eum ĩdicto loco. † Quinquagesimosecundò quæro, an cõfessio facta præmissa negatiua, sit sufficiens ad condemnandum (vt si dicam: nego me commisisse homicidium, & si constiterit me cõmisisse, dicam, me fecisse ad mei defensionem) dicas, quòd non. Gl. est not. in l. si quidem. in prin. C. de excep. & ibi not. Bal. & sequitur Ias. in §. itẽ si quis. insti. de actio. col. 4. versi. secundo not.
144 † Quinquagesimotertiò quæro: ecce quis accusauit iudicẽ de corruptela, quia ipsi pecuniam dedit, & nõ probauit: si iudex sit absolutus, an hic possit ex sua cõfessione dãnari? Bal. in auth. sed nouo iure. C. de se. fu. cõcludit, quod nõ, quia ista cõfessio fuit facta ad aliũ finẽ. & firmat Par. de put. ĩ li. syndi. ĩ ver
145 bo, corruptio. † Quinquagesimo quartò quæro. an soluens aliquid curiæ per viam compositionis, uideatur fateri delictum. vide Par. de Put. in li. syndic. in verbo, cõpositio. versi. an officialis episcopi. ubi videtur concludere, quod nõ, si est illicita solutio. vide Bald. in l. ea quæ. vlti. col. versi. sed quid si non uult negare. C. de condic. in de. & Paul. de Cast. consil. 220. incip. notãdum, quòd. in fi. & quid de soluente aliquid animo euitandi inquisitionem criminis, an inducatur confessio: uide Pau. de Cast. in consi. prælle. 220. notãdum, quòd adulterium. in fine. ui de Paul. Grilla. in tra. de rela. carce. 4. q. & quo ordine, & quomodò debeat fieri, ut non infamet. per eundẽ ibi. ubi dat pulchrum mo-
146 dum. † Quinquagesimoquintò quæro, an confessio mulieris asserentis & confitentis se uirginem, valeat. dicas, quòd si non est contra matrimoniũ, valet & tenet. secũdùm do. Ant. & Host. in c. attestatiões. extrà de desponsa. impu. & eam potest quandocunque reuocare tanquàm erroneam & indeliberatam, etiam nõ docto aliter de errore: quia satis est, quòd confessio emanauit in materia, in qua falli potuit, cùm interuenien te nixu copulæ potest falli, an corruptio interuenerit, an non: & sic an permanserit uirgo, & sic habetis limitationem ad ea, quæ dicuntur in c. fi. de confes. & in l. error. C. de iu. & fac. igno. dũ ibi dicitur, quod confessio emanata in iudicio non potest reuocari, nisi docto de errore. quia procedunt prædicta, nisi confessio emanet in materia tali, in qua falli potest confitẽs, quia tunc potest reuocari indistinctè: nisi emanasset dicta

confeſsio deliberatè. ſecundùm do. Anto. & Io. Ant. de ſan. Geor. in c. atteſtationes. extrà de deſpon
147 ſa. impu. † Quinquageſimoſextò quæro, an clerici confitentes delictum abſq; accuſatore puniãtur: dic, quòd ſic. ſecundùm Hoſtien. in ca. 2. de confeſ. ſequitur Ioan. Bernard. in pract. crim. cano. in verbo, confeſsionibus ꝓ-
148 priis. † Quinquageſimoſeptimò quæro, an ex confeſsione clerici poſsit argui, quòd ſit incorrigibilis, dicas, quòd ſic: ex modo confitendi delictum, dicendo talia uerba, per quæ appareat non ſolùm non pœnitere delicto, ſed dolere, quòd delictum non fuit perfectè conſummatum, ut fuerat attentatum, & ſicùt intenderat committere, ſecundùm Cardi. in quodam conſi. vt refert Felin. in c. Rhodulfus. xxv. colu. de reſcrip. & Ioan. Bernard. in practi. crimi. cano. in uerb. data incorrigibilitate.

SECVNDA PARS tertiæ partis.

SVMMARIVM.

1 *Confeſsio extraiudicialis, probatur per duos teſtes.*

2 *Teſtes deponentes de confeſsione extraiudiciali, debent eſſe conteſtes.*

3 *Argumentum de ciuili ad criminale, validum eſt.*

4 *Cõfeſsio extraiudicialis debet roborari cauſa.*

5 *Veroſimilis debet eſſe confeſsio extraiudicialis.*

6 *Indicia ad torturam debent eſſe uerosimilia.*

7 *Confeſsio extraiudicialis debet eſſe probabilis & poſsibilis.*

8 *Iudicium eſt demonſtratio ad detegendam veritatem.*

9 *Confeſsio extraiudicialis non debet extorqueri per metum.*

10 *Confeſsio extraiudicialis non debet emanari per iram.*

11 *Teſtes deponentes confeſsionẽ extraiudicialem, debẽt examinari per iudicem.*

12 *Teſtes debent examinari parte citata ad videndum iuramẽta eorum.*

13 *Teſtes deponentes confeſsionẽ extraiudicialem, debent dicere, quo tempore.*

14 *Confeſsio extraiudicialis debet probari per teſtes, qui examinari debuerunt.*

15 *Teſtes deponentes de confeſsione extraiudiciali, debent deponere cum iuramento.*

16 *Teſtes ſuper confeſsione extra iudiciali, debent principaliter deponere ſuper ea.*

17 *Confeſsio extraiudicialis requiritur quòd non ſit eliſa ex contrarijs probationibus.*

18 *Sententia contrà confeſsionem extraiudicialem, quid operetur.*

19 *Delinquente uero apparente, non*

IVDEX.

SEQVITVR, ut uideamus secundo loco de confessionibus extraiudicialib. postquàm uidimus de confessionibus iudicialib. spontaneis. & primò uideamus de requisitis ad confessionem extraiudicialẽ.
1 † Et quidem requiritur primò, vt confessio extraiudicialis obstet, quòd probetur per duos testes, cum sit indicium remotum: quo casu duo testes requiruntur, secundùm Gloss. l. fin. C. fami. hærciscun. & ibi Barto. in l. fin.
2 ff. de quæstio. colum. fin. † Secundò requiritur, quòd testes deponentes de tali confessione extraiudiciali, sint contestes de loco, tempore, & causa scientiæ: ut in dicta Gloss. & uoluit Bald. in l. j. versi. quemlibet actum. C. de testibus. & Cyn. in l. generaliter. C. de non numerata pecu. & Innocent. in cap. per tuas, extrà. de probationib. & Alexander consil. xviii. primo lib. & intantùm est uerum istud, ut si unus testis deponat de una confessione facta in loco, alter in alio loco, uel alio tempore, non coniungantur, & sint singulares: ut tenuit do. Anto. de But. in c. licèt ex quadam. pen. col. uersic. & pro hoc

hoc deciditur quæstio. de testi.al legat Cyn.in l.ij.C.de cõsuet. idẽ voluit Anto. de But. in c. fi. antè pen.col.de consue.& Alex.in con si.72.pri.lib.iij.col.& cõsi.67.iij. vol. incip. viso processu. & plenè habetur per Afflict. decisio. 364.
3 incip.fuit decisum.† Et licèt præ fati Doctor.loquant in ciuilibus. tamẽ validũ est argumẽtum de ci uili ad crimenale. l.absentẽ. ff. de pœn.Ias.in l.magistratibus.col.2. ff.de iuris.om.iu. quod adeò procedit, vt statutum corrigẽs in cau sa ciuili porrigatur ad criminale. secundùm Are.in consi. 109. col. ij. & plenè Aymon. Craue.cõ.58.
4 1.lib.incip.accusator.† Tertiò re quiritur, quòd nedum quis extrà iudicium confiteatur delictũ, sed confiteatur etiã causam, quare ad delictum prorupit:vel aliter de ea constet.alias si confessio extraiudicialis sit sine causa, non operatur effectũ, per ea quæ dixi in cõfessione spontanea, in requisitis concernentibus substantiã & qualitatem cõfessionis. & propriè in materia extraiudicialis cõfessionis, habetur per Cepol. consi. 32. col. pe.& not.Bal. in l.clarum. C. de autho. præstan. & firmat Mar. Anto.Blanc.in repe.l.fi.ff. de quæstio. nu. 207. vbi inter alia dicit, quòd talis confessio debet esse verosimilis, & sic,quòd habeat causam præexistentem, in qua consistat honor,utilitas,vel quid aliud
5 simile. † Quartò requiritur, ꝙ dicta confessio extraiudicialis nedũ sit verosimilis respectu causæ, vt suprà dictum est: sed etiam respectu loci, temporis, & aliarum circunstantiarum: vt probat optimus rationibus Marc. Ant.Blanc. in d.l.fi.nu.208.in fine. & confirmat per ea, quæ dixi suprà in materia confessionis iudicialis. & ideò sicut iudex debet modis omnibus verificare confessionem iudicialem, vt possit peruenire ad condemnationẽ virtute ipsius:ita pari modo debet, inquantùm potest, verificare & reddere verosimilem confessionẽ extraiudicialem, vt ex ea posit ad tortura peruenire,& non ita nimis properè & repentinè,habita dicta confessione, torquere, ut aliqui minus do-
6 cti intelligunt.† Facit pro prædictis, quia in tortura debent præcedere uerosimilia indicia, ex quibus obiecto crimine reo,per præsumptionem culpæ, animus iudicis informetur.l. prima.in respõ. ff.de quæstio.& l.milites.§.oportet.& l. sicut. C.de fal.& Bar.ibidem. item indicia debẽt esse legitima.l. j.ff.de quęstio.& l.milites. C.eo.tit.facit optimè ad prædicta not.doctri.Bal.in l.nõ hoc.C.undè cogn.in fi. dum ponit, quid sit
7 indicium. † Requiritur quintò,ꝙ confessio extraiudicialis, ut operetur effectũ suum, sit probabilis, & possibilis: intantùm, vt siquis extraiudicialiter cofiteatur se occidisse hominẽ,debeat saltem per famam publicam constare de corpore mortuo:vel si confiteatur se cõmisisse furta, debeat cõstare de rebus subtractis: sicùt dicimus de confessione spontanea, ut suprà
8 dixi. † Facit, quia indicium est demonstratio siue adminiculum ad detegẽdam veritatẽ.l. adulter. ff. de adulteriis. & in l. solent. ff. de præscriptis verbis. & id, quod nõ est possibile nec probabile, nõ potest detegere veritatem, nec potest

test esse adminiculum ad eam detegendam:& impossibile non obligat. secundùm Spec. in titu. de aduocat. §. iij. uersic. ad euidentiam. & habetur in l. non dubiũ. C. de legib. & in l. apud Iulianum. §. j. ff. de legat. primo. & in l. continuus. §. sub hoc. ff. de uerborum oblig. adde Marsil. in l. j. ff. de quæstio. nume. 62. cum sequentibus.
9 † Requiritur sextò, quòd talis confessio extraiudicialis non sit extorta per metum, uel præcedentibus minis uel persuasionibus aduersarij & ueri delinquentis, ut sic se exonerare posset ab indiciis contra se existentibus. secundùm Pari. de Puteo. in libro syndica. in uerbo, Robbaria. & euenit in diebus meis in terra sancti Seuerini, dum ibi assiderem pro iudice in quodam maleficio: ut quidam, qui occidisset hominem, induceret quendam pauperculum iuuenem ad cõfitendum extra iudicium, se esse
10 illum, qui occidisset. † Requiritur septimò, quòd talis confessio extraiudicialis non sit emanata per iracundiam, sed ex proposito, & non per lasciuiam, sicut solet quandoque fieri inter amicos. argumẽ. not. per Ioan. de Imol. in ca. fin. de confessio. nam quod calore iracundiæ factum est, ad pœnam non est trahendum. l. j. C. si quis impera. male. & Alexan. consil. clxxxj. in causa angelorum. colu. ij. uersic. prætereà. uolu. ij. & Hippol. de Marsil. in practi. §. diligenter nume. 36 faciunt ad corroborationem præfatorum ea, quæ scribit Marc. Anton. Blanc. in rep. l. fi. ff. de quæstio. nu. 183, in uerbo, minæ. quod quidem bonus iudex ex qualitate personæ & facti perpendere potest, & ex uerosimilitudinibus, uel in uerosimilitudinibus, & ex aliis circunstantiis
11 considerandis per eum. † Requiritur octauò, quòd testes deponentes de confessione extraiudiciali, sint examinati per iudicẽ & non per actuarium, uel alium examinatorem. nam in causis criminalibus iudex ipse debet recipere & examinare testes: nec notarius potest hoc facere, nisi ex causa, sine commissione iudicis: vt colligitur ex text. in Cle. j. de offic. deleg. & ibi Gloss. & Bald. in rubri. de contro. inuesti. ii. colum. & tenent Gloss. Bald. Paul. de Cast. & alii in l. hac consultissima. §. fin. uersic. depositiones. C. de testament. & habet per Marsi. in l. j. nume. 16. ff. de quæstio.
12 † Requiritur nonò, quòd testes ipsi sint examinati parte citata ad uidendum iuramenta testium, & quòd sit facta contestatio litis. secundùm Angel. de Aret. in libro malefi. in uerbo, fama publica. in ij. charta. versic. quæro qualiter probetur. allegat Barto. hoc uolentem. in l. fi. in fi. ff. de quæstio. & noluit Salic. in l. fi. C. eo. tit. & Bald. in l. iubemus. in iii. colu. versic. item dixi. C. de proba. & Ange. in repe. l. si uacantia. xxvii. colu. C. de bo. uacan. lib. x. & plenè per Marsil. in d. l. j. nu. 7. ij. colu. & in propriis terminis ita concludit Afflict. in constitut. humanitate. in v. not. uersi. item
13 quæro. † Requiritur decimò, quòd confessio taliter probetur, ut non solùm dicatur, confessum esse aliquem, se occidisse: sed etiã

insuper, quo tempore, quo loco occiderit, confessum esse: vt dicit Bald. in l. in bonæ fidei. C. de iureiuran. & latius per Fran. Brun. in tract. de indi. & tor. in quæstio. iii. primæ partis. nu. 16. uersi. ad-
14 uerte tamen. †Requiritur undecimò, vt confessio extraiudicialis non sit probata per testes, qui examinari nõ debuerunt. nam in quibus casibus examinati nõ faciunt iudicium, in illis casibus deponentes de confessione extraiudiciali, non probant ad indicium inducendum: & per consequens confessio prædicta nihil operatur. sunt autem non pauci, qui non debent examinari propter reuerentiam, quæ debetur ab eis aliquibus personis: atque ii quidem non faciunt indicium, si examinati fuerint. secundum Barto. in l. maritus. ff. de quæst. & probatur in l. j. §. diuus Antoninus. & §. Antonius. eo. titu. sunt rursus, qui propter ætatem non debent examinari. nam examinati non faciũt indicium plenum, sed qualequale: ut l. j. §. impubes. ff. ad Sylle. & not. Gloss. in l. talis. C. de ijs, qui. ut indi. secundum Barto. ibi. sunt & tertij, qui non debent examinari, de quibus ad plenum per Bar. in d. l. maritus. & Bald. in l. cunctos populos. C. de summa tri. & fi. ca. Bal. & Sali. in l. seruos. C. de test. Abb. in c. ex literis. in prin. de transa. Marc. Ant. Blan. in repe. l. fi. ff. de quæsti. nu. 344. cum pluri. se. Alex. consil. 24. incip. animaduersis. in ij. col. in fi. ij. volu. Marsi. in practi. §. diligenter. nu. 141. Fran. Bru. in tract. de indi. & tor. in q. ij. primæ partis. nu. xj. cum seq. item non debent esse testes, qui patiuntur plures defectus, quia eo casu etiam in subsidium non admittuntur: ut consuluit Soci. consil. cxviii. incipiẽ. visis. in antepen. colu. & Barba. in consi. lxv. incip. sapienter. iiii. col. in iiii. vol. & Marsi. in consil. cij. incip. pauci sunt. j. col. uu. xj. col. xij. & Gramm. consi. xxxv. nu. 34.
15 †Item testes deponentes de confessione extraiudiciali, debent deponere cum iuramento: aliàs non faciunt plenum indicium. sed qualequale. secundum Abbatem in c. cum olim. de dol. & contu.
16 †Requiritur duodecimò, quòd testes deponentes & probantes confessionem extraiudicialem, sint principaliter examinati super confessione extraiudiciali, & de ea tantùm deponant: aliàs si unus testis vbi deposuit super facto, simul deponat de confessione extraiudiciali eiusdem facti, & iungatur cũ alio teste similiter deponente de confessione, nihil probat eius dictum super confessione prædicta. quia idem testis non potest facere plus, quàm semiplenam probationem: & sic remanet dictum unius tantùm testis, per quem non probatur confessio: ut consuluit Alex. in consi. clii. in ult. col. in fi. in v. uol. & idem tenuit idẽ Alex. in l. Gallus. §. ille casus. ff. de lib. & post. refert & sequitur excellens Tho. Gram. in decisio. xxviii. nu.
17 3. vide eũ. †Requiritur decimotertiò, quòd confessio prædicta non sit elisa ex contrariis indiciis & præsumptionibus. nam tunc non operatur effectum suum, cùm indicia tollantur ex contrariis indiciis & præsumptionibus: ut dicit Barto. in l. fi. C. familiæ hærc.

& habetur

& habetur plenè per Fran. Brunũ in trac.de indic.& tor. in v.quæſ.
18 primæ partis per totam.† Requiritur decimoquartò, ut nō ſit ſententiatum contrà talem confeſsionem, quia eo caſu non operaretur effectum: propter ea, quæ dixi ſuprà in prima parte.
19 † Requiritur decimoquintò, ut non appareat de uero delinquente, quia ſi conſtaret, confeſsio extraiudicialis non operaretur.per tex.l. qui ſeruum.ff.de interro. actio.& ita dixit Inno.in c. ſignificantib. in fi. de purga.uulga.& plenè proſequitur Marſi.in l.j. §. ſiquis ultrò. ff. de quæſtio.num.72. cum ſequen.
20 † Requiritur decimoſextò, ut dicta confeſsio non ſit reuocata per confitentem ante cœptum iudicium. ſecundùm Feli.in c.at ſi clerici.de iudi. & Bald. in l.j.§. fi.C. de co.Iaſ.in l.magiſtratibus.ff.de iuriſ.om.iudic. licèt Deci. in d.c. at ſi clerici.impugnet iſtud dictũ. de quo plenè per Blan. in d. repe. l.fi.ff.de quæſt.nu.209.ubi plenè.
21 † Requiritur decimoſeptimò, ut confeſsio prædicta extraiudicialis, ſit certa, clara, & non dubitata. quia alias interpretatur in fauorem rei: ut dixi ſup. in prima parte in requiſitis concernentibus qualitatem confeſsionis. Iſtis uerò omnibus concurrentibus, uidendum reſtat de effectibus extraiudicia-
22 lis confeſsionis.† Et primò operatur, quia confeſsio extraiudicialis eſt tantæ potentiæ, ut faciat ſufficiens indicium ad torturam: ut habetur per Gloſſ.in uerbo, accuſatori.in l.cap. v.ff.de adul.& per Inno.in c.ſicut.extrà. de teſtib.& per Bar. & alios in l. quoniam. ff. de infa.& Alex.& Soci.in l.magiſtratibus.& ibi Deci.& alij. ff. de iuriſ.om.iudic.Abb.& communiter Canoniſtæ in c.at ſi clerici.de iud.& communiter ſecuntur omnes criminaliſtæ, vt habetur per Marcum Anto. Blanc.in repet. l. fi.ff.de quæſtio. nu. 204. quod eſt uerum præterquàm in tribus caſibus: primo, vbi agitur de crimine ciuiliter, ſecundo niſi confeſſio fuerit reuocata: tertio, niſi cōfitens ſit clericus: quia requiritur infamia, vt dicit notabiliter Feli.in c.olim.de reſcrip.in princ.
23 † Secundò operatur, ut talis confeſsio extraiudicialis, ſit ſufficiens ad imponendam pœnam extraordinariam. per l. ictus fuſtium. ff. de infa. & cōſuluit Ang. in cōſ.x. incip.in cauſa.ij.col.& eſt tex. in c.quàm ſit graue. de exce. prælato.& firmat Par.de Put.in li. ſyndic.char.69.uerſi.adde unum ſingulare.& firmat Hippo. de Marſi. in l.de minore.ff.de quæſt.nu.53.
24 Tertiò operatur, ut taliter confitens poſsit detineri in carcere: vt ff.de cuſto. reo. in l. ſi confeſſus. & conſuluit Angel.in d.conſil. x.
25 † Quartò operatur, ut taliter cōfitens poſsit priuari beneficio eccleſiaſtico iam adepto: & etiam abſtinere debeat à ſuſcipiendo alia: ut not.Inno.extrà.de elect.in c.per inquiſitionem. & conſuluit Ange.vbi ſuprà. & plenè per Oldra.conſi. ccxcij. incip. an negatio.& habetur per Alber.de Roſa.
26 in l.quæro.ff.de ædil.edi.† Quintò operatur mirabilem effectum, videlicet plenam criminis probationem, quando ita ſtatutum, & lex requirit probationem animi. & de facto conſtat exemplum ſecundum Angel.in d. conſil. x. ſi quis

effugerit cum esset citatus. sed du bitatur an animo latitandi id fecerit, si probatur confessio extrà iudicium facta, quòd animo latitandi aufugit. hæc confessio sufficit ad condemnandum: ut l. Fuscinius. §. quid sit latitare. ff. qui. ex cau. in po. ea.

27 † Et per huiusmodi dictum notabile potest in terminis regiæ pragma. de ictu scopetti & balistæ decidi casus, cum euenerit. nam uos scitis, quòd emittens ictum balistæ & scopetti, etiam si non sit secutus alicuius læsionis effectus, punitur pœna mortis, si ad offendendum emiserit. nam si constat de ictu, & non de animo, sed adest extraiudicialis confessio, quòd animo nocendi emisit, punitur ad mortem. quod ipsum recolo alias me dixisse in quodam apparatu, quē feci in dicta regia pragm.

28 † Sextò operatur alium effectum. nam licèt cōfessio iudicialis facta per minorē sine curatore, non teneat: tamen si minor confessus fuerit extrà iudicium, facit indicium ad torturam: & operatur solitū effectum, licèt fuerit facta absque curatore. secundùm Bal. in l. clarum. C. de authori. præstan. & refert & sequitur Fran. Bru. in tract. de indi. & tor. in iii. char. in iii. colum. uersi. aliud indicium. & Hippo. de Marsi. in l. de minore. in prin. num. 51. uersi. an hoc habeat locum. ff. de quæstio.

29 † Septimò operatur alium effectum. nam cùm confessio delicti in tormentis, egeat ratificatione & perseuerantia, aliásque non noceat, fallit id, quando ultimæ confessioni, in tormentis, adest extraiudicialis. quoniam eo casu nō requiritur ratificatio. secundum Inno. in c. at si clerici. extrà. de iudic. & Feli. in c. olim. v. colu. de præscrip. & Par. in uerbo, tortura. lo j. uer. quia sæpè. & Ias. in l. magistratib. ff. de iurisdi. om. iudi. & Marsi. in prax. §. quoniam. uersi. quæro, dixi suprà. & in sing. 500. incip. spōsalia de futuro. Alex. post Bar. ī l. capite v. ff. de adulte. & per Tho. Gram. in consi. xl. & Carre in sua practi. in princ. nu. 48. & 49.

30 † Octauò operatur. nam si examinatur testis in iudicio de aliquo facto, an sciat & interfuerit, & deponat, quòd non, & constet extraiudicialiter confessum fuisse se interfuisse facto, & scire: isto casu ex tali extraiudiciali confessione potest torqueri. per tex. vnius. §. testes. ff. de quæst. & refert & sequitur Fran. Bru. in trac. de indic. & tortu. in iiii. q. ii. partis. nu. 13. cum sequētib.

31 † Nonò operatur alium effectum. nam concurrentibus prædictis requisitis, & concurrentibus uerosimilibus, puta: partis præsentia, & causæ expresio, & loci, nedum confessio extraiudicialis facit indicium ad torturam, ut suprà dictum est: sed etiam sufficit ad plenam probationem: ut præcisè cōgi posit talis confitens, ut perseueret in tortura, ut cōdemnetur. & hoc firmauit per multa iura & authoritates Tinda. ī tra. de testi. uaria. in vj. capitu. & præcisè per tex. l. quæro. §. fi. de ædil. edict. & per text. in d. l. cap. v. & firmat & sequitur Marsi. in l. de minore. nu. 52. ff. de quæst. adde Capy. in decisi. clxxix. & Feli. in c. olim. 8. limi. extrà. de rescri. adde etiam, quòd quando in cōfessione extraiudiciali interuenisset iuramentum, tunc

tunc etiam præiudicat quò ad plenam probationem: vt dicunt Bal. & Ange. in l. generaliter. ulti. col. C. de non nu. pe. & Gramm. plenè in decisio. xxxiiii. nu. 59. cum seq.
32 † Decimò operatur aliũ effectũ. nam cùm dicto testis extrà iudicium contrà tertium non stetur: & stetur dicto testis in iudicio facto potiùs, quàm extrà iudicium, istud quidem est uerum, quò ad tertium, & in præiudicium tertii: sed quò ad ipsum testem accusatũ de falso, habet uim confessionis extraiudicialis, & sufficit ad inquirendum de falso: & si concurrunt uerosimilia, puta: partis præsentia, causæ expressio, & loci, sufficit ad plenam probationem, ut possit de falso puniri: ut notabiliter & subtiliter prosequitur Tinda. in tra. de testi. ua. in c. vj. & vij. & tenuit & consuluit Alex. cõsil. cxiii. incip. omissis non necessariis, dico, in j. lib. vbi dicit ex tali confes-
33 sione posse testem torqueri. † Vndecimò operatur alium effectum secũdum Alber. de Rosa. in l. quęro. ff. de ædil. edict. quia facit maleficium esse notorium: quod dicit probari ex tex. c. conseruatores. extrà. de offi. deleg. adde quòd Feli. in c. olim. de rescrip. in iiii. fallen. num. 6. videtur intelligere, quando talis confessio facta esset coram magna multitudine perso-
34 narum. † Duodecimò operatur alium effectum contrarium. quia confessio extraiudicialis non infamat. secundum Alber. de Rosa.
35 in l. j. C. de requi. re. nu. 6. † Decimotertiò operatur aliũ effectũ. nam confessio extraiudicialis accusatoris uel instigatoris prodest reo & accusato ad absolutionem: vt dicit Bal. in l. j. col. ii. ff. de eo, per quem factum est. & Gerar. in singu. lv. & pulchrè Ludo. Roma. consi. 67. inchoan. Antonius accusatus. col. ij, uer. vj. & tenet Boër.
36 deci. cx. num. 5. † Decimoquartò operatur. quia confessio licèt extraiudicialis, dicitur probatio. secundum Ange. de Aret. in §. omnium. vii. colu. insti. de actio. allegat Bald. in l. deo nobis. post priñ. C. de epis. & cler. & Bar. in l. admonendi. ff. de iur. iuran. & sequitur Marsi. in consi. cxiii. nu. 22. in ii. lib. Decimoquintò operat. quia confessus extraiudicialiter nõ debet liberari sub fideiussoria cautione in casu, quo aliàs esset liberandus. secundum Afflict. in constitu. humanitate. in prin. in prima fallentia. & in v. nota. uersi.
37 sed quid si esset confessus. † Sed quæro, an confessus extrà iudiciũ bis possit ex ea confessione condemnari. Bal. in l. cum scimus. C. de agri. & censi. li. xj. quem refert & sequitur Ro. in l. nuda ratio. ff. de dona. Pau. de Cast. in l. publici. in fi. ff. de po. & Feli. in ca. de hoc.
38 nu. 3. de simo. tenet, quòd sic. † Secundò quæro, an confessio extraiudicialis in pertinentibus ad salutem animæ, noceat & præiudicet plenè: dicas, quòd sic. secundum Bal. in l. j. iiii. col. C. de fal. cau. adie. lega. quem refert & sequitur Feli. in c. de hoc. de simo. nu. iiii. exemplificando in eo, qui extrà iudicium confitetur, se esse usurarium.

TERTIA PARS
tertiæ partis.

SVMMARIVM.

1 *Indicia legitima debent præcedere confeßionem extortam per torturam. & nu.2.*

3 *Iudex habēs liberū arbitrium nō poteſt torqueri ſine īdicijs.*

4 *Accuſatus nolens reſpondere, poteſt torqueri.*

5 *Teſtis uarius quādo torq̄atur ſine indicijs. vſque ad nu.7.*

7 *Cuſtos pecuniarū ſubtractarū an torqueatur ſine indicijs.*

8 *Contumax & bannitus abſq; alijs indicijs torqueri quando poßit. vſque ad nu. 32.*

9 *Inquiſitio non pōt formari nō præcedentibus indicijs.*

10 *Contumacia tunc demum facit indicium, ſi ritè & rectè proceßit.*

11 *Tortura non poteſt inferri, nō conſtito de delicto.*

12 *Tortura non poteſt dari, niſi conſtet de offendente.*

13 *Accuſator non admittitur ad accuſandum, ſi non habet indicia.*

32 *Cōfeßio extorta ſine indicijs, an conualidetur ipſis ſuperuenientibus.*

33 *Confeſſus poteſt interrogari de alijs delictis, de quibus non extant indicia.*

34 *Tortus an dicatur, qui parum fuit altatus.*

35 *Confeßio extorta per torturam abſque indicijs, an conualidetur ſi eſt verificata per oculorum inſpectionem.*

36 *Confeßio ex abrupto extorta coram vno iudice, ſi fuerit reuocata corā alio, an ſufficiat ad condemnandum.*

37 *Confeßio territi valet ſine indicijs.*

38 *Torqueri ſine indicijs in crimine læſæ maieſtatis an poßit.*

39 *Lite conteſtata datur tortura.*

40 *Teſtes debent examinari parte citata ad videndum iuramenta teſtium. & nume.41. 42.43.44.45.*

46 *Teſtes an poßint ſemp̄ repeti.*

47 *Teſtes debent examinari per iudicem.*

48 *Minor an & quando torqueatur, & quomodò. & nu.49.*

50 *Appellatione interpoſita non poteſt ad torturam procedi.*

51 *Copia indiciorum debet dari torquendo.*

52 *Iudex debet recipere defenſiones reorum. nu. 52. vſque ad nu. 57. & per totum.*

58 *Publicato debet fieri, ſi petatur.*

69 *Repulſa eſt cōcedenda: et qualiter fiat. vſque ad nu.62.*

63 *Citari debet inquiſitus ad diſcutiendūm ſuper indicijs.*

64 Tor-

per totum. nu. 83.

64 *Tortura infertur in crimine, pro quo infertur pœna vltrà relegationem. & nu. 65.*

66 *Cumulatio delictorũ an fiat, vt sic habeat locum tortura, vbi aliàs non haberet locum.*

67 *Torqueri an quis potest, si non est diffamatus de alijs delictis.*

68 *Torqueri quis non potest vltrà modum consuetum. & 69. & 70.*

71 *Torqueri quis non potest vltrà tertiam vicem.*

72 *Accusator debet petere, vt accusatus torqueatur.*

73 *Torqueri quis non debet die feriato.*

74 *Interlocutoria debet ferri super illatione torturæ.*

75 *Mulier prægnans non potest torqueri.*

76 *Suggestio non debet fieri torquendo.*

77 *Confessio extorta ab illis personis, quæ non possunt torqueri, est inualida.*

78 *Repeti quando quis potest in tortura.*

79 *Iudex torquens debet habere merum imperium.*

80 *Confessio debet principaliter fieri, non incidenter. & nu. 95. & quæ alia requiruntur. nume. 80.*

81 *Ratificari debet confessio facta in tortura. & nu. 82. &*

84 *Reuocanti confessionem velut erroneã, debet dari terminus.*

85 *Qualitas nõ confessata debet probari.*

86 *Confitens se uenenasse aliquẽ & inde illum mortuum esse non sibi præiudicat.*

87 *Terminus ad faciẽdum defensiones, debet confesso statui.*

88 *Processus debet esse ordinatus, vt confessio per torturam extorta, valeat.*

89 *Confessus per torturam, dicitur sponte confiteri.*

90 *Confessio per torturam, est validior spontanea.*

91 *Testes reprobati à iure, cum tortura probant.*

92 *Testis varius cum tortura probat.*

93 *Confessio minoris in tortura, absque curatore valet.*

94 *Confessio in tortura, etiam reuocata, probat semiplenè.*

95 *Confessio in tortura, dicitur voluntaria.*

96 *Confessio in tortura corã incompetenti, perseuerata corã competenti, valet.*

97 *Confessus unum delictum in tortura potest de alijs interrogari, etiamsi nõ extãt indicia.*

98 *Confessio reuocata concurrentibus alijs indicijs, nocet.*

99 *Confessus non appellat.*

100 *Confitens damnatur ex cõfessione.*

IVDEX.

Tertio loco videndum restat de cõfessionibus extortis per tormenta, vel metu tormẽtorum: & procedendo, vt procedere inchoaui: primo loco videamus de requisitis ad istam confessionem per torturam extortam: & quę requiratur omninò, vt sit efficax ad ad condemnandum: secundo loco de effectibus ipsius confessionis.
1 † Primò ergo requiritur, ꝙ confessio per torturam extorta, ad hoc, vt ex ea possit sequi condemnatio, sit taliter extorta, vt legitima indicia appareant præcessisse, antequàm deuentum sit ad torturam: aliàs nullius est valoris & momenti ad cõdemnandum, etiamsi sit ratificata apud tribunal: ita voluit Glo. in l. pe. ff. de quæstio. quã sequũtur Bar. & communiter alii. & Ang. in l. j. C. de confes. & Gandi. in trac. male. sub rubri. de quæstio. & tor. in vj. col. ver. item pone, ꝙ quidam. & Pet. de Anch. in Cle. j. de ho. & Sali. in l. j. vlt. col. C. de custo. reo. per id, quod habetur per Inno. & alios in c. j. quod me. cau. & plenè per Mar. in l. j. ff.
2 de quæst. nu. 24. cum sequen. † Et intantùm prædicta procedunt, vt etiam habeant locum in crimine læsæ maiestatis: in quo iudex non potest reum subiicere tormentis sine indiciis. secundùm tex. nota. & ibi Glo. Cy. Bald. & Sali. in l. si quis alicui. C. ad leg. Iul. ma. & voluit

luit Ange.de Are.in lib.malefi.in verbo, che hai tradito la tua patria. in primis verbis. & habetur plenè per Mar.in repe.l.fi.de pro. & in l.de minore.in princi.col.ij. versi.& aduertas.ff.de quæstio. & Bru.in trac.de indi. & tormen. in
3 v.qō.ij.par.nu.6.cum seq.† Item procedēt prædicta, etiam si iudex habeat liberum arbitrium in criminalibus. quoniam nec tunc poterit torquere sine indiciis: aliàs teneretur in syndicatu.secundum Pau.de Elea.in c.grauis. extrà de depo. & Alex. in l.filiusfamilias. in v.apostil.ff.de dona.& per consequēs si torqueretur quis in prędictis casibus,& confiteretur,confessio illa erit inanis & vacua.
4 † Limitantur prædicta, quando inquisitus nollet respondere inquisitioni.quia tunc iussus respōdere, & factis eidem debitis monitionibus,si est præsens,etiam nullis præcedentibus indiciis torquebitur:non ad eruendam confessionem,sed ad eruendam responsionem affirmatiuam vel negatiuā, vt ipsi melius videbitur. secūdùm Bal.in l.accusationem.C. qui accu.nō poss.in vlt.col. quem sequitur Bru. in trac.de indi. & tor. in v.q.ij.partis.nu.4.quorum doctrina approbata fuit in sacro regio consi.Neapoli.vt refert Capy. in deci.145.inchoanti: in causa cuiusdam accusati.quo casu si sequatur confessio, licèt extorta videatur sine indiciis: tamē efficax erit & valida.quam quidem cōclusionem sanè intelligo, vt procedat, quando iuquisitus vel accusatus interrogatus super facto substantiali,videlicet an cōmisit tale delictum,vel homicidium,nō vult respondere,vel non dat responsum affirmatiuum vel negatiuum.non autem intelligo,quando nō respōdet aliis interrogatoriis sibi factis cōcernentibus qualitates seu circūstantias,& nō factum principale:& ita videntur innuere præfati Docto.dum dicūt, quando nō respondet accusationi seu inquisitioni.intelligo etiā prædicta procedere,quando cōstat delictū esse cōmissum in genere:sed non constat de delinquēte.intelligo etiam prædicta procedere in iis personis,quæ habēt legitimam personā standi in iudicio: aliàs si esset minor,vel alius, debet interrogari & moneri,vt respondeat,dato ei curatore.item prædicta procedunt, nisi fortè habuerit aliquam legitimam causam nō respondendi. & est ratio huius decisionis,ꝙ videtur contemnere iudicem: & efficitur cōtumax taliter,vt ratione illius contemptus& cōtumacię possit cogi,vt certum respondeat: vt dicit Bart.in l.de ætate.§. qui tacuit. & §. sequen.ff. interrogato. actio. aliàs cùm ego practicassem istam limitationem tribusvicibus in terra sancti Seuerini, fuit mihi oppositum,quòd non poterat torqueri non respondens interrogationibus iudicis: ex quo inquisitus non tenetur respondere positionibus curiæ criminosis: & per cōsequens non potest dici inobediens: vt dicit Bald. in l.j.C.quo & quādo iu.& in l.ij.§. quod obseruari.C.de iur.calū.& in l.ij. C. de edē.& vbique per Doct. & qui hæc dicebat, erat magnus leguleius:ego autem dicebam, ꝙ quidem uerum sit, quem non teneri respondere positionibus datis à parte

parte parti ad releuãdum eum ab onere probãdi:sed interrogationibus iudicis ex eius officio factis cõpelli respondere & teneri. quia non interrogat ponẽdo,sed inuestigandi causa veritatem interrogando,quod facere potest : vt dicit idem Bal.in d.§.quod obseruari.& idem tenet Philip.Fran.in c.ij.de cõfes.in vj.& melius Bal. in l.ij.C.de exhi.re.& in l. si accusatoribus.C.de accu.& Bar.in l.iiij. §.hoc autem iudicium.ff.de dam. infect.& Alber.de Ros.in d.§. qđ obseruari.& est tex.& ibi Bar.in l. de minore.§. plurimum quoque. ff.de quæst.& in l.dinus.ff. de custo.reo.& Archi.in.§. Item quod dicitur.22.q.ij.vbi dicit, ꝙ reus à iudice interrogatus an deliquerit respondere tenetur veritatẽ,etiãsi tractaretur de periculo mortis,ex quo per viam institutam est interrogatus . & adde Abba.in c. cum super.de cõfes.ad fi.& Io.Bernar. in practi.cri.cano.in uerbo, pro-
5 motor seu fiscalis.† Secũdò limitantur prędicta,vt procedant,quãdo quis torquetur ad eruendam confessionem contrà se : secùs , si torquetur ad eruendam confessionem contrà alium , ut testes. quia ęo casu etiam non præcedentibus indiciis torquetur: quod quomodò procedat, dixi suprà in verbo,
6 item capiat informationem.† Sed vt possit torqueri testis, requirit, vt conuincatur , quòd interfuit ,
7 vt dixi suprà. † Tertiò limitantur prædicta, vt non procedant in custodibus pecuniarum,vel aliarum rerum furto subtractarum , quia vt indicẽt fures, sine aliis indiciis torqueri possunt: & confessio eorum valida erit.secũdùm Bar. per illum text.in l.j.in iiij. not. ff. de offic.præfe.uigi.& in l.j.in fin. ff. de fur.ad ver.nau.caupo.& sta.& Ioan.de Imo.in consil.ij. in casu proposito.& not.Bart. verò in cõsi.xviii.statutum est Vicentię col. pen.Ange.de Are.in lib.malefi.in verbo,& vestem cœlestẽ.col. iiij. versi. & etiam tu iudex aduertas . quod dictum sequitur Philip.Deci.in consil. cccclxxiij. & hoc est verum,si verosimiliter potuerunt habere notitiam:proùt per Ange.
8 & Ber.in addit.ubi suprà.† Quartò limitantur prædicta,vt nõ procedant in bannito & contumace, qui ex solis banno & contumacia nullis præcedentibus indiciis torqueri poterit: & si tortus confitetur,eius confessio ualida erit.secũdùm Nicol.de Matta:& post eum Bal.in l.j.in iij.col.C.de hæredi. insti.quos refert & sequitur Frã. Bru.in tracta. de indi. & tortu. in xxxv.col.in prin. ver. addo alium casum.& Marsi.in l.j.ff. de quæst. nu.3.& Nicol.Boër. in deci. 163. nu.5. in j.par. & Marsil.in practi. crim.§.diligenter.ego autem semper dubitaui de ista communi cõclusione Doctorum, & adhuc du-
9 bito. † Inquisitio porrò non potest formari non præcedentibus indiciis:& formata aliter , non tenet,& ipso iure est nulla.secundũ Fulgo.in consil. cvij.incip. super eo.iij. col. & in consil. cxlix. incip.in causa inquisitionis formatæ.post princi.& Cuma.in consil. cxxxv.inci.ad primum. post princ. de quo etiam per Marsil. in praxi crimi.§.constante.num.33. ergo non potest citari super inquisitione nulla:& citato sic aliquo,& facto contumace, contumacia non debet

10 debet subesse.† Nam contumacia
& bannum faciunt tunc demũ in-
dicium ad torturam, quando rite
& rectè præcesserunt omnia,& ser.
uatis seruandis emanata sunt, &
quãdo emanata sunt super in quę
stione valida:aliàs autem non sor
tiũtur effectum: cum nulla & in-
ualida nõ sint in consideratione,
& nullum operẽtur effectum:vt l.
iiij.§.cõdemnatum.ff. de re iudi.
l.non putauit.§.non quæuis.ff.de
bo.poss.contrà tab. & in propriis
terminis consuluit Marsi. in con-
11 sil. cxvij.num.51.in.2.lib.† Præ-
tereà ad torturam deueniri non
potest non constito de delicto.l.
j.§. illud autem. ff. ad Sylle. &
ibi Barto. & Tancre. de Cor. in
compe.sua. in xvii. quæstio. Bar.
& Ludo. Roma.in l.fin.pri. colu.
ff.de quæstio.& Bar.in l.j.ff.de te
sta.milita.& plenè Marsi.praxi cri
mi.§.j.nu.17.& in propriis termi
nis de contumacia & banno ita
arguit & firmat Boër. in decisio.
sup.alle. nu. 5. de quo per Aymo.
Gra. in consil. cccxxxxiij. in 2.
12 lib.& con.cclx.eo.lib.† Prætereà
nõne habemus quòd ad hoc, vt
inquisitio ualida formetur, neces
se est ꝙ constet de offendente, sal
tem per signa?vt,quia claudus,cæ
cus, vel aliter: maxime, quando
proceditur cõtra absentem, vt in
casu nostro:vt plenè habetur per
Marsi.in praxi cri. in d.§.pri. nu.
17.nec constare potest, nisi capia
tur informatio: & capi nõ potest
informatio de offendente, quin
probentur indicia cõtrà eum: &
sic non videtur posse dari casum,
in quo procedat conclusio suprà
13 formata.† Prætereà nonne habe-
mus,ꝙ accusator non admittitur
ad accusandum, si nonhabet pro
bationes paratas? secundùm Spe.
in tit.de aduo.§.iij.versi.facta au-
tem.& in tit.de accusa.§.j. vsque
ad versi.cum autem. & sic, si non
admiittitur accusatio,minimè cõ
ceditur citatio contrà accusato-
rem, non existentibus aliquibus
indiciis cõtrà eum, nec capta ali-
quali informatione. ex quib.om-
nibus apud me satis redditur du-
bitabilis prædicta communis con-
clusio Doctorum,quam Boër.vbi
14 suprà,dicebat.† In vno verò ca-
su procedere opinionem & con-
clusionem suprà firmatam admit
tendum est, quando videlicet ca-
ptę sunt informatiões,& ipsis me
diantibus processum est ad faciẽ-
dum inquisitum contumacem, &
demum perditæ sunt informatio-
nes, & remanserunt contumacia
& bãnum:quo casu potest deueni
ri ad torturam ex solis banno &
15 contu.† Sed dicat quicquid velit
Boëri. pro saluatione communis
cõclusionis suprà formatæ,adhuc
tamen remanẽt dubia præposita:
& perditio informationis nõ red-
dit validam contumaciam & ban
num,vbi nõ cõcurrentibus prædi
ctis apparent inualida illi iudici,
qui nunc habet torquere reum.
quare ipsemet recedit à dicta sal-
uatione, & isto etiam casu tenet
requiri examinationem testium
de nouo super delicto: & debere
audiri ipsum contumacem super
ipsis bãno & contumacia,& testi-
bus de nouo examinandis. quid
ergo dicendum in ista vtili & sub
tili quæstione & male explicata ꝑ
doct. † Ego sanè pro tenui facul-
tate mea dicerem firmam remanẽ
tem dictam cõmunem conclusio-
nem.

nem: quòd ex solis contumacia & bãno quis possit torqueri non præcedentibus aliis indiciis, pluribus modis esse limitandam.

17 † Et primò limitatur, ut procedat, quando constat delictum esse commissum in genere. per sup. al

18 legata. † Secundò limitatur prædicta conclusio, ut procedat, quãdo rite & rectè processerunt bannum & contumacia seruatis de iure seruandis, & seruata consuetudine loci, uel dispositione statuti: ita vt aliqua nullitas contumaciæ & bãni non possit impingi: quod est, quando aliqua ex causa cita-

19 tio est inualida. † Quia uitiata citatione, non tenet processus in cõtumaciam factus. secũdum Bald. in aut. si omnes. C. si minor ab hę. se absti. & Afflic. in constitu. causas. in 5. not. in fi. defectus enim citationis est defectus iuris naturalis: vt in cle. pastoralis. de re iu. & Alex. in l. iustè possidet. ff. de acquir. pos. & ideò actus iudiciales nulli, nullum producũt effectum: vt dixit Bal. in l j. C. ne ex deli. de. & sic citatio minus legitimè facta, habetur pro nulla: dixit Bald. in l. properandum. §. & siquidem. 2. col. C. de iud. post Inno. quem ipse allegat in c. prætereà. de dilatio. & sic videndum est antè omnia, num seruata sint omnia requisita per constit. citationis literæ, & edictorum: & num alia requisita & solennia seruata sint in ipsis contumacia & banno. atque hæc quidem circunspectus iudex prospicere debet, antequàm ad torturam deueniat. debet etiam considerari qualitas delicti: & an ꝓ eo possit habere locum tortura, an non: & an inquisitio sit ualida, an inualida ex aliqua causa. per alle. per Marsi. in cons. sup. alle. 117.

20 † Tertiò limitatur, ut ꝓcedat nõ ita indistinctè non præcedẽtibus indiciis: sed ita demum, si constat de delinquẽte per aliquas coniecturas, & præsumptiones, licèt non graues, & per aliqualem informationẽ: & licèt non sint plena & perfecta indicia, tamen sint talia ut ex iis animus iudicis meritò moueri possit ad expediendam citationem: & hoc ex suprà allegatis. sed in hoc Afflic. in consti. pœnam eorum. in 12. no. uidetur tenere, quòd non sit necesse, quòd aliter constet de delicto: sed sufficiat, ut constet de contumacia & bãno, vt q̄s possit foriudicari, & tãtò quidẽ magis torqueri. & sic ex dicto ipsius uidetur sustineri posse præcedens conclusio, sed dicat quicquid uelit Afflic. nos alia sequi docet ratio. quia si eius dictum est verum, & debet intelligi, dũmodò contumacia & bannum rite & rectè processerint, non potest tamẽ esse, nisi concurrentibꝰ prædictis, vt suprà latè disserui: si uerò dicamus eius dictum nõ esse verum, prout contrà eum tenuit Ias. in l. omnes populi. 12. col. ff. de iust. & iur. quatenꝰ dicit, quòd quis ex sola contumacia non potest occidi, habemus intẽtum no-

21 strum. † Quartò limitatur, ut ꝓcedat facta litis contestatione, & audito cõtumace in suis iuribus, & defensionibus: ut sentit Boër. in decisio. 163. nu. 5. in j. par. & uoluit Carre. in praxi. cri. in repetitio. l. obseruare. C. quo. appe. sed non obseruãt iudices superiores. & uidetur uelle Afflict. in consti. pœnam eorum. in 3. nota. inquantum

tum vult, quòd contumax potest se defendere, & etiam opponere, quòd accusatio vel inquisitio nõ procedit, vel probare suam inno-
22 centiam. † Quintò limitatur, vt non procedat, quando constat de innocentia contumacis & banniti, vel apparent indicia innocentiæ fortiora. nam sicùt alia indicia tolluntur per contraria indicia, & cõtrarias probationes: ita & bãnum: ut per Bal. in l. obseruare curabis. C. quo. appel. ibi in text. de visu. quem sequit̃ Carre.
23 vbi suprà. † Sextò limitatur, vt non procedat in clerico contumace & bannito, contrà quẽ non potest procedi ad torturã ex quibusuis indiciis, nisi aliàs sit infamis: vt tenet Abb. Antiquus in c. grauis. extrà de depos. quẽ sequitur Abb. Sic. in c. cum in contemplatione. de reg. iur. & plenè in propriis terminis firmat Boër. in de-
24 cisio. sup. alleg. 163. † Septimò limitatur, vt non procedat in cõtumace & bannito intra duos mẽses à die contumaciæ & bannitionis comparente, qui nec in bonis, nec in persona offendi potest infrà dictum tempus. per text. in cõ
25 sti. clementiæ. † Octauò limitatur, vt non procedat, quando cõparet sponte, priùs impetrata securitate ab eo iudice, coram quo comparet iuxtà terminos consti.
26 clementiæ. in secũdo casu. † Nonò limitatur, ut procedat, quando contumax & bannitus captus est ab eo iudice, qui eum contumacẽ & bannitum fecit: non autem, si ab alio iudice capt⁹ est: & hoc ex doctri. Afflict. in consti. humanitate. in 13. nota. ver. sed iuxtà præmissa quæro. vbi ponit quæstionẽ de eo, qui contumax est in una curia: & demum capitur ab alia, & affert tum fideiussoriã cautionem de stando iuri, & petit se liberari: & ei opponitur, ꝙ non debet admitti, quia ꝙ contumax in alia curia, finaliter ipse dicit distinguendo, ꝙ aut vna curia depẽdet ab alia, vel dependent ab eodem rege: vt est magna curia & iustitiarius regius, vel alius regius officialis: & tunc contumacia habet vires etiam in alia curia, ita, ut nõ habeat locum fideiussio: aut sunt diuersæ curiæ omninò: & eo casu cõtumacia nõ habet vires in alia curia, vt non admittatur ad oblatam fideiussoriam cautionem: & sic eo casu minimè potest procedi ad torturam: quod est notãdum,
27 & alibi non inuenies. † Decimò limitatur, vt procedat in vero cõtumace, & sic in citato personaliter: non autem in ficto contumace, & sic in citato domi. secũdum Grãma. in cõsil. xlv. nu. 25. cũ seq. sed intelligerem hãc limitationẽ procedere de iure communi: non autem de iure consti. regni: secundum quas constitutiones non sit distinctio, an quis sit personaliter citatus, an domi, dummodò sit citatus seruata forma consti. citationis literæ: vt plenè prosequitur Carre. in l. obseruare curabis. C. quo. appel. non recipiãt. nu. 59.
28 ver. sextus casus. † Vndecimò limitatur, vt non procedat, quando extat stylus vel ritus in curia, ꝙ non procedatur ad citationem, nisi capta informatione, & cõstito: quia tũc si aliter fieret, contumacia esset nulla. & ex hoc infertur, quòd in magna curia vicaria, ubi est talis ritus, præcedens cõclusio

Doctorum

Doctorum omninò non procederet. quia cũ in aliquo actu requiritur aliqua qualitas, necesse est, priùs de ipsa qualitate ut constet: dicit Ang. in l. j. §. si quis neget. ff. quemadmo. test. aperiã. sequitur Ale. consil. lxxxij. ij. col. j. li.

29 † Duodecimò limitatur, vt non pcedat in omnibus personis, sed habita ratione ad qualitatem personarum: vt si est aliqua persona, quæ ex causa necessaria, iusta, & excusabili, se absentauerit: vel potuerit coniecturari, quòd se absentauerit: & non metu delicti: vt si est aliquis mercator, qui cõtinuò solet accedere per nundinas huc illuc: vel si est aliquis nobilis in dignitate constitutus, illum verosimile est, se absentasse ex causa pbabili & necessaria: vel si est scholaris, qui recessit à studio, vt proficisceretur in patriam: & sic de singulis. nam in talibus dicta conclusio Doctorum nõ procederet, vt etiam dicunt Nico. de Matta. & Bal. in d. l. j. C. de hære. insti. & ita per plura firmat Bland. in repeti. l. fi. ff. de quæstio. nu. 293.

30 † Decimotertiò limitatur, ut nõ procedat, quãdo accusator vel iudex inquirẽs dedit causam fugæ: ut quia armata manu insecuti fuerunt reũ antè citationem: & quando ab ipsis processerunt minæ & comminationes, se ipsum torturæ subiecturos vel malè tractaturos, vel quia officialis esset nimis seuerus & solitus de facto procedere ad carcerationem & torturam: vt pulchrè voluit Pet. de Anc. in cons. 409. probata tanta sæuitia. & sequitur Gramma. in

31 consil. j. post decisio. nu. 22. † Decimoquartò videtur limitari posse in minore. per ea, quæ dixit Paul. de Cast. in l. vbi exigitur. in fin. prin. ff. de edendo. & Bald. & Ang. & Alex. in l. 2. j. col. ff. si quis in ius voca. non ier. & domi. Phi. de Peru. in c. Nicola. in vlt. col. de appellatio. & ex iis remanet ex

32 pedita pleuè quæstio. † Sciendũ tamen est, quòd intantùm est verum istud, quòd confessio extorta p tortura ũ nõ præcedentibus indiciis est nullius efficaciæ & momẽti, vt dicta confessio non conualidetur superuenientibus ex post facto indiciis: vt est Glo. singu. & ibi notat Bar. in l. maritus. ff. de quæstio. & sequitur Bal. in l. fi. C. de accusa. & Ludo. de Ro. in consi. 167. & Bru. in tracta. de indi. & tortu. in 5. q. 2. partis. num. 47.

33 † Illud tamen omittendum non esse censeo, quòd licèt confessio extorta non præcedentibus indiciis non valeat: tamen si confessio facta fuit in tortura de aliquibus delictis, de quibus extabãt indicia, poterit interrogari & torqueri de aliis delictis in genere: licèt de eis aliqua indicia non extarent. & hoc de generali consuetudine Italiæ: vt dicit Ang. de Are. in lib. malefi. in uerbo, fama publica. in finalibus verbis. idem tenet Odof. in suo tract. de quæstio. q. 11. incip. quid de quæstione cotidiana. idem sequitur Cep. in cõsi. xxxix. in viij. col. & firmat Lud. Bolo. in addi. ad Guido. de Suza. in tracta. de tor. fol. 3. vers. quid si persona inculpata. & ita refert seruari Gramma. in decisi. 34. nu. 34. cũ seq. & in decisi. 48. & dicit nedũ procedere in furtis, sed in omnibus delictis. & ita dicit seruari per magnã curiam vicariam. & si

sequatur

sequatur confeßio, ualida erit, licèt non ad condemnãdum. quia indecenter. vt suprà dixi in con-
34 feßione spõtanea. † Vlteriùs sciẽdum est circà huiusmodi primum dictum & requisitum, ꝙ si tortura fuit modica: vt quia parum altatus suprà terram quis confitetur: & homo non infirmus, sed robustus tortus, & demum cum interuallo temporis ratificat & expresse perseuerat in cõfeßione, etiãsi legitima indicia nõ præcesserint, cõfeßio ipsa valet & tenet: vt magistraliter firmat Par. de Put. in li. syndic. in vebo, tortura. el. iij. versi. an ex sola cõfeßione. & idẽ Amod. in lib. sỳng. fol. 8. versi. itẽ tenetur. & consuluit Marsi. in cõsi. 80. in j. lib. qui cũcta regit. & cõsi. 103. j. li. in præsenti casu inquisitionis. iij. col. & firmat Grãma. in decisio. 34. nu. 55. cum sequen. & ita dicit uidisse seruari in magna curia vicaria. sed vide ad hæc Alex. cõsi. 47. 1. col. iiij. lib. & cõs. 99. & 98. ĩ iij. lib. & Pau. Grillã. in tra. de quæstio. & tort. versi. quartò. nunc videndum. nu. 4. & Bald. in le. obseruare. C. quorum app. non recipian. versic. quæro quid si quis. & ibi And. Barba. inadditio. & uide ea, quæ dicit Marsi. in l. j. ff. de quæstio. nu. 42. cum sequen. vbi idem operatur tortura, quòd metus torturæ, ut confessio infringatur extorta per torturam non præcedentibus indiciis. cogitate super prædictis in facti contingẽtia. † Item adeò sunt
35 vera prædicta: quòd cõfeßio extorta per torturã non præcedẽtibus indiciis est inualida, ut si aliquis tortus leuato uelo, & ex abrupto, & nullis ꝑcedentibus indiciis cõfiteatur, se occidisse hominẽ, & illi intulisse tria vulnera, & eũ sepeliisse in horto suo, etiãsi ea confeßione audita iudex mittat militẽ ad dictũ hortũ, & ibi ille inueniat cadauer sepultũ cum tribus vulneribus, sicùt ipse tortus dixerat, iudex ilicò nõ poßit eũ cõdẽnare ad mortẽ ex dicta confeßione: etiã sic verificata ꝑ oculorũ inspectionẽ. atq; idcircò id, ꝙ extorta fuit nullis præcedentibus indiciis. quinimò debet ipsũ iudex absoluere ab instantia seu obseruatione iudicii, & tũ demũ inchoare nouã inquisitionẽ & ꝓceßum; & sic tãdẽ ipsum punire: vt latè ꝓsequitur Marsi. in praxi cri. in §. se-
36 cũda quæstio. per totũ §. † Sed iuxta prædicta quæro, quid si tortus ab aliquo potestate prædito nõ seruatis seruãdis, sed leuato velo & indiciis non præcedentibus confessus sit, ac posteà ab illo remissus ad aliũ iudicẽ superiorem examinãti illi & interrogãti num vera esset illa cõfeßio, quã in tortura fecit corã priore præside, respõderit verã esse, an vigore talis confeßionis poßit cõdẽnari. dubium facit, quia primo loco fuit tortus indebitè & minus iustè: undè quicquid postea sequitur, uidetur fieri metu torturæ. secũdum Gl. in l. pe. ff. de q. hanc quæstionẽ tãgit Mar. in praxi cri. in §. occurrit per totum. & post multa distinguit sic: aut iste reus erat homo rudis & idiota, ac ignarus literarũ: & tũc videtur, ꝙ secũda cõfeßio facta coràm illo iudice superiore ipsi nõ noceat: nec etiam prima. per Gl. in d. l. pe. quia ipse reus uidetur hoc dixisse uigore torturæ præcedentis, & timore, ne iterum torqueatur.

torqueatur, aut erat homo sagax practicus & expertus, qui verosimiliter poterat scire, quòd potestas eum non torqueret, nisi haberet sufficientia indicia: & tunc talis confessio secūdo loco facta ei noceret, quia non videtur illam fecisse metu torturæ: vel si per secūdum iudicem fuisset reo dictū, quòd non deberet timere de aliqua tortura: sed quòd deberet dicere veritatē: & isto casu ipsi noceret talis secunda confessio. aut econtrà fuit dictum, & nō nocet: vt latè habetur per eum. ad prædicta facit, quòd dicit Gramma. in consi.lx.nu.14. vbi tenet, quòd cōfessio spōte ratificata extrà torturā, licèt primo loco fuisset extorta per torturam legitimis indiciis nō præcedentibus, nocet & tenet: maximè, si est iurata. & pro prædictis facit notabilis doctri. Bal. in l. vnica. C. de confe. in v. col. in iij. oppo. ubi ait: quòd si tortus fuit quis non præcedentib. indiciis: si posteà perseuerat expresse in publico, valida est confesio: & dicitur no. in Glo. d. l. j. & in l. diuus. ff. de quæstio. sed cōtra Bal. tenuit Roma. in consi. 167. incip. Antonius accusatus. & circa prædicta vide Par. de Put. in tract. syndi. in verbo, tortura. el. j. versi. an ex sola confesione. vbi videtur uelle sustinere opinionem Bald. ubi suprà. & vide Paul. Grilla. in tra. de quæstio. & tort. versic. quartò

37 nunc videndum. † Non omitto, quòd licèt confesio torti nō præcedentibus indiciis sit inualida: tamē confessio territi & etiā confitentis apud chordam valeat & teneat. quoniam licèt non præcedētib. indiciis minimè quis torqueatur, terreri tamē potest & duci ad chordam: & valet cōfesio. secundum Bald. in l. ij. C. quo. appel. non recipia. & dixi suprà in verbo, rei indurati torqueantur.

38 † Item est sciēdum, quòd etiam in crimine læsæ maiestatis cōfesio extorta non præcedentibus legitimis indiciis etiam ratificata, non tenet: vt satis abundè prosequitur consulendo Marsi. in consi. 46. nu. 14. in j. lib. & cōsi. 14. nu. 20. eo. vol. & consi. 18. nu. 7. eo. li. & per Fran. Bru. in tra. de indi. & tor. in q. v. ij. par. nu. 49.

39 † Secūdò principaliter requiritur, quòd lis sit contestata. secundum Bar. in l. si adulterium cū incestu. per illum text. ff. de adulter. quem refert & sequitur do. Alex. in l. j. ff. de quæstio. & ibi Marsi. nu. 14. & Bru. in trac. de indi. & tor. in v. q. ij. par. & sequitur Afflict. in consti. si dāna clādestina. in nono notabi. aliàs confesio inde extorta nō ualet: vt docet prædicta Hippo. à Marsi. in praxi cri. §. postquam. & §. nunc videndum. per totum.

40 † Tertiò requiritur, quòd facta litis contestatione & dato termino ad probandum, testes examinati ad informationem curiæ, repetantur & examinentur parte citata ad videndum iuramenta testium: aliàs non probarent. ac de hoc plenè dixi in verbo, & demū repetantur testes curiæ. & quòd aliter nō probarēt, dixit multùm notabiliter Angel. de Are. in lib. male. in uerbo, fama publica. ij. char. versi. quæro qualiter probetur. & Bar. in l. fi. ff. de quæstio. & voluit Sal. ī l. fi. in fi. C. eo. & Bal. in l. iubemus. 3. col. versi. item dixi. C. de proba. & Ange. in repe. l. si ua-

si uacãtia.27. col. C. de bo.vacã. lib.x.plenè Marsi.in l.prima. ff.de quæst.ij.col.nu.7. & uide Affliđ. in consti.humanitate. & in cõsti. si dãna clandestina. & Bru.in tra. de indi.& tor.in i j.q. primæ par-
41 tis.nu.9.& x. † Limitantur prædicta duo in disrobatoribus stratarum insignibus,incendiariis,uiolentis,raptoribus, & committentibus grauia crimina:qui omnes laborant infamia. nam in istis ex processu informatiuo proceditur ad torturam ex præeminẽtia magnæ curiæ uicariæ: ut testatur Affli. in decis.cccli.incip.fuit dubitatum. quæ præeminentia qualiter intelligat,uideatur Gram.in uoto 3. per
42 tot.vbi plenè.†Sed aduertendum est,φ non solùm prædicta habent locũ ex præeminentia magnæ curiæ uicariæ:sed etiã ex dispositione iuris cõmunis: ut uoluit Hipp. de Marsi.in l.j.ff.de quæst. nu.37. & 38.& 39. & hoc dicit uelle Guido de Suzar.in tra.male.sub rubr. qualiter fit inquisitio. in prin. & Gandi.in lib.male.sub rubr. quomodò cognoscatur de male. per inquisitionem. in uerbo, facta & completa.& uoluit Gramma.prædicta referens in dicto uoto iii. & iudex torquens aliquem ex processu informatiuo in casu arduo, erit excusatus.secundum Alex. in consi.lxv.in j lib.& in cons.xli.ii. vol.incip.habita super contentis.
43 †Sublimitatur etiam prædicta tertia limitatio inquãtùm dixi,quòd testes debent repeti parte citata, vt non procedat in crimine læsæ maiestatis: quia etiam si non sint repetiti parte citata, tamen probant. secundùm Marsil. in l.de unoquoq;.ff.de re iudi.& Feli.in c. qm.de probat. & Capy. in decisi.
44 127.†Et idẽ dicit procedere ĩ crimine assassinii.secũdùm Archi. in c.j.de homi.in vj.& sequit Gemi. ibi in §.fi.& do. Feli.in c. quoniã frequenter.in pe.col.ut lite nõ cõtesta.idem te net Hostien.Lap. & Philip.Fran.ibidẽ.& Grã. in cõsi. xl.nu.8.tamẽ Feli. in c.in nomine domini.in 5.lim.de test. & Grãm. uoto 11.tenẽt cõtrarium . sed pro pri.opi.facit,φ crimẽ assassinatus æquiparatur crimini læsæ maiestatis.secũdum Marsi.in cõsil. xix. & Grãm.voto i j.sed in crimine læsæ maiestatis probãt : ergo ita etiam dicendum est in crimine assassinatus æquiparato crimini læsæ ma-
45 iestatis.†Vnum tamen non puto omittendum in ista materia: φ licèt testes recepti parte non citata non faciãt indicium, tamẽ faciũt aliquod argumentum & præsumptionem:vt dicit Gramm.in d. de
46 ci.xxxiiii.nu.33.†Sed iuxtà prædicta quæro,an semper & omni tẽpore possint testes repeti parte citata:dicas, φ non,quia postquàm pronuntiatũ est in causa,non possunt repeti,ut dicit Grãm.in deci. xxviii.& post conclusionem minimè:& sic post citationem ad dicẽdum:ut dicit Capy.in deci. xxxv. incip.in causa magistri Antonini. & dixi suprà.& uidet tenere Affli. in constit.terminum uitæ.in uers. sextò quæro.vbi distinguit, an ad instantiam partis, an ex officio
47 procedaẽ.Vide eum. †Quartò requiritur, quòd testes repetendi & examinandi non solùm examinẽtur parte citata,sed etiam requiritur,quòd examinentur per ipsum iudicem, & non per solum notariũ actorum : aliàs non probarẽt :

Z & per

& per consequēs, si uigore eorum fuerit ad torturā ꝓcessum, & extorta confessio, ipsa esset inualida: nisi fuerint examinati ex causa, & cum commissione iudicis: ut est tex. in cle. j. de offi. delega. & ibi hoc uoluit clariùs Gl. & Bal. in rubr. de contro. inue. ii. col. & plenè prosequitur Marsil. in l. j. ff. de qō. in prin. nu. 16. uersi. septimò re
48 quiritur. † Quintò requiritur, ꝙ si est minor torquendus, iudex det ipsi curatorem: aliàs processus est nullus, nulla etiam confessio inde secuta: ut dixi etiam suprà in cōfessione spōtanea. & not. Ang. Aret. in lib. malefi. in uerbo, comparuerunt dicti inquisiti, & confitentur totum. & plenè dixit Mars. in l. de minore. quæ ulterius minor xiii. ann. ff. de quæstio. & Par. de Puteo in tracta. syndi. in verbo, tortura. uersi. an confessio adulti. & idem Marsil. in l. j. ff. de quæstio. nume. 17. uersic. octauò requiritur. at non similiter curator debet authorari minori, quādo torquetur, ut sic respondeat, quia nec debet interesse: ut habetur per do. Lanfr. in cap. quoniam contra. in uersícu. confessiones. extrà. de proba. & per Bar. in l. minor xxv. annis. omissam. ff. de minor. & sequitur idem Marsi. in l. de minore. nu. 55. ff. de
49 quæstio. † Vbi plus subdit: quòd si non fuit datus curator, sed constitutus procurator legitimè, processus ualet & tenet. & hoc dicit probari ex doctri. Bal. in l. cùm & minores. per illum tex. iii. not. C.
50 si aduer. rem iudi. † sextò requiritur, ꝙ confessio nō sit extorta ꝑ torturā post appellationē legitimè īterpositā, quia esset nulla sñia qñ à decreto de torquendo esset appellatum: & statim facta appellatione ligantur manus iudicis nō expectata īhibitoria: ut est doctrina Ang. in lib. male. ī uerbo, fama publica. uersi. aduertas tamen. & habet in c. regni. si iustè. circà qđ est aduertendum: ꝙ d. c. dicit, si iustè quis appellauerit, recipiat appellatio antè adhibitā torturā. ergo à contrario sensu, si iniusta est appellatio, potest iudex non recipere appellationem, & ea non obstante procedere ad torturam: qđ puto esse qñ omnia ritè & rectè ꝓcesserunt, quia datæ fuerūt defensiōes: & repulsa cōcessa, cùm esset petita: & publicatus processus: & auditus reus in omnibus suis iuribus cum eius procuratore legitimè constituto: & indicia non sunt euacuata per defensiones: & sufficientia sunt ad inferendam torturam, & nō leuia: & moderatè fuit tortus: & sic non haberet, de quo conqueri posset: imò indicium uidetur potius fieri ad dilatādum, q̄ alia ex causa, & hunc intellectum ad dictum capi. sensit Seba. Neap. in d. c. licèt nō ita declaret, sed succinctè dicat. & hunc eundem intellectum sensit ad dictum c. Ludo. Carre. in repet. l. obseruare curabis. nu. 188. iiii. col. mouetur ꝑ Glo. in l. ii. C. de epi. audien. ubi dicitur in textu, quòd clericus frustratoriè appellans, punitur certa pœna. dicit Gl. quòd si appellatio non tenet, nō est in pœna. ego aūt confirmo hanc eandem opinionē ex aliis infrà dicendis. nam ubi calumnia est euidens, iudex ex officio potest ipsam repellere Gloss. in l. siquis cum maior. §. si patris. de bo. quæ liber. Feli. in c. dilecti.

ctí.de iu. imò eo casu iudex nõ debet admittere proponétem:& minimè si cõtigerit appellari de ipsa appellatione,curare debet: secundùm Imol.in c. post electioné. de conce.præben.& in c.super eo.de appel.& Abb.in c. nullus. de præsumptio.& ideò dixit Iaco.Butri. in l.ij.C.de fal.ꝙ ubi iudex uidet aliquid fieri ad procrastinãdum litem,debet ex officio occurrere:& idem uoluit Pau.de Cast.in l.properandum.ii.col.C.de iudi.& Bal. in c.quoniã contrà.in antepe.col. extrà.de probat. proùt refert & sequitur Feli.in c.pastoralis.§.quia verò.de offi.dele.dicit,ꝙ si homicida instat ad defensam, ut res ꝓtrahatur, debet homicida ipse interfici, & posteà inquiri: quantò magis hæc procedunt in tortura? ad cognoscendũ,an iusta sit appellatio,an iniusta,sufficiunt cõsiderationes suprà dictæ: quas cõsideret iudex, & benè percunctetur ꝓcessum:& si dubitat,an in processu adsit aliquod grauamẽ nec ne, admittat appellationẽ: si uerò est securus,oĩa ritè & rectè processisse, & ꝙ nihil deest de prædictis, quin omnia sint seruata, reiecta appellatione securè procedat.quæ omnia notes, quia nullibi inuenies ita latè examinatã hãc qõnẽ: & posset tibi facere ingentem honorem,ut mihi in facti contingentia aliàs fecit, dum essem auditor
51 generalis olim P.Salerni.†Septimò requiritur, ꝙ anteq̃ quis torqueatur,detur ipsi torquendo copia indiciorũ cum termino cõpetenti ad se defendendũ.secundùm Ange.de Are.in suo opere malefi. in uerbo,fama publica.in j. char. versi.& benè not. & in eo. uerbo, uersi.item aduertas.& uoluit Gãdi.in lib.malefi.in rubr.incip.nunquid torquendus sit audiẽdus. refert & sequitur Marsi. in l. j. ff. de qõ.in tertio requisito.nu. 8.Affli. autem in consti.si damna clandestina.ix.nota.plenè disputat, & finaliter concludit,ꝙ tã de iure regni, quàm communi danda est copia repertorum inquisito, anteq̃ torqueatur:quòd dicit non procedere,quando crimen est notoriũ, quia eo casu non datur copia repertorum.item dicit nõ procedere,ubi testes sunt examinati ex officio,non ad denuntiã seu querelã super infamia de crimine:dicit tamen posteà, ꝙ in magna curia uicaria uidit seruari, ꝙ copia repertorũ nõ detur,nisi datis defensionibus & repetitis testibus examinatis citata parte ad uidendum iuramẽta testiũ,& ita dicit fuisse decisum in sacro regio consi.Capy. in decis.lxxiiii.incip.in causa Frãcisci de Serino. & an dãda sit etiã inquisito nõ petẽte, uide suprà in verbo,det copia capitulorũ.& adde, ꝙ intantùm debet dari copia capitulorũ,ut si nõ sit data,cõfessio extorta nõ sit alicuius momẽti futura.secũdùm do. Pet.de Mõ.
52 for.in c.tormẽta.nu.2. †Octauò. requiritur,ꝙ iudex recipiat & audiat defensiões rei: & ꝓ ipsum nõ stet,quò minus eas recipiat. aliàs quicquid ĩde sequit̃,nõ ualet: nec ad cõdemnationem deueniri põt. secundum Ang. in l. pactum inter hæredem.ff.de pact.pro quo allegat tex.in l.iii.§.si ad diẽ. ff. de remi.& latiùs per Ang.in tra. male. in uerbo, qui iudex statuit terminum.nam iudex prætextu alicuius liberi arbitrii,nõ potest denegare

gare defensiones reo. secũdũ Alex. in cõs. 65. incip. habita super cõtē tis. ii. col. j. vol. & idē dixit Pet. de Anch. ĩ cõs. clxvij. incip. uisis diligēter. & firmat Marf. ĩ praxi cri. §. cõstãte. nu. 26. cũ sequ.
53 † Et intãtũ sunt uera prædicta, ut & princeps nõ possit in causa criminali, tollere defensiones inquisito: ut ĩ specie uoluit And. de Iser. in consti. regni. item dura & dira. & idem in c. j. in vers. bona committētiũ. in ti. quæ sint rega. & uoluit And. de Iser. in const. regni. prosequentes. & habet plenius in uoto xxx. per Gram.
54 † Imò nõ solum iudex debet recipere defensiones productas & producendas à reo: sed etiã ex officio suo debet quærere defensiones rei. l. si non defendãtur. ff. de pœn. uolunt Doct. in l. j. §. fi. ff. de quęst. & d. Alex. in cõsi. 476. incip. pulchrè respondet. in fi. & Ang. in cõsi. 38. incip. factum tale est: Christophorus Petri. vlti. col. antè fi. & Cuma. in cõs. 134. incip. uisis denunciationib. in ii. col. & Marsi. in praxi cri. §. nunc uidendum. nu. 7.
55 † Item intantum sunt uera prędicta, ut si inquisitus sit adeò pauper, ut non possit se defendere, iudex debeat prouidere, ut gratis fiant acta, & recipiantur defensiones. tex. est iuncta Glos. in l. tam de mentis. C. de episc. audiē. & illum tex. extendit ad actuariũ Affli. in constit. appellationũ tempora. in v. no. vers. rursus. & ponit Par. à Pu. in lib. synd. in verbo, expensæ. & Afflic. in const. ij. qui. in not. & plenè Boēr. in decis. 325. in ij. lib. vbi etiam dicit, quòd accusator, si proceditur ad querelam: uel fiscus, si proceditur ex officio, debet prouidere de expensis circa uictum inquisito pauperi: & ut possit se defendere.
56 † Itē adeò sunt uera prædicta, ut debeant recipi & admitti defensiones reorum, etiam facta publicatiōe tam super nouis, quàm antiquis capitulis. secundum Sali. in l. fi. C. de quæstio. in ulti. col. & Marsil. in pra. §. sequens. per totum. & in l. j. §. si quis ultrò. ff. de quæstio. & fuit decisum in sacro regio consi. Neapol. ut refert Capy. in decisio. 81. incip. in causa hominum. ubi etiam postquàm cõclusum in causa sit, licitum est in criminalibus examinare ad defensam: licèt in criminalibus non cõcludatur.
57 † Item adeò prædicta procedũt, ut inquisitus non possit defensionibus renuntiare: & si renuntiat, talis renuntiatio etiam iuramento firmata, non tenet. secundum Gloss. ordi. in l. pactum inter hæredem. ff. de pac. & Gloss. in l. custodias. ff. de pu. iud. & uoluit Bal. in authē. iubemus. C. de iudi. & Bar. in d. l. pactum. & plenè per Feli. in c. cum uenissent. in iii. col. extrà. de test. in quo dicit id non procedere in nouem casibus: primo in confesso sponte: secundo quando renunciatur iis, quæ sunt de apicibus iuris & statutorum, & nõ de iure gentium: tertio si tacitè renuntiat permittendo labi termi num statutum: quarto in latrone famoso: quinto si notorium est, nullam defensionem competere posse: sexto si reus captus est in flagranti crimine: septimo si reus renunciat exceptionibus declinatoriis: octauo si renuntiat per conclusionem in causa: nono ubi pœna non est corporalis: quos casus prosequere: ut per Marsil. in

in praxi cri.§.examinanda. per to
58 tum.†Nonò requiritur, si examinatis & receptis defensionib.reorum, petatur publicatio pro parte ipsorum, quod fiat: aliàs si nō petatur, potest ea nō facta procedi ad torturam. secūdum Bru.in tracta. de indic. & tor.in ij. par. in v. q. nu.49.& Afflict.in constit. si damna clādestina.& Par.de Pu. in lib. syndi.in uerbo, tortura.lo.iij.uer. sequitur quæstio.in fi.& Carre.in sua praxi.in l. obseruare curabis. nume.188.C.quo.appel.recipian. licèt Bart.in d.§.reus.dicat procedere, quando proceditur ex officio, & non ad instantiam partis.
59 † Decimò requiritur, quòd si petatur repulsa per inquisitum, concedatur.quia est species defensionis: ut uoluit Bart.in extraua. ad reprimendum.in uerbo, & figura iudicii. & habetur per Afflict. in decisio.351.incip.bis fuit dubitatum in duabus causis, & suprà fuit demonstratum.adde Affli.in constit.siquis in posterum.in x.not.& in constit. pessimam. in viii. not. & Par.de Put.in lib.syndi. in uerbo, tortura.el.ij.uersi. & an siquis dixerit.ij.col.sed in hoc aduertendum esse puto, ꝙ licèt non concedatur repulsa, uideat tamen posse dici, quòd ex hoc non inualidetur confessio: cum habeamus, ꝙ testes repulsati, licèt non ad condemnationem: tamen ad torturam benè sufficiant: ut uoluit Gl. in l.fi.C. de iis, qui ut indi. & habetur per Gramma.in consil.j. & Lud.in consil.cccclj. incip. quædam mulier.ij.col.& Bal.in l. cunctos populos C.de sum.tri.& fi.catho.& Fran.Brun.in trac.indic.& tor.iii.col.& sequitur Gramm. in uo.25.ergo uidetur, quòd concessa non operatur, ut reus non torqueatur. & sic si non conceditur, non debet operari nullitatem cōfessionis secuturæ ex tortura: cùm etiam concedi non debeat illud, quod concessum non releuat. sed prædicta puto procedere, quando testibus obiicitur infamia, uel paupertas, uel alius defectus, qui in totum non eneruat dicta ipsorum: non autem, quando obiicitur inimicitia, uel inhabilitas, aut corruptio, aut falsitas, aut alius defectus: quo probato dicta ipsorum totaliter inualidantur. & ita intelligo procedere istud decimum requisitum.uide tamen omninò Abb.in c.cum in iuuētute.de præsumptio.& in c.qualiter & quando. extrà. de accu. & an & quando testes infames infamia iuris, uel facti admittantur in testes, an non, plenius quàm alibi per Afflict.in constit.patarenorū. in viii.nota.& uide Gramm.in decisio.xj.nu.9. cum sequentibus.&
60 in decisio.85.& 86.†Illud proximè sciendum est, quòd repulsa testium criminosorum, debet continere omnes circunstantias, quibus debet esse formata accusatio, vel inquisitio. secundum Bart. in l.iii.§.lege Iulia.ff.de testib.et Angel.ab Aret.in lib.male. in verbo, qui iu. statuit ter. ad oppo. con. pro.in fi.Lud.de Ro.in cōsil.290. & Boër. in deci.cccxxj.ij. par.licèt Bald.in l.edita. C. de eden. in repet.Paduæ.tenuerit cōtrarium. in viij.col.uer.oppo. & in authē. si dicatur.C.de test.ī fi. & ad hoc, vt probent testes deponentes in repulsa, necesse est, quòd deponant se nō esse testes criminosos.

& ita tenetur cõmuniter ab aliis: ut plenè per Gram.in decis. xj.incip.dum in noua. † Cæterùm repulsa testium ad hoc,ut ineptè nõ proponatur, necesse est, quòd in specie proponantur defectus, & non in genere: videlicet nõ dicendum est,quòd sunt infames,adulteri,fures,& homicidę:sed debent proponi sigillatim causæ infamię & similium. per text.in c.præsentium.extrà.de testi.§.testes.in uerbo,sigillatim. in vj. & idem tenet Bal.in l. j.C.de testa.i j.q. & Lud. Ro.in consil. ccxc. incip. in casu propositæ consultationis.Glos.in cle.constitutionem. in uerbo,circunstantiarum.ff.de elect. Pau.de Cast.in consi.xxvij.incip. uisa appellatione.ij.col.facit,quod notabiliter uoluit Bal.in l.turpia· post Gl.& Bar.ibi de lega.j.facit,quod not.Bal.in l.si quis testibus.ad fi. de test.& Gramm.in deci.xxxiiii. nu 49.

62 †Item repulsa debet referri ad conditionem testis, quæ est secundum tempus testimonij: nõ ad eam,quæ in præteritum fuit.& ideò si quis repulsat testes propter aliqua delicta in præteritũ,& probatur bona fama de præsenti eorundem testium, talis repulsa nihil obstat: & ita in particulari consuluit Ange.in consi. cccix. j. & i j.col.& Soc.in consi.liiii.in iii. lib.ij. col. uersi. item & tertiò. & est aduertendum,quòd duo testes nõ sufficiunt ad probandum quẽ esse bonæ uel malæ famæ.secundũ Ange.in authẽ.quomodo opor.epis.§.quarta. uersi. nota cum lex. adde tamen, quòd unum fecit me dubitare,quia dicit Spec.in tit.de test.§.j.nu.89.in fi.quòd olim criminosus,præsumitur & hodiè criminosus. l. quisquis. C. ad l. Iul. ma. & vltimò opponitur de c. fi. extrà. de præsump. vbi quilibet præsumitur bonus.& ibi Io.And. respondet in addi.Spec.illud esse verum,quod dicitur in d.c.fi.quãdo nõ constat, quòd aliàs fuisset criminosus:& ita posteà reperi Feli. in d.c.fi. limitantem d.c. fi. vt non procedat, quando probatur aliàs fuisse criminosum. quia criminositas illa præsumitur perdurare, nisi probetur sublata: vt ibi per eum nu.15.uersi.fallit quartò &vltimò.tamen si benè cõsiderentur dicta Ang.& Soc.procedunt, qñ ex aduerso probatur de bona fama ipsorum testium. dicta Spec. intelligo,quando probatur criminositas in præteritum,& ex aduerso nõ probatur bona fama. & sic cõcordando opiniones, benè procedunt dicta Doctorum.vide Ias. in l.j. C. de testa. nu.9.ubi refert consil. Ange.

63 †Vndecimò requiritur, ꝙ facta publicatione in causa,& cõcessa repulsa,& elapso termino dato ad percũctandum,citetur inquisitus, & eius procurator ad discutiendum indicia, & ad dicẽdum causam,quare non debeat ex indiciis contrà se existentibus, torqueri: & ad hæc debet statui competens terminus:vt est tex.& ibi hoc no.Bart.in l.custodias.de pu.iu. licèt si non interuenisset hæc citatio, nec auditi fuissent procuratores & aduocati, non ex hoc inualidetur confessio.secundum Bar.vbi suprà.arg.eius,quod no.in l.j.C.de senten.aduer. fi.la.

64 †Duodecimò requiritur,ꝙ confessio extorta per torturam,sit extorta ex delicto,pro quo venit imponenda pœna vltrà relegationẽ, & non

& non infrà.quia aliàs non potest quis torqueri: & per consequens si tortus confiteatur, eius confessio nō obstabit:vt est tex.in c. tormenta.& latè dispu.Grammat. in consi.xv.& voto xv. & Afflict. in consti. in quæstioni. in viij. not. & in consti.si damna clandestina. & Par.de Put.in lib.syndi. in verbo,tortura.lo iij.versi.an in causa
65 pecuniaria.† Et quæ sint delicta, pro quibus ueniat imponenda pœna vltra relegationem, dicam infrà in verbo, pœnis debitis ferian
66 tur.† Sed pone, ꝙ quis commisit plura delicta, quorum nullum sua natura est tale, vt pro eo habeat locum tortura, sed cumulatis omnibus benè habet locum,an eo casu habeat locum tortura? Philip. Cor.in consi.ccxvij.in j.lib.consuluit,ꝙ non: cùm uniuscuiusque natura inspiciatur, & non omniū
67 cumulatio.† Tertiodecimò requiritur, ꝙ confessio per torturā sit extorta ab eo, contrà quem erant indicia, & qui erat leuis vitæ, & diffamatus de aliis delictis: vt in c.regni incip. tormentis. & dicit And.de Iser. in cōsti.si damna clādestina.quod fallit secundū eum, quādo contrà tortum fuerat examinatus vnus testis omni exceptione maior de viso, qui nō fuerat reprobatus:& firmat Gram.in
68 consil.xv.nu.5.† Quartodecimò requiritur,quòd tortus & confessus,nō sit tortus vltrà modum cōsuetum, & per nouas species tormentorum.quia tunc confessio secuta, esset inualida. quia in torquendo attēdendus est modus cōsuetus.secundùm Cy.Bal.& Sali. in l.Gracchus.C.de adulter.per l. sed an vltrò.ff.de nego.gest.& iudicabitur, modum cōsuetum excedere ex qualitate tormenti, cōditione personæ, & consuetudine loci.secundùm Par.de Put.in lib. syndi.in verbo,tortura.el.j. versi. an si officialis aliquem tormentauit,qui mortuus est.& ideò iudex non debet scindere carnes torquendi,vt confiteatur. secundùm Bal.in l.pen. de eme.propin. & in prædicto casu etiam punietur iu
69 dex:vt ibi per Par.vbi suprà.† Et ideò malè faciunt iudices,qui passim in omnibus casibus, quando torquent aliquem,in pedibus imponunt magna pondera, vel adhibent aquam frigidam in dorso pēdentis in tortura:quia hæc nō nisi in grauissimis criminibus fieri possunt.secundùm Par. de Put.in lib.syndica.in verbo, tortura.lo. iij.in fine versi. de repetitione.
70 † Et quod peius est,inueniunt noua genera tormentorum, vt scindant carnes:vt est tormētum polletri.nam hæc nō nisi in grauibus fieri possunt.secundùm Bal.in l.j. C. de iis qui ad lib. perue. refert Par.in dic.verbo tortura.lo.iij.vi
71 so de repetitio.† Decimoquintò requiritur, quòd non sit tortus quis vltrà tertiam uicem: & ob id confessus,quòd esset immoderatè tortus, nullum sibi periculū crearit.secundùm Pau.de Ca. in consil.cxcvii.incip.visa inquisitione. circà fi.& sequitur Par.de Put. in lib.syndica. in verbo, tortura.lo. ii j.in c.viso de repetitione tortu
72 ræ.† Decimosextò requiritur, ꝙ antequàm quis torqueatur, accusator petat torqueri:aliàs accusatore non petente nec requirente, iudex nō debet procedere ad torturam.secundùm Bal.in c.j.§. iu-

diçes.iij.de pa.iur.fir.sed Bal.non dicit, quòd non potest torqueri: sed dicit, quòd iudex non tenetur torquere: quæ sunt diuersa. imò statim ac quis aliquem accusat, & dat indicia, videtur interpellare,
73 vt torqueatur. † Decimoseptimò requiritur, quòd non sit illata tortura die feriato, idq; ob honorẽ Dei: quia confessio inualidabitur. & hoc est verum in criminibus leuibus & non ita grauibus. secundùm Brun.in tract. de indi. & tor.in.ij.par.v.q. nu.52.versic. quæro vlteriùs. & videtur decidi per tex.in l.nemo.C.de episc. audien.& in l. prouinciarum. C. de fer.& concordat c.regni inci. idẽ
74 prouisa iuris sanctio. † Decimooctauò requiritur, quòd antequã quis torqueatur, pronũcietur per iudicem fore torquendum. secundùm Bru.in sæpe allegato trac.in
75 ix. char.iiij. col. † Decimononò requiritur, quòd non extorqueatur confessio à muliere prægnante per torturam. quia esset nullius valoris.nec intrà.xl.dies, quibus ex puerperio decumbit.secundùm Bart. in l. prægnantis. ff. de pœn.post Glos.& Io.de Ana.in c. intelleximus.ij. & iij. col. de iis, qui fi.occi.& Bal.in l.imperator. ff.de sta. ho. & firmat Mar.in l.j. ff.de quæstio.versi.nonò requirirur.v.col. nu.19. ubi idem obseruari dicit etiam post.xl.dies, si nõ posset reperiri nutrix puero, ne pe
76 reat. † Vigesimò requiritur, quòd confessio non sit extorta per suggestionem: vtputa, factis interrogatoriis, an Seius homicidium fecerit:& similia. quia id esset suggerere.per text. & ibi Bart. in l.j. §.qui quæstionem. ff.de quæstio. debet enim in genere interrogari.secundùm Ange.de Are. in lib. male.in verbo, fama publica. uer. uideamus de tortura. in ulti. col. & Ludo.Bolo.in addi.ad Guido. de Suza.in trac.de ind.& tormẽ.
77 nu.23. † Vigesimoprimò requiritur, ꝙ non sit extorta confessio à personis, quæ regulariter prohibẽtur torqueri: quia esset inualida. & regulariter oẽs possunt torqueri, siue liberi, siue serui, siue masculi, siue fœminę, siue patresfamilias, siue filiifamilias: nisi expresse reperiatur prohibitum. l. unius. §.j. & in l.Labeo. ff.de quæstio. & latissimè prosequitur Bru. in tract. de indi.& tor.in iiij.q.principali. & Ange.de malefi.in uerbo, fama publica. uersi. nunc uideamus de
78 tortura.vj.q. † Vigesimosecundò requiritur si confessio extorta sit per repetitionem torturæ, quòd repetitio ista rite & rectè processerit, & in casu permisso à iure. & ideo uidendum erit, num tortura repeti poterat in eo casu. nam tortura ut repeti possit secundũ Bar. in l.unius.§.j.ff.de quæstio.requiritur, quòd noua superueniãt indicia.sed posteà idem Bar. ibidem distinguit, quòd aut contrà tortũ erant, & sunt urgentiora & euidẽtiora indicia, & potest quæstio repeti: aut erant & sunt lenia indicia contrà eum, & isto casu nõ potest.ita tenendum dicit, licèt aliter eius doctrina referatur per Ang.in lib.malefi.in verbo, fama publica.in versi. tertiò quęro antortus vbi finaliter dicit: caueas iudex, vt nõ repetas tormẽta, nisi superuenerint noua indicia. Sali. in l.ij. C. de custo. reo. in fine refert opinionem Bar.in d.l. vnius. proût

prout ego retuli. & se confirmat cum dicta opinione Bar. vt consi deretur qualitas indiciorum: & ita dicit in practica seruari. Bal. in l. milites. C. de quæstio. in ij. colu. refert Cyn. & Odof. & concludit, quod aut quis fuit sufficiéter tortus, & non adsunt noua indicia, & nõ potest repeti: aut non fuit sufficiẽ ter tortus, & potest repeti. Gandi. in tit. de quæstio. & tor. iiij. col. di cit hæc formalia verba conclusiuè: tu tamen dic secundùm do. Odof. quòd non potest repeti sine nouis indiciis: qualia erunt vt, quia tortus dixit, nullum cubasse secum ea nocte in illa domo, vbi maleficium fuit commissum, & posteà per testes probetur contrarium, vel aliud simile. & hæc est cõis opinio aliorũ Doctorum. assessores tamen honoris auidi, hoc nõ seruant: imò quotidie quæstio nes repetunt sine nouis indiciis, quousque de impetitis criminib. veritas eruatur. quia possunt defensari per l. in corpore. vt vi. sine quoquo suffragio. §. oportet. ibi: iudices torquebunt fures & non cessabũt: consideret autem iudex in quæstione repetẽda, quomodò tortus in animi & corporis fortitudine perdurauerit. & sic, vt vides, refert communem opinionẽ Doctorum esse, quòd non repetatur, nisi vt suprà: tamen dicit de consuetudine aliud seruari. & sic potest potius Gandi. allegari pro contraria opinione. sed considera, quòd in versiculo sequenti videtur velle, quòd adsint noua indicia: sed illud intelligo de iure: aliud in practica, vt ipse dicit. & quòd non possit repeti tortura sine nouis indiciis, tenuit Augu. de Ari. in addit. Angel. in loco suprà allegato. & idem ibidem concludit Bernard. Par. de Put. in tracta. syndica. in verbo, tortura. el. ij. versi. de repetitione torturę scias. post relatas hinc inde opiniones dicit hæc verba formalia: & sic erit arbitrarium: quod quidem de repetitione torturæ, & hoc communiter obseruatur: quia quando iudici videbitur, quòd non sit sufficienter tortus prima vice, habita consideratione robustitatis torti, & tolerantię tormentorum, eius debilitatis, indiciorum vehementiæ vel ipsorum debilitatis, & immanitatis delicti, ac etiam loci torturæ: an videlicet tractus fuerint dati à loco multum alto, an humili, & an fuerit parum altatus. quia tunc reperitur tortura quasi prima non fuisset integra: vel si iudex dicat non plus pro ho diè, & det cautelam, quòd protestetur & interloquatur, quòd intẽ dit pro tunc supersedere in tortura iam data non perfectè, sed le ui modo, & ipsam repetere, si & quoties opus fuerit: & non aliter quàm ad indagãdam veritatem. & ita in effectu residet. Afflict. in cõ stitu. si damna clandestina. dicit hæc formalia verba: & ego uidi obseruatum à bonis iudicibus, quod sufficienter tortus, non torquetur iterum sine nouis indiciis. & dicitur sufficienter tortus secundùm qualitatem personæ ipsius torti. & indicia præhabita, & totũ hoc, est in arbitrio iudicis, vt suprà dictum est. Marsil. in l. repeti. ff. de quæstio. num. 5. in fine dicit hæc formalia verba concludendo: & finaliter hæc est communis omnium opinio, quòd leuiter tortus

potest repeti in tormentis, vt sufficienter torqueatur: sed si fuerit sufficienter tortus, & nihil dixerit, tunc non poterunt repeti tormenta, nisi superuenerint noua indicia fortiora primis: & ita seruandum est in practica. quia ista opinio est æquior & sustentabilior, & magis iuri consona. & ita residet. & quando dicantur noua indicia, vide Ange. de Are. in lib. male. in verbo, suprà allega. Fran. Brun. in tract. de indi. & tortu. in v. q. nu. 58. ubi plenè videas Boër. in decisio. clxiij. nu. 9. j. par. Guido de Suza. & ibi Ludo. Bolo. in additio. in tracta. de indi. & tortu.

79 nu. 57. † Vigesimotertiò requiritur, quòd confessio extorta & habita per torturam, sit extorta mediante illata tortura per habẽtem merum imperium. quia potestas torquendi, est meri imperii: vt l. defensores. C. de defen. ciui. & tenet Gulie. de Cun. in l. imperium. ff. de iurisdic. om. iud. & Marsi. in l. pe. nu. 5. ff. de quæstio. & ideò locum tenens potestatis, & simplex assessor, non possunt torquere.

80 † Vigesimoquartò requiritur, ꝙ confessio fiat principaliter de delicto, de quo inquiritur, & nõ incidenter, vt confitens possit damnari pœna ordinaria. secundùm Bart. in l. si confessus. ff. de custo. reo. & Innoc. in c. fi. pen. col. de confes. & Marsil. in l. repetitio. nu. 24. ff. de quæst. & in l. j. ff. eo. circà fi.

81 † Vigesimoquintò, requiritur, quòd confessio facta in tormentis, ratificetur extra locum & aspectum torturæ in publico testimonio. secundùm praxim, quam tradit Iacob. de Belui. in praxi crimi. in tit. de quæstio. col. xv. & ad. longum per Marsi. in praxi crimi. §. quoniam. & Fran. Brun. in trac. de indi. & tor ij. par. vj. q. nu. 4. & Guido de Suza. in tract. de tortu. nu. 78. & ibi Ludo. Bologni. in additio.

82 † Vnum tamen scias, quòd ratificatio confessatorum in tormentis, non requiritur, vbi vltrà confessionem adest confessio extraiudicialis præcedens istam cõfessionem secundùm Io. de Imo. in c. at si clerici. de iudic. & Felin. in c. olim. v. col. de rescrip. & Ias. in l. magistratibus. ff. de iuris. om. iudi. ij. col. & Marsil. in praxi crim. §. quoniam. nu. 38.

83 † Item licèt confessio extorta per torturam, absque ratificatione sit inutilis, ut suprà dixi: tamẽ hæc vera sunt, quando tortura fuit magna. secùs autem, si leuis & modica, & tortus fuisset robustus. nam tunc valebit talis confessio absque alia perseuerantia, ex quo censetur spontanea & non tortura extorta: ut Bart. in l. j. §. diuus. & §. si quis ultrò. & in l. pen. ff. de quæst. & Bald. in l. j. C. de confes. & Par. de Put. in tract. syndica. in uerbo, tortura. lo j. versi. an ex sola confessione. & in uerbo, tortura. lo. iij. uersic. uiso de repetitione. & Bald. in l. ij. C. quorum appella. & Grammati. in vo. vi.

84 † Vigesimosextò requiritur, si cõfessio etiam iurata & ratificata, fuerit allegata erronea, quòd detur terminus ad probandum de errore, & admittatur reuocatio: & interim nõ debet exequi: vt plenè habetur ꝑ Grammati. in uot. vij. & in uot. x. allegat Aud. in constitutione, si damna clãdestina. & habetur per Marsil. in l. j. §. fi. xviij. colu. ff. de quæst. & Thom. Gramma. in consi.

fi. lxix. & Marsil. in praxi §. quoniam. & Ias. in l. magistratibus. ff. de iur. omn. iudic. & in l. error. C. de iur. & facti igno. & Paris in uerbo, confessio. & in uerbo, tortura. lo. iii j. uersi. sequitur quæstio quotidiana. Tho. Gram. in con. xxxx.

85 † Vigesimoseptimò requiritur, siquis cōfitetur aliquod delictum, quod requiritur ad sui probationem & uerificationem uerificari aliquam probabilitatem, ut puniri posset, quòd expresse confiteatur illam qualitatem, uel confiteatur generaliter omnia cōtenta in accusatione uel inquisitiōe, quia tunc uidetur cōfiteri omnes qualitates. exemplum: si inquiritur de adulterio commisso cum Berta uxore Titii, & confitetur reus se cognouisse Bertam, non sufficit ista confessio ad condemnādum: nisi probetur, quòd Berta sit uxor Titii. nam confitendo simpliciter se cognouisse Bertam, non uidetur confiteri matrimonium inter Bertam & Titiū: & sic debet probari illa qualitas. uel quòd confiteatur expresse in genere uel in specie, ut sup. dictam qualitatem: ut tradit Bart. in l. si cui. §. j. ff. de lega. j. sed de ueritate huius dicti uide Angel. de Are. in lib. malefi. in uerbo, comparuerunt dicti inquisiti, & confitentur totum. & ibi Bernar. de Land. in addi. & Augu. de Ari. ibi. & Marsil. in l. lege Cornelia. §. constitutum. ff. ad l. Cor. de sicar.

86 † Vigesimooctauò requiritur, siquis confitetur se ueneuasse aliquem, & ex eo illū mortuum esse, quod probetur per alias probationes, & per expertos & signa, quòd ille talis ex ueneno mortuus fuerit; aliàs ista confessio sola non sufficit ad condemnandum: & est ratio, quia talis cōfessio est impossibilis, quia si reus confitetur ex ueneno per se dato, mortuum esse, confitetur illud, quod est ipsi impossibile scitu: uidelicet quòd ille mortuus sit ex illo ueneno. nam impossibile est idiotis scire operationem, quam facit res in corpore. secundùm Alexan. in consi. cccxxxix. incip. in causa inquisitionis formatæ. pri. col. & firmat ac sequitur Marsil. in l. j. §. prætereà. nu. 37. ff. de sicar. & Afflict. in consti. mala noxia. pri. col. & dixi suprà.

87 † Vigesimononò requiritur quod iudex statuat terminum confesso ad faciēdum omnes defensiones aduersus illam confessionem: ut latè docet Afflict. in consti. super incisionibus. iiii. nota.

88 † Trigesimò requiritur, quod dicta confessio nō sit fundata super inordinato & nullo processu. quia non potest uirtute ipsius procedi ad cōdemnationē: secùs, quando confessio e fiet spōtanea. quia eo casu ex ea confitēs damnari potest: ut dicit Ange. de Aret. in lib. malefi. in uerbo, fama publica. in uersic. & aduertas tamen. & habetur plenè per Felin. in c. at si clerici. extrà de iudi.

¶ Istis autem omnibus requisitis concurrētibus plures effectus operatur dicta confessio.

89 † Et primò operatur, quia ut per torturam habita sit, tamen licite iudex potest scribi facere, quòd sponte reus confessus fuit: & nec notarius, nec ipse incidunt in falsum: secùs, quando non concurrētibus prædictis habita fuit. sed tamen Ang. & Imol. in l. qui in aliena. §. fi. ff. de acqui. hære. & no. Ange. de

de Are. in li. male.in uerbo,comparuerunt dicti inquisiti, & confitentur totum. in fin. & est hoc verum dato aliquo interuallo inter confessioně & torměta, quod relinquitur iudicǎtis arbitrio. secundum Alex. in consi.j.in 3. lib.

90 † Secůdò operatur,quia validior est confessio cum tormětis,quàm sine:ut habetur in auth.de test.§. j.sed ꝓ veritate huius d. Bar. queě sequitur Marsi.in l.j.ff. de quęsti. §.j. facit tres casus. primus casus est, quando quis torquetur in se tantum:& tunc validior est confessio spontanea, quàm cum tormentis: ut in d.§.j.& in §.diuus. ea.l.secundus est, quando quis de alio interrogatur: & tunc est ualidior illa, quæ fit cum tormentis. quǎdoque quis torquetur in se & in alium: & tunc debilior est confessio, quæ fit cũ tormětis, quàm quæ sine tormětis.

91 † Tertiò operatur, quòd in quibus casibus testes reprobati à iure,examinati sine tortura non probant, in iis cũ tortura benè probant:ut habetur per Inno. Glo. in c.cùm P. de accusa. & per Alex. in consil. xj. in pri.lib.& Marsi.in l.ex libero. nu. 8.ff.de quæstio. & hoc vbi specialiter inductum est, quòd tales testes reprobati admittantur.

92 † Quartò operatur. nǎ licèt confessio & depositio testis uarii seu conuicti de mendacio,nullũ operetur effectum. secundum Inno. in c.pręterea. de testi.cogě.& do. Anto.in c.cum in tua.vlt. col. de testi.& Ange.in consi.275. incip. quædam domina Margareta. & Alex.in consi.364.incip. in causa appellationis. in v. col. tamen si tortus persistit in sua confessione priori erit ualida dicta confessio: vt habetur in l.ex libero. & ibi Glo. & Bart. ff. de quæstio. & per Inno. & alios in c. cum in contemplatione. de regu. iuris. per Dy. i regu.sine culpa.de re. iur.& Cy. in l.si.C.de quæstio.Bald. in l.iij. C.ad l. Iul. de adulter. Sali.in le. nullus. C. de testi. de quibus uideas Bar. in l. quicquid astringědæ. ff. de verbo. obliga.& Gramma. in consi. 33.nu.3.

93 † Quintò operatur. nam licèt confessio spǒtanea minoris non valeat, nisi sit facta in præsentia curatoris:taměfacta in tormentis etiam absque præsentia curatoris, ualet & tenet: dummodò in principio causę ei datus fuerit curator,& adhibita fuerit causæ cognitio. ut habetur per Bal. in l. clarum. C. de auth.præstan.

94 † Sextò operatur. nam confessio facta in tor. etiam si fuerit reuocata, probat semiplenè.secundum Bal.in l.bonæ fidei. ij.col. uersi. itě quæro de confessione. C. de re.cre.& Alex.in l. j. §. diuus. ff.de quæstio.& habetur per Panor.in c.ex literis.extrà.de confes. iij. col. ver. nota vnũ casum. & quòd si reuocans dicat se errasse & confessum fuisse dolore tormentorum, an debeat ei dari terminus ad probandum de errore, antequam torqueatur? dic, quòd sic. secundum Gramma.vo. vij.

95 Septimò operatur.quia licèt facta sit tormentis adhibitis:tamědicitur confessio voluntaria, licèt non spontanea. secundũ Bal. in c.j.§.iniuria.iiij.col.versi.quæro, vtrum semel tortus.de pa. iur. fir. & Flo. in l.de ætate.§.j.de inter. actio. & Bart.Cepo. in l.sponsio.ff.de verb.signi.

96 † Octauò operatur.

ratur. quia licèt fuerit facta corã iudice incompetenti, tamẽ si perseueratur coram iudice competẽti, ualet & tenet. secundum Cardi. in cle. j. §. ij. de hære. & cogitur in ea perseuerare coràm competẽti: vt habetur suprà in j. par. nu.
97 xj. vbi dixi. † Nonò operatur. quia si cõfessus fuerit quis in tortura aliqua delicta, de quibus indicia extiterant, potest interrogari & torqueri de aliis delictis ĩ genere, de quibus nulla apparent indicia: & hoc de generali consuetudine Italiæ. secundum Ang. in tra. male. in verbo, fama publica. in finalibus uerbis. & recolo dixisse suprà in verbo, rei indurati tor-
98 queantur. † Decimò operatur. quia licèt confessio ipsa reuocetur, tamen si omnia prædicta requisita concurrant: & maximè, si concurrant indicia sufficientia, & talia, quæ indubitabiliter indicãt veritatem coniuncta confessione ipsa, secundum Bal. in l. fi. C. de ꝓba. non prodest dicta reuocatio: sed condemnari potest, si non ꝓbetur contrarium per reuocantẽ. & prosequitur Gramma. in deci-
99 sio. 62. per totam. † Vndecimò operatur. quia stante confessione prædicta & concurrentibus indiciis coadiuuantibus ipsam cõfessionem, confessus ipse appellare non potest. secundum Bal. in le. cũ nõ solùm. §. necessitate. C. de bo. quæ lib. in 4. col. per text. in c. Romana. §. si autem. de appel. in vj. & sequitur Gram. in decisi.
100 72. nu. 5. † Duodecimò operatur, ut ex ea confessione possit cõfitens damnari: vt habetur in l. si confessus. ff. de cust. reo. & extrà. de confe. c. cũ super. & latè firmat Fran. Brun. in tra. de indi. & tor. in 6. q. 2. par. nu. 29. in uerbo, postremò quæro. operatur etiã multos alios effectus, quos operatur confessio iudicialis, de quibus uide suprà. Sequitur vt videamus de aliquibus quæstionibus variis
101 in materia. † Et primò quæro, quid si confitens in tortura & extrà torturã, quòd Titius fuit suus socius ad committendum tale homicidium vel delictum, posteà cõdemnatus ad mortẽ, apud furcas dixit: reuoco confessionem, quò ad illum socium, & quòd falsò eũ inculpaui confiteor: an ex hoc illa confessio reddatur inanis, quò ad illum nominatum? hanc quæstionem ponit Marsi. in praxi cri. §. restat in prin. & finaliter decidit, quòd talis reuocatio nihil ꝓdest illi nominato, quando vltra cõfessionem torti adesset aliquod aliud indicium corroborãs dictã confessionem. Gramma. in voto xj. nu. 18. videtur tenere talem reuocationem indifferenter valere, & prodesse nominato. sed adde, ꝙ intentio Gramm. rectè intuẽti velle videatur cõcordãtiam cum distinctione Marsi. quod apparet, quia in repertorio, in verbo, condemnatus. dicit, quòd quãdo cõdemnatus, dũ ducitur ad furcas, exculpat eos, quos inculpauit, ualet talis exculpatio: dũmodò alia non appareant verificata. & allegat d. uo. 11. vide And. de Iser. in consti. si damna clandestina. ubi dicit, quòd relinquitur arbitrio iudicantis, qui debet considerare, an aliquo procurante fuerit facta
102 illa reuocatio. † Secundò quæro: pone, quòd cõmissum est aliquod delictum, quod nõ potest sciri à

ri à quo commissum sit, quod in magna aliqua multitudine admissum sit, unus verò captus de illis, qui interuenerant, & tortus confitetur, se nō commisisse illud delictum, sed fuisse autorem & principalem ad coadiuuãdum illos homines ad aliquid faciẽdum, quod erat de genere prohibitorum: an hic ex hac confessione puniatur? Marsil. in repe. l. vni. C. de rap. uirgi. num. 79. uersi. & tene mẽti. dicit, quòd sic, alios Doctores in
103 hoc citans ita tenentes. † Tertiò quæro: ecce quis inquiritur de raptu mulieris, & seruatis seruandis fuit tortus & confessus, se non rapuisse, sed fuisse in societate raptoris: an ex hoc poterit puniri de raptu, alio non constito? dicas, quòd non. secundùm eundem Marsi. vbi suprà. nu. 81. in 6. char. alios Doctores adducen-
104 tẽ ita tenere. † Quartò quæro: ecce inquisitus sponte confessus est delictum, pòst verò ad tribunal ductus non vult illud ratificare: an cogi possit per torturam? Marsil. in praxi cri. §. quoniam. nu. 18. distinguit, quòd aut iste cõfessus est maior 25. annis: aut minor. primo casu si confessus fuit in iudicio, & habet confessio sua requisita, ut diximus in prima parte, & non est opus alia ratificatione, sed potest condemnari: aut cõfessus fuit extrà iudicium, & tunc non poterit cõdemnari: sed operatur, ut diximus sup. in 2. parte. secundo casu etiã si confessus fuerit sponte cum autoritate curatoris, non poterit definitiuè condẽnari, nisi ratificauerit & approba-
105 uerit. † Quintò quæro: ecce aliquis confitetur delictum cõtrà se. sponte vel per torturam: an possit sine nouis indiciis torqueri, vt manifestet mandantem? dicas, ꝙ sic. secundùm Ange. in l. & si certus. ff. ad Sylle. & idẽ tenet Ang. in lib. male. in uerbo, Semproniũ mandatorem. 2. col. & Deci. in cõsi. 189. incipiẽ. lætatus sum. 6. col.
106 † Sextò quæro: ecce quis inquisitus de homicidio semper negauit, tandem verò ex indiciis contrà eum existentibus tortus cõfessus est, se illud quidem delictum patrasse, attamen ad sui defensionem, idque offert probare: an admitti debeat ad id probandũ, nec ne? And. de Iser. & Afflict. in cõstit. terminum vitæ in vij. quæ. dicunt, quòd sic: licèt aliud dicant iudices sitientes sanguinem humanum: licètque se remittãt ad dicta per eos in tit. de contro. inuest. §. item si uassallus. & tenet hoc Luc. Pen. in l. professio. C.
107 de mu. patri. lib. xj. † Septimò quæro, an inquisitus de libello infamatorio: puta, quia fecit libellum infamatorium contrà honorẽ alicuius, & ipsum posuit in locis publicis: si apparent indicia ad torturam, de hoc possit torqueri? istum casum habui de facto Salerni, quo tempore ibi erã iudex in personam cuiusdam mulieris, quæ per suum filium minorẽ scribì fecit, se dictante plures libellos infamatorios contrà quendã, quẽ honestatis causa non nomino, ꝙ eius videlicet soror esset stuprata, & de aliis infamiis. & satis dubitaui, an posset torqueri: & saluo, semper meliori cõsilio, dico, ꝙ totum hoc in eo pendet, vt inspiciatur, quòd crimẽ positum sit in libello ipso famoso. nã si est tale delictum,

delictum, vt si verum esset, pro eo veniret imponenda pœna vltrà relegationem cōtrà nominatum in tali libello: tum si author libelli nō docuerit uerum esse id crimē, punitur ipse pœna illa, qua punietur ille nominatus: & sic haberet locum tortura: aliàs si imponeretur pœna pro eo crimine ibi nominato infrà relegationē, non haberet locum tortura: vt est tex. iuncta Glo. & ibi not. Salic. in l. vnica. C. de famo. libe. quę omnia
108 notes in actu practico. † Octauò quæro, an possit torqueri ille, qui domum alicuius saxis impetierit de nocte. hoc dices dependere ex qualitate pœnæ, qua veniret plectendus faciens talem impetitionē: & cùm hic casus facto euenisset in terra Sācti Seuerini, quo tēpore ibi eram iudex, volui casum reperire, & reperi text. in l. si statua. ff. de iniur. ponent in indiuiduo casum, quòd actio iniuriarū competit: & sic tortura non ha-
109 bet locum. † Nonò quæro, ꝙ si aliquis tortus fuit & confessus, deinde non perseuerans in ratificatione iterum torquetur, & confitetur: ī ratificatione verò iterū negat: & denuo tortus cōfitetur, & in ratificatione negat, quid sit faciendum. istam quæstionem posuit do. Par. de Put. in lib. syndica. in verbo, tortura. lo. iij. in ver. viso de repetitione. & dicit se habuisse de facto, & per sententiam eundem liberasse. de quo ꝑ Boër. in decisio. clxiij. in 2. par.
110 † Decimò quæro quid si tortus quis perseuerat in negando, & contrà eum apparent nonnullæ probationes apparentes ex processu, & tortus est citra præiudicium probatorum: an possit condemnari, cum negauerit. & licèt Barth. Cepo. consi. 32. incip. rustici Vicentini. teneat, quòd non: tamen contrarium est verius. per casum singularem in l. qui sententiam. C. de pœn. quem dicit ad hoc esse singularem Alex. in leg. vnius. §. reus. ff. de quæstio. & Ludo. in l. j. §. hoc rescriptum. ff. ad Sylleia. & Par. de Put. in lib. syndi. in verbo, tortura. lo vlti. in c. quidam latro famosus. j. col. & plenè Grammat. in consil. 12. nu. 24. & de pœna extraordinaria
111 & ordinaria, uide ibidem. † Vndecimò quæro, an metus torturæ, & ipsa tortura, æquiparentur ad hoc, ut cōfessio facta indiciis nō præcedētibus, non teneat, si facta fuit metu torturæ: dicas, ꝙ sic. secūdùm Bal. in l. interpositas. C. de trā. circà fi. quem ibi sequutur Docto. & Alex. in l. j. §. diuus. ff. de quæstio. & Bald. in l. maximè. ff. quod fal. tu. autor. & Mar. in l. j. ff.
112 de quæst. nu. 42. † Et quæ dicatur confessio metu torturæ extorta, relinquitur arbitrio iudicis. secūdū Bart. ī d. l. interpositas. j. col. in verbo, vlterius no. & Ang. Are. in lib. male. in verbo, fama publica. in fi. Alex. in l. j. §. Diuus. ff. de quæstio. Cy. & Salice. in l. ij. C. de
113 custo. reo. † Sed an cōfessio facta per eum, qui fuit spoliatus, vt torqueretur, sed non ligatus, dicatur metu torturæ extorta? Nico. de Neapo. ī l. nouissimè. ff. de eo, quod fal. tuto. autho. dicit, ꝙ nō: sed Sali. in l. ij. C. de custo. reo. tenet oppositum. & idem tenet Cardi. in cle. pri. §. ij. de hære. dicens, ꝙ nuditas est tormentum, sicut ieiunatio. Bar. in l. j. §. diuus Seuerus.

uerus. ff. de quæstio. dicit, quod tunc dicitur facta metu torturæ, quando est facta adhibitis tormentis: vel facta propè tormenta, aliquo ligato, & præcedentibus minis de torquendo. non autem qualibet leuis territio facit uideri cōfessionem ipsam, factam formidine tormentorum: sed requiritur, quòd sit positus in tormentis: vel ductus ad ea. item si esset positus in carcerib⁹, in quibus fame periret. sola enim ductio ad funem, est leuis territio: sed ductio & ligatio benè faciūt videri confessionem extortam metu tormentorum. secundùm Ang. in l. item apud Labeonem. §. quamuis. ff. de iniur. & dixit Bal. i l. j. C. de custo. reo. quòd ligatus manicis ferreis dicitur torqueri. confessio autem facta in carceribus, in quibus nō denegatur cibus & potus, non dicitur facta metu tormentorum. secundùm Bal. in l. 1. C. de confes. vj. col. sed Gandi. in lib. malefi. in rub. de quæstio. & tor. dicit: sufficit, si sit quis ductus ad chordam, etiam si non sint ligatæ manus à tergo, ut confessio videatur facta metu tormentorum. & sic contrà dictum Ange. in d. §. quæstionis. & dictum Gandi. sequitur Augu. de Ari. in addi. ad Ang. in verbo, fama publica. in antepe. col. & idē videtur sequi Bar. in l. nouissimè. ff. quod fal. tuto. autho. vbi dicit sufficere duci & spoliati antè torturam: licèt nō sit ligatus: & cum hac opinione transit Fran. Bru. in tracta. de indi. & tor. in ij. par. ij. quæstio. in prin. sequitur Marsil. in praxi cri. §. expedita. nu. 10. licèt ibi teneat, quòd confessio facta in carcere, dicitur facta metu tormentorum: & quòd sufficiat probari solam detentionē, ut præsumatur facta metu tormenrorū: & tenet Guido de Suzar. in tract. de indi. & tortu. nu. 72. & ibi Ludo. in addit. dicit, quòd confessio in ipsis tormentis equiparatur confessioni, quæ fit ad pedem torturæ cum ligantur manus, & terror incutitur à iudice semper dicente, quòd si non confiteatur subiiciendus sit torturæ. nam talis confessio, nisi detur perseuerantia & ratificatio, nō sufficit ad cōdemnandum. Pau. Grilla. in tract. de quæstio. & tor. in 4. quæstio. dicit, quòd confessio facta in istis præparatoriis tormētorum, dicitur extorta metu tormentorum, & indiget ratificatione: & sequitur Thom. Gramma. in consi. xv. nu. 7. ego pro nunc limitarem omnia prædicta, ut procedant in homine debili & infirmo ac rustico: secùs erit, si est homo robustus & sagax, quia tunc valet confessio nulla alia data perseuerantia & ratificatione: quia si verè sit tortus idque modicè, & est homo robustus, & confitetur, confessio ipsius valet & tenet, etiam non data perseuerantia & ratificatione: vt dicit Bal. in l. j. C. de confe. & sequitur Par. de Put. in lib. syndi. in verbo, tortura. lo. j. versi. an ex sola confessione. & sequitur Gramma. in voto vj. nu. 8. cum aliis sequentib. quanto igitur magis, si solus terror sit illatus.

114 † Duodecimò quæro: pone, quis confitetur se combussisse scripturas: an possit torqueri, ut cōfiteatur, qua de causa combusserit? dicas, quòd sic: ut consuluit Bald. in consil. ccxxiij. in iiij. lib. & refert & sequitur

quitur Bern. de Landria. in addi. ad quæstionem, quam tãgit Ang. de Are. in verbo, falsario dilacerã te, comburente, uel celante literas
115 alienas. †Decimotertiò quæro, an confessio requirat ratificationem, vbi facta est in tormentis, si plenè est probatum delictum per capturam personæ in flagrãti crimine. dicas, quòd non. per tex. in l. qui sententiam. & ibi Doct. C. de pœn. & plenè per Thom. Gram
116 ma. in decisi. xxxvj. nu. 60. †Decimoquartò quæro, quid si aliquis confitetur se commisisse delictum, quod reuerà cõstat ipsum non commisisse, an puniatur? dicas, quòd non: nisi mendaciter aliquis confiteretur sperans ex tali mendacio impetrare gratiam & utilitatem: ut si quis diceret se occidisse bannitum, peteretque premium iuxtà formam statuti existentis in regno (sicut sperabat cõsequi filius Amalachiæ confitẽdo mendaciter se Saulem interfecisse, qui loco gratiæ & utilitatis reportauit mortem) ac si uerè eum interfecisset. & in contingẽtia facti ita fuit decisum in ciuitate Parisiorum: vt refert & concludit Guliel. Bene. in cap. Rainutius. in verbo, mortuo itaque testatore. el primo. num. 341. & est notanda hæc doctrina.

QVARTA PARS
tertiæ partis.

SVMMARIVM.

1 *Contumax de iure communi an habeatur pro confesso.*
2 *Statutũ, quòd contumax habeatur pro cõfesso, an valeat: et quomodò intelligatur: et an in quolibet contumace. nu. 3.*
4 *Citatus non auditur, si alleget ad suam notitiam non peruenisse citationẽ domi factam.*
5 *Exceptio, quæ à principio poterat inualidare contumaciam, inualidat confeßionem.*
6 *Confeßio ficta debet fundari super valido processu.*
7 *Minor uel mulier pro confeßis haberi non poßunt ex contumacia. & nu. 8.*
9 *Qualitas debet probari aliter, quàm ex confeßione ficta.*
10 *Citatus extrà territorium citantis, non potest pro confesso haberi.*
11 *Citari an quis poßit ratione delicti extra territorium.*
12 *Interlocutoria debet ferri, quẽ haberi p cõfesso. et nu. 63.*
13 *Heredi an noceat ficta confeßio.*
14 *Confeßio ficta operatur effectum, ubi fundata est inquisitio super crimine punibili.*
15 *Confeßio ficta non sufficit, nisi constet de delicto, & conuincatur.*
16 *Citari quis debet pro tribus citationibus, vt habeatur pro cõfesso.*
17 *Confeßio ficta reprobata contrarijs probationibus, non operatur.*

mero 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. vsque ad finem.

IVDEX.

SEQVITVR, ut uideamus iuxtà proposi tum ordinẽ de confessionibus fictis: & primò uidẽdum est, quomodò. & qualiter inducat ficta confessio: secundò, quæ requiratur ad substantiam ipsius. ut debitũ sortiatur effectũ: tertiò, de aliquibus quæstionibus variis in materia, & de effectibus ipsius.

1 †Circa primũ sciendum est, ꝙ de iure communi nunquam contumax habetur pro confesso in criminalibus. secundùm Bal. in l. j. col. ij. uersi. oppo. quod contumax. C. quo. & quãdo iudi. & Bal. post Glo. in l. ij. §. diuus. ff. de iur. fis. & Oldr. cõs. lxiiii. & Bart. in l. quæstionis. la. ij. ff. de quæstio. sed omninò uide Marsil. in consi. xlix. nu. 29. cum seq. ubi videtur uelle, ꝙ etiã de iure cõmuni cautum est, quòd contumax habeatur pro confesso: allegat tex. in c. decernimus. & ĩ c. absens. iij. q. ix. & ĩ c. rursus. ix. qõ. iij. & l. iij. C. de assesso. & in auth. qua in ꝓuincia. uer. quia cõtumacia eius. C. ubi de cri. agi. opor. & l. senat⁹. §. diuus. ff. de iur. fi. & voluit Spe. in ti. de accu. §. fi. in iiij. par. j. col. sed tu videas Afflict. in consti. pœnam eorum. in v. not. quicquid tamen sit, uerum est, quòd regulariter de iure cõmuni nũquàm quis habetur pro confesso in criminalibus sub prætextu solius contumaciæ: sed benè in multis partibus Italiæ per statuta terrarũ prouidetur. Et in hoc est uidendum, an tale statutum ualeat, an non: & certè sic: ut tenet Ioan. And. in c. ueritatis. de do. & contu. & Bald. in usi. feu. in titu. de pa. iur. fir. §. iniuria col. iiij. versi. quæro utrum ualeat statutũ. ad quod allegat l. Gallus. §. & quid si tantùm. de lib. & posth. & Glo. quam dicit non esse alibi, in l. locorum. C. de omni agro deser. lib. xj ubi dicit, quòd talis contumacia est ficta probatio. & habetur plenè per Nel. in tra. bãnitorum. in suo prçludio.

3 †Sed occurrit dubium, an dictum statutum intelligatur & procedat in quolibet contumace: uidelicet, ficto, & uero. nam, ut scitis, dupliciter contrahitur contumacia: fictè, & uerè. fictè uerò dicitur contumax, quotiescunque quis citatus domi non comparet, nec fuit personaliter inuentus. secundùm Bart. in l. diuus. i j. colu. uersi. nota, quod hic Gloss. de in inte. restit. post Gloss. ibi. & in l. fi. iiij. colu. uersi. fictus cõtumax est. eo. titu. & aliquando quis est fictus contumax apparenter & existenter: ut quando citatus est domi, & citatio ipsi non innotuit apertè. secũdùm Bar. in d. l. fi. iiii. col. in uersi. iiii. quidam est fictus. de in integ. resti. & aliquando fictè apparenter & uerè existenter; ut quando citatus non fuit personaliter inuentus, sed citatio ipsi innotuit, & non uenit. secundùm Bar. in d. l. fi. pe. col. uersi. quidam est fictus: contumacia autem uera contrahitur pluribus modis: primo, si quis citatus personaliter non comparet. secundùm Bar. in in l. j. C. quo. appel. non recipian.

item

item dicitur uerus contumax, qui citatus dixit: nolo uenire. secundū Gl. in uer. cōtumacia. & Doct. in l. cōsentaneū. C. quō. & qn iud. & ibi per Bar. iij. col. uers. ulteriùs oppo. & Bar. in l. ex cōsensu. §. fi. circà prin. uersi. quæro, quis est uerus contumax. ff. de appel. & pleniùs, q̃ alibi per Mari. Soc. in tra. de cita. in arti. xxvij. nu. 28. cū pluri. seq. & per Bald. in l. falsus. iiii. col. uer. aduerte sicùt uerus. C. de fur, & in l. tres. j. colu. uersi. modò quæro. C. quo. & quādo iu. & Bar. in l. si finita. §. Iulianus. uer. quæro, si iste citatus. ff. de dam. infec. & in l. fi. iiij. col. in prin. uersi. pro huius declaratione. ff. de in integ. restit. & procedit, siue id dixerit nuntio citanti, siue iudici in iudicio. secundùm Bart. in l. diuus. in prin. uer. ex quo not. ff. de resti. in inte. itē dicitur uerus contumax, qui citatus fugit nihil dicēs. secūdùm Bal. in l. falsus. iiij. col. uersi. aduerte sicùt. C. de fur. item uerus contumax dicit̄ ille, ad cuius notitiam peruenit citatio. secundùm Ang. in consi. ccxvj. & contumax uerus aliquando dicitur apparenter & existenter, ut est ille, qui citatus dixit: nolo uenire, & non uenit sine iusta causa: uel nihil dixit, & non uenit. aliquādo dicitur apparenter & non existenter, ut est ille, qui citatus dixit: nolo uenire: sed mutato proposito cū uenisset ad iudicium, fuit impeditus dolo aduersarii, vel aliquo casu sine culpa sua. secūdum Bar. in l. fi. pe. col. uer. redeo ad primum. ff. de ī inte. restj. modò redeundo ad propositum dubium reperio Cor. in consi. xcvij. nu: 9. iiii. lib. mouētē quęstionem: & dicit, quòd tale statutum non extenditur ad citatū domi: & sic non ad fictum contumacem. quia est statutum exorbitās, & contra rationem, & pœnale: & non extenditur ad casum fictum. p l. iij. §. hęc uerba. ff. de neg. gest. & ibi Bar. & in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. not. Io. And. in c. fi. de consue. & Bald. in l. si quis seruo. C. de fur. & Pet. de Anch. in repeti. c. canonum statuta. de const. xiiij. q. principali. colu. lxxxvj. p quibus faciunt ea, quæ consuluit Ang. in consi. cxcv. de quibus meminit Alex. in l. ait prætor. §. hæc uerba. ff. de neg. gest. quòd statutum loquens de contumace, intelligi debeat de uero contumace: non autem de ficto. propter quæ dicta Gramm. in consi. xlv. nu. 26. cōsuluit, quòd dicta Nicò. de Matta. & Bal. in l. fi. de hære. institu. q contumax ex solo banno & contumacia possit torqueri, non procedunt in ficto contumace: & sic citato domi: sed in citato personaliter: & sic uero contumace. & an hæc procedant in regno, in quo uidemus quotidie procedi ad sententiam foriudicationis ex ficta contumacia: & sic ex citatione domi facta, cogitetis. Nellus in tra. bannito. in iij. par. j. tempo. in tertia quæst. decidit, quòd de consuetudine sufficit citatio ad domum:
4 & sic ficta contumacia. † Vnum tamen est sciendum, quòd in regno non auditur citatus domi, quoties allegat ad suam notitiam nō peruenisse citationem: licèt aliud sit de iure. ut est text. in const. tu. citationis literæ. & ibi not. Affli. in j. not. in fi. uersic. an autem.
5 † Viso quomodò inducatur ficta confessio, uidendum restat, quæ

requirantur, vt debitum sortiatur effectum: & primò requiritur, quòd contrà eam non sit opposita aliqua exceptio, quæ si fuisset opposita à principio antè bannum, ipse bannitus non fuisset compulsus iudicium suscipere. nā non debet exequi, sed audiri: & iudex declarabit iudicium & bannum nullum: ita singulariter dixit Bat. in l. non uidetur. quæ est l. iij. in fi. ff. de iu. quod dictum refert & sequitur Nell. in tracta. bannito. in ij. par. primi temporis. in ij. q. in fi. & latissimè prosequitur Marsi. in practica crim. §. examinanda. nu. 27. uersi. octauò

6 alia ratione. † Secundò requiritur, quòd sit fundata super processu ualido, & sic præcedat inquisitio ualida, & in casu permisso: aliàs non sortitur effectum. text. est, & ibi hoc not. Bald. in l. si filius. la. ij. ff. de interro. actio. facit text. in l. sed si fine. §. sed si seruus. eo. ti. & illum tex. in d. l. si filius. ad hoc allegat Roma. consi. ccxxiiii. incip. ista captura. j. colu. & plures concordantias allegat Marsil. in pract. crim. §. postquàm. nume. 59. & not. Bald. in l. ij. §. quòd si actor. ulti. colum. uersic. ulterius not. C. de iura. calum. & per Feli. in c. cum dilecti. de rescri. quia confessio ficta nō tollit ineptitudinem processus. uide Angel. Aret. in lib. malefi. in uerbo, qui iudex uidens. versic. quæritur tamen an tale statutum. vide Guliel. Bene. in repe. c. Raynutius. in uerbo, mortuo itaq; testatore. el. j. nu. 160. cum pluribus

7 sequen. ubi multa. † Tertiò requiritur, quòd ille, qui est bānitus & effectus contumax, ut possit pro confesso haberi, nō sit mulier, minor, uel rusticus: qui nisi sint ī dolo expresso, nō in præsumpto, vt est contumacia, non possunt haberi pro confessis. secūdum Pau. de Cast. in l. vbi exigit. ff. de edē. pro quo faciunt optimè dicta per Bal. Ang. & Alex. in l. ij. j. col. ff. si quis in ius voc. non ier. idem expresse dixit Philipp. de Peru. in c. Nicolao. in vlti. col. extrà. de appel. vbi refert hoc uoluisse Bal. & Ang. in d. l. vbi exigitur. ff. de edē. refert & sequitur Marsi. in practi. cri. §. postquàm. nu. 60. sed quid in adulto? uide Bald. in l. vnica. col. xvj. C. de confe. in versi. iuxtà hoc quæro. & habetur per Bal. in l. clarum. C. de auto. præstā. & per Cepol. consi. xxx. & 31. & Marsil. in l. de minore in prī. nu. 63. ff. de quæstio. & decidit Affli. in cōsti. minorū iura. in v. no. uide Boër. decisio. lxiii. in. j. par. adde, quòd contrarium uidetur sentire Nell. in tracta. banni. in. j. quæst. primi temporis. qui tādem posteà dicit ualere bannum, & contumaciam, & confessionem inde ortam: licèt subiaceat beneficio restitutionis

8 in integrum. † Sed iuxta prædicta quæro, si citatur infans, furiosus, minor, uel quiuis alius, qui licitè & iure permittente deliquerit, an opponi possit, & audiatur, & impediatur contumacia & bānum? idem Nell. in tracta. banni. in ii. q. primi temporis decidit, quòd sic: vbi dicit se pluries uidisse ita

9 seruari. † Quartò requiritur, quòd constet aliter de qualitatibus aggrauātibus delictum ratione personæ, uel aliter, uel etiam ad qualitatem personæ, in qua delinquitur. quia ficta confessio operatur

ratur quò ad delicta principaliter, non quò ad qualitates: ita no. Pet. de Anch. in con. ccccviii. probata tanta viri sequitia. ver. quartò principaliter pōderandum. motus per l. aut facta §. sunt personæ. ff. de pœn. & firmat Marsi. in practi. cri. §. postquā. nu. 62. & habetur per Ang. con. 146. & Pet. de Anc. consi. 392. in Christi nomine probata certi iuris sciētia. & Alex. in l. absentē. ff. de pœ. sed Bal. cōtrà in l. ij. §. ꝙ si actor. ad fi. C. de iu. calum. & vide Bal. in l. iij. uer. sed quid si non. C. de fid. instru. vide ad hoc Guliel. Bened. in repeti. c. Raynutius. in verbo, mortuo ita-
10 que testatore. nu. 168. † Quintò requiritur, ꝙ citetur existens in territorio iudicis citantis: secùs, si citatur delinquens existens extrà territorium bannientis, & citatur à iudice loci delicti. nam hoc casu ipse nō comparens, nō habebitur pro confesso, virtute contumaciç modo prædicto contractæ. secundum do. Ant. in c. proposuisti. ij. col. extrà. de fo. competen. refert & sequitur d. Catal. in tract. syndica. versi. cccccliii. incip. adde, & tene menti perpetuò. & secundùm hoc consuluit Mar. in cōsi. lxxxii. incip. scientiarum omnium largitor. ix. char. ideò cautela est, vt in cuius iudicis territorio degit, ab illo citetur. secundùm Marsi. in d. practi. §. postquàm. nu. 65. dixi supra in verbo, citentur verbaliter.
11 † Sed an citari possit quis ratione delicti extra territorium cōmissi? Io. And. in c. Roma. §. contrahentes de for. competen. lib. vj. tenet, quòd sic, etiam non requirēdo iudicē & talis citatio afficit citatū. secuntur Iacob. de Are. & Cyn. in l. fin. ff. de iurisd. om. iud. & Ioan. Mona. in d. §. contrahentes. sed Affli. in constit. edictorum. j. q. circa medium dicit, quòd hęc opinio non est tuta. † Sextò, quò ad 12
hoc, vt quis habeatur pro confesso, non requiritur sola contumacia: sed vltrà requiritur, quòd iudex super tali contumacia interloquatur, ipsum haberi pro confesso stante contumacia: aliàs si procederet iudex ad sententiam cōdemnatoriam virtute dictæ cōfessionis, non facta dicta interlocutoria & declaratione, malè faceret. secundùm d. Ant. in c. cùm dilecti. de dol. contu. v. col. versi. vltimò aduerte. & in c. cùm dilecti. de electio. & videtur tenere ita Bar. in l. ij. §. quòd si actor. C. de iura. calum. & Pau. de Cast. in cōsil. xxxiij. incipien. super primo. & Angel. de Aret. in lib. malefi. in verbo, qui iudex vidēs. in 5. char. uersic. statutum dicit. & Marsil. in §. postquàm. nu. 37. quem omninò videas. & vide Bal. in l. vnica. C. de confes. col. xx. versi. sed nunquid. & Corne. in consil. cclxiiij. incipien. insurgit. in litera, e. in. iij. par. & Bar. in l. eius, qui delato rem. in prin. in fi. primæ col. uersi. aduertendum tamen. de iure fi. & Pet. de Ancha. in consi. in Christi nomine dicendum est, dictam appellationem. & Bald. in l. j. in pri. col. versic. quærit Ioan. Mo. C. de pœ. iu. qui ma. iudi. & Pau. de Castr. consil. xxxj. & vide Affli. in constitu. pœnam eorum. v. col. v. requisito & in iiij. not. uersic. sed hic quæro. † Septimò requiritur, quòd uiuat ille, qui reputatus fuit contumax: aliàs illa ficta confessio non nocebit hæredi, si an-

tequàm super dicta confessione sit pronuntiatum, decedat contumax: vt dixit Bar. in l. j. §. sed hęc consti. ff. de calum. & in l. eius, qui delatorem. ff. de iure fis. & in l. ij. §. quòd si actor. C. de iura. calum. in fin. & Bal. in l. j. iii. col. ver. sed dubitatur. C. ne ex delict. defun-
14 cto.† Octauò requiritur ad hoc, vt contumax habeatur pro confesso, & illa ficta confessio operetur effectum, quòd sit fundata inquisitio super crimine, & quòd sit punibile crimen, aliàs est impossibile, quòd fiat condemnatio. secundùm Bald. in l. ij. §. quòd si actor. circà fi. C. de iura. calum. pro quibus optimè faciunt dicta per eundem Bald. in addi. Specu. in tit. de accu. in. j. par. v. col. versi. & nota,
15 quòd ubi libellus.† Nonò requiritur, quòd vltrà contumaciam constet de delicto, & conuincantur: aliàs non valet bannum, nec condemnatio, nec confessio: ut probat tex. l. raptores. C. de episc. & cleri. post princi. in verbo, conuicti. & ita dixit Specu. & ibi Io. And. post eum. in tit. de accusa. in iiij. par. §. fi. ix. col. ver. sed pone, an fuit accusatus. & idem tenet Oldra. consi. lxj. incip. hic agitur. & plenè habetur per Marsi. in practi. crimi. §. postquàm. nu. 48. sed istud non tenet Afflict. in consti. pœnam eorum. in xii. requisito. Item requiritur, quòd illud delictum poterat cadere & concurrere in illum, qui de eo inquiritur: aliàs si in personam illius cadere non poterat, nō potest haberi pro confesso: vt per Guliel. Bene. in c. Raynutius. in verbo. mortuo itaque testatore. nu. 169. uersi. sextò
16 aduertere debet.† Decimo requiritur ad hoc, vt contumax habeatur pro confesso, & confessio illa sortiatur effectum, quòd ille sit citatus tribus citationibus: aliàs nō sufficit vna pro omnibus, propter magnum præiudicium, quod inde sequitur. secundùm Bal. in l. receptitia. antè fi. C. de constitu. pecu. quem refert & sequitur do. Catal. in lib. syndic. versi. 553. incip. adde & tene mente perpetuò. adde Afflic. in constitu. pœnam eorum. in iiij. not. versi. iterum quæro. vbi dicit nō seruari in regno.
17 †Vndecimò requiritur, quòd nō sit reprobata talis confessio ficta contrariis probationibus: secundùm Bald. in l. error. vlti. col. ver. vtrum confessio. C. de iur. & fact. igno. nisi statutum vltrà procederet, quòd non possit probari contrariū: vt est in regno in foriudicatione: vel nisi confessio ficta esset fundata super vero, licèt ibi quò ad istud, aliter dicat idem Bald. & habetur per Bart. in l. absentem. in vlti. col. ff. de pœn. in l. cum filiis. vlt. col. uer. pro hoc, quia confessio. ff. de verbo. obliga. Bald. & Paul. de Castr. in l. ij. C. qui testa. fa. po. & in l. ij. §. quòd si actor. C. de iura. calum. & in addi. Specu. in tit. de positio. iiij. col. versi. qui non uult respondere. & istud procedit antè sententiā: non post. secundùm Bald. vbi suprà. & in l. j. ij. col. in fi versi. modò dubitatur. C. ne ex delict. defuncto. & in l. iubemus nulli. §. sanè. el. j. ij. colu. versi. quædam est pœna tacitæ confessionis. C. de sacrosanct. ecclesi. & do. Pet. Philipp. Cor. consil. cclxxxiij. inchoā. in præsenti. in litera. c. in iij. par. uide Bald. in l. contra negantem. vlt. col. C. de non

non num.pecu.& Specu.in tit.de accusa.versi.sed pone. & Bal.in l. ita demum in fi.C.de procura. ui de Afflict.in constitu. pœnam eo rum.iiij.not.ver.& est sciendum. adde Corne.in consi.ciiij.j.lib.&
18 consi.xxxxv.3.lib. †Duodecimò requiritur, quòd talis confessio si cta,non sit reuocata prætextu erroris.quia probato errore, potest reuocari.secundùm Ioan.And.in addi.Specu.in tit.de deposi.§. no nò tangendum ver.verùm in addi.incipien.vidi dubitare.& But. in c.fi.de confe.& Lud. de Rom. in singu.in verbo,confessio erronea. sed contrariam opinionem tenuit Bal. in l. seruum quoq;:§. publicè interest iij.col.in fi. ff.de procura. vbi dicit ita communiter seruari. & idem voluit in addi.Spec.in tit.de app.ij.col. versi. an fictè confessus.& Ioan.And.in addi.Spec.in tit.de iura.calum.& idem dicit Fran.de Are. in consi. cxlvii.ij.col.incipien.visa consultatione. sed primam opinionem tenet Fran.Aret.in d.consil.idem voluit Io.de Imo.in l.creditor.§. iussus.de appe.& videtur casus in terminis in l.ij. C.qui testa. face. possunt.iuncta l.fi.de bonis eorũ, qui mor. sibi consci. & ita determinat Angel. in d.l.ij. in lectura Paduana.& idem tenet.Bald.in l. error.in vlt. col.C. de iur.& facti igno. & in l.ita demum.in vlti.q. C.de procur.& plenius,quàm alibi per Marsil. in l.j.§. si quis vltrò.in antepe.& pe.col.ff.de quæstio.adde Afflict.in constitu. pœnam eorum.in iiii.not. uersic. an
19 autem post sententiam. † Decimotertiò requiritur, quòd bannum & contumacia ritè & rectè processerint, & sint valida: aliàs confessio resultans ex dictis banno,& contumacia nullis, non sortitur effectum:vt declarat Bald.in l.error.vlt.colu. C.de iur. & facti igno.& habetur per Bart.in l. absentem.ff.de pœn.vide Afflict. in constitu.pœnam eorum.in v.col. in tertio requisito cum sequentibus.vide Guliel Bened.in c.Raynutius. in verbo, mortuo itaque testatore.el primo.num.160.cum
20 seq.†Decimoquartò requiritur, quòd cõtumacia sit accusata per partem:aliàs non nocet: & per cõsequens confessio ex ea descendens.secundùm Bald. in l. properandum.§.& siquidem.j.col.vers. nota etiam.C.de iudi. & in l.pen. §.j.secunda col.versi.sed quidam debent. C.ad Trebel. & Bart.in l. ij.pen. col. ff. si quis in ius uoca. non ier. sed contrariam opinionem tenet Bald. in l. si tutor. C. de interdi.ma.pręsupposito dicto statuto, quòd contumax habeatur pro confesso.& per Alex. in l. absentem.de pœn.& Bart.in l.inter.ff. de pub. iud.& adde, quod Afflict.in constit.pœnam eorum. v.col.versi.quartò requiritur.dicit:quòd de generali consuetudine Italię debet accusari contuma
21 cia.†Decimoquintò requiritur, quòd contumax non habuerit iustam causam non cõparendi.quia aliàs nõ habebitur pro confesso. secundùm Io.in l. seruum quoq;. §.publici.ff.de procu.& Bal.in c. j.vlt.col.versi.vtrum recedens de iud.Et sic si fuit quis effectus contumax, cùm fuit coactus aufugere,quòd habuit iustã causam non comparendi,nõ potest haberi pro confesso.secũdùm Guliel.Bened.

in

in repe.c.Raynuti.in verbo, mortuo itaque testatore.el j.nu.165.
22 vbi plenè.† Decimosextò requiritur, antequàm possit haberi quis pro confesso, vt in omnibus operetur effectum cōfessio ipsa:aliàs si in uno capitulo tātū operatur, nō operat̄,nisi in eo:nō in totum: vt habetur p Bald.in l.ij.§.φ si actor.in fi.C.de iur.calū.& in l.generali.§.sed iuram.j.col. ver.deinde no.C. de re.cred.allegat no. per Inno.in c.consuluit. de offic. delega.& habetur per Corne.con
23 sil.ccc.in.iij.par.† Decimoseptimò requiritur, φ dicta ficta confessio sit facta, & resultet ex contumaciis & banno, contractis in eo iudicio,vbi ipsa exequi prætēditur:& vbi est statutum, nā aliàs non operatur effectum.tex.est secūdùm vnam lecturam in l.ij.§.diuus.ff.de iure fisc.idem tenet Bar. in l.eius,qui in fi.princip.eo.titu. vide per Bal.in l.ij. vlt.col.versic. sed iuxta prædicta quæruntur. C. de eden.& Pet.Philip.Cor.in cōsi.ccxxxv.incip.videtur.in litera, a.in iij.par.& vide etiam Ioan.de
24 Imo.in c.de iis.de accusa.† Decimooctauò requiritur,quòd sit reputatus contumax per iudicem competētem, vt vigore statuti & contumaciæ prædictæ habeatur pro confesso:secùs, si à iudice incompetenti: sicùt dicimus in confessione vera,vt dixi in.j.parte.& tenet Afflict. in constitu. pœnam eorum.iiii.col.versic.secundò requiritur.& non debet plus operari fictio,quàm veritas.facit, quia dum statutum facit mentionem de contumace intelligitur de ritè contumace,secundū Bar.in l.iiii. §.cōdemnatum.ad fi.ff.de re iud.

& in l.non putauit. §. nō quæuis. ff.de contrata. & contumax condemnatus per iudicem incompetentem, etiam si capiatur per illū, potest se tueri ex nullitate processus.secundùm Bald. in auth.generaliter.1j.col.in prin.C.de epis.& cleri. & dixit Bald. in l. si quis ex consensu.iii.col.ver. deinde not. C.de epi.audien.quòd citatus per iudicem incompetentem, si non comparet & sit contumax, & ob contumaciam iudex illum ponat in banno, ex hoc non debet timere.quia acta sunt nulla facta corā iudice incompetenti: & ex illa cōtumacia non oritur aliquis pœnæ effectus.& in hoc addo uidendum Gramma. in consi.j.post regias decisiones.nec contumax videtur prorogare iurisdictionem. secundum Inno.in c.innotuit.circà medium. de eo, qui fur. or.susce.& Bald.in l.si quis ex consensu.iii.col.versic.deinde no. C. de epis.audien.& per Bal.in l.j.de iuris. om. iud. & optimè facit dictū Bald. in c.j. de iu. quòd qui non tenetur comparere,non potest haberi pro confesso virtute contu-
25 maciæ. † Decimononò requiritur,quòd ipsa confessio resultans ex contumacia, vigore statuti sit probabilis,verosimilis, & possibilis: sicùt diximus in confessione vera & spontanea in j.parte.quia confessio ficta nō operatur plus, quàm confessio vera. secundùm Bal.in consi.incip.do.Cyn.de Bononia. & Paul. de Castr.in consi. cxxxxj.& vide Hippo.de Marsi.in consi.xlix.& Bald.in l.fi. §.fi.ver. ult.no.C. de iura.calum. debet etiam concurrere, quòd verè constet delictum esse commissum: vt per

per Guliel.Bene.in repe.c.Raynu
tius.in verb.mortuo itaq; testato
26 re.el j.nu.162.† Vigesimò requi-
ritur, quod nō cōstet iudici habitum
pro cōfesso esse innocentem. quia
cōfessio nō operaretur ad ipsum
cōfitentem codemnandum. secun
dùm Alex. in l.absenté. ff. de pœn.
& Bal. in l.ij. §. pen. C. de iura.ca-
lum. & Afflic. in consti. pœnā eo-
rum. xix. col. iii. not. in fi. vide hic
Guliel. Bened. in c. Raynutius. in
uerbo, mortuo itaq; testator. el j.
27 nu. 164.† Sed nūquid præsupposi
to dicto statuto de cōtumace ha
bendo pro confesso, possit defen-
sor pro absenti comparere, & alle
gare eius innocentiam: & dicas,
quòd sic secūdùm Ant. de But. in
c. veniens. de accu. & ad longum
consuluit do. Maria. Soc. in quo-
dam suo consi. inserto in volumi
ne trac. in trac. de excusa. & ibi se
quitur Ant. de Cana. & consuluit
ibi quidam d. Thomas doctius in
quodam suo consi. ibidem inser-
28 to. † Viso de requisitis, sequitur
vt videamus de eius effectibus. &
primò operatur, quia ficta confes
sio dicitur liquidissima probatio.
in l. manifestè. secūdùm Alex. ibi
de iureiurādo. uide multa per Gu
liel. Bene. in repe. c. Raynutius. in
verbo, mortuo itaque testatore. el
29 j. nu. 169. & 170. cum seque.† Se-
cundò operatur, quia confessio fi
cta, & à lege præsumpta, æquiua-
let confessioni ueræ, factæ in iudi
cio, & præsente parte. secundùm
Bal. in l. si tutor. C. de iter. matri.
30 † Tertiò operatur ficta confessio
idem, quod uera. secundùm Bald.
in consi. dominus Cyn. de Bo. &
non operatur plus. secūdùm Pau.
31 de Cast. in con. cxxxxi. † Quartò
operatur, quia ficta confessio re-
sultans ex contumacia, habetur
pro ficta condemnatione. secun-
dùm Pet. Philipp. Cor. in consil.
lv. in litera, g. in iiij. parte. licèt in
multis differat: vt per Angel. de
Aret. in lib. male. in uerbo, qui iu-
ri. quòd non co. iu. quòd banni-
32 vi. col. † Quintò operatur, quia
habitus pro confesso potest con-
demnari, etiam post peremptam
instantiam: secundùm Io. Andr.
in c. fin. de con. & Pet. de Anca. in
c. ij. eo. tit. & Alex. in l. absentem.
33 de pœn. † Sextò operatur, quia nō
ualet sententia contra istam fictā
confessionem. secundùm Bald.
in l. error. C. de iur. & fact. igno.
& Alexan. in l. absentem. ff. de
34 pœnis. † Septimò operatur, quia
ex tali confessione resultat noto-
rium. secundùm Bald. & Alexan.
ubi suprà. vide ad hoc Guliel. Be-
ned. in c. Raynutius. in uerbo,
mortuo itaque testatore. el pri-
35 mo. nume. 122. † Octauo opera-
tur, quia contumax habitus pro
confesso, non appellat. secundùm
Pet. de Vbal. in con. in Christi no
mine, amen. & Petrus de Anc. in
c. canonum statuta. 37. char. de
constitu. contrarium videtur te-
nere Bald. in l. ita demum. ad fi.
versic. restat uidere. C. de procu-
ra. & Pau. de Castro in con. xxxi.
not. post Glos. & Doct. in l. ii.
§. quòd si actor. C. de iura. ca-
lum. facit etiam Glos. in cle. cau-
sam. de electio. & probatur in l. di
uus. secundùm lectu. Azon. & ibi
per Bar. in j. col. uersi. trāseamus.
ergo. ff. de in integ. resti. & Bar. in
l. fi. pen. col. uer. ubicunq; dixi. de
in integ. rest. Nell. in trac. bānito.
ī. iiii. par. primi tēporis arguit ad
partes

partes tandem distinguit, quòd si
statutum dictat quem ex cõtuma
cia haberi pro confesso & conui-
cto, tunc nõ potest appellari. per
l.ij.C.quo.appe.nõ recipian.si ve
rò statutum dictat tantùm haberi
pro cõfesso, tunc aut est verus cõ
tumax (secũdùm ea, quæ habẽtur
in l.properãdum. §.sin autẽ reus..
C.de iudi.& l.j.C.quo.appella. &
l. ad peremptoriũ. de iudi.) & nõ
potest appellari, non ex ui confes
sionis inductæ:sed ex natura uerę
contumaciæ.fallit hoc in duobus
casibus: primus est,si uenerit ad-
huc iudice pro tribunali sedente.
ff.de in integ.resti.l.diuus. secun-
dus,si ex forma statuti reseruatur
etiam post latam sententiam ali-
quod tempus ad purgandum mo-
ram seu cõtumaciam: ut l.ij.C. si
pen.appe. mor.inter.si autem non
est verus contumax, vt regulari-
ter est non citatus personaliter,
tunc aut iudex & vltrà contuma-
ciam examinauit testes, & tãquã
confessus & conuictus non appel
lat.l.ij.C.quo.appe.aut ex sola cõ
tumacia condemnauit, & poterit
appellare: non ea ratione, quòd
sit multa, quia nõ est simpliciter,
verùm & cui incumbat onus pro-
bãdi in causa appellationis,iudici
ne inquirenti,an accusatori,an ip
si habito pro confesso:vide ibi p
Nel.in ij.q.hodie autem in regno
in materia foriudicationis nõ ap-
pellatur, sed tantùm de nullitate
dicitur: ut habetur in consti.pœ-
nam eorum. & ibi per Docto.mo
36 der.† Viso de effectibus & requi-
sitis, restat uidere de aliquibus q̃-
stionibus variis in materia:& pri-
mò quæro, an habitus pro cõfes-
so, sit infamis: Bald. in d.l. si tu-
tor. C. de inter. ma. dicit, quòd
non est infamis.& Bal. in l. etiam
C. de furt. & in l.cùm mulier.20.
col.uersi.ad secũdum dubium.so-
lu.ma.uide Bar.& Alex.plenius in
l.ictus fustium.de infa.& do.Phi-
lip.Corn.in cõsi. lv. in litera,f. in 40
4. par. & in consil.42.in j.lib.nu.
6. & vide Bald. in addi. Specu. in
tit.de senten.versi.an cõdemnati.
& Ang.de Aret.in li.male.in ver-
bo, qui iudex uidens. uide Nellũ
in tra.bãni.in 3.par.primi tempo.
in 49. q. vide Bald.in l.quoniam.
37 ff. de iis, qui not. infam. † Secũ-
dò quæro, an ficta confessio no-
ceat non solum principali, sed e- 41
tiam fideiussori de viuendo paci-
ficè, & de non offendẽdo: dicas,
quòd non. secũdùm Pet. Philipp.
Cor.in consil.22. incip.quanquã:
38 in litera, d.in iij. par. † Tertiò
quæro, an ficta confessio probet
verè delictum.Ang.de Are.in lib.
male.in verbo, qui iudex uidens. 42
dicit, quòd non:& ideò infert, q
si unus notarius est dãnatus de fal-
so ex confessione vera, vel, quia
conuictus,nunquàm potest instru
menta conficere: quod secùs est 43
in fictè confesso: vt ibi per eum.
vide Nell. in tracta. banni. in iij.
par. primi temporis. in 51.quæst.
39 † Quartò quæro: pone, quòd p 44
statutum vel per leges cauetur, ut
de aliquo delicto non inquiratur,
& aliquis inquisitus, & citatus nõ
comparet, & effectus est contu-
max,an habeatur pro confesso,vt
sic posset posteà condemnari. di-
cas, quòd quandoque ex pro- 45
cessu constat illud non esse male-
ficium, & tunc non potest proce-
di ad condemnationem:quando-
que cõstat inquisitũ se posse tueri
aduersus

aduersus illud delictum, ut non teneatur: est tamen delictum, & tūc potest condemnari: vt plenius ꝑ sequitur Nell. in tracta. banni. in 3. par. primi temporis. in 6. q.
40 † Quintò quæro, an ficta cōfessio operetur etiam, ut uideatur extēdi ad interesse partis, & pœnam ciuilem ei applicandam: dicas, ꝙ non, secundum Pet. de Anca. in cōsi. 409. & refert & sequitur Bernar. de Lādri. in addi. ad Ange. de Are. in lib. male. in uerbo. qui iudex videns. in addi. incip. valet. ui de Cor. in consi. 300. in 3. lib.
41 † Sextò quæro, an statutum loquēs de uero malefactore, habeat locum in condemnato de maleficio, & habito pro confesso propter cōtumaciam ex forma statuti. Bal. in consi. 149. in 2. par. cōsuluit, quòd sic: sed contrariū cōsuluit Corn. in consi. 42. in j. lib.
42 nu. 4. & 5. † Septimò quæro, an ficta confessio noceat fictè confitēti in alia causa: dicas, quòd non: vt consuluit Cor. in consi. 300. in 3. par. nu. 3. circa. & in consi. 97.
43 nu. 6. 4. lib. † Octauò quæro, an ficta confessio noceat alteri, quàm confitenti: dicas, quòd nō. l. eius, qui delatorem. & ibi per Bar. ff. de
44 iur. fil. & Cor. in d. cōsi. 97. † Nonò quæro, an bona dānatorum ad mortem, ratione fictę cōtumacię, & ex forma statuti publicētur. dicas, quòd non. secūdum Bal. in l. data opera. C. qui accu. nō po. & consuluit Corne. in cōs. 42. in pri.
45 lib. nu. 5. † Viso porrò de confessione ficta, quæ inducitur per statutum ex cōtumacia, sequitur, vt videamus de cōfessione ficta, quæ resultat contrà carceratum aufugientem ex carceribus fracto carcere. & facta conspiratione, & primò requiritur, vt talis carceratus aufugiēs habeatur pro cōfesso, quòd sit carceratus pro speciali inquisitione. secundùm Bald. in cōsi. 32. in 3. lib. incip. primus quęstionis articulus. & refert & sequitur Par. de Pu. in lib. syndi. in verbo, carceratus. versi. qualiter autē.
46 † Secundò requiritur secundùm Par. de Put. in tract. præ. vbi suprà. quòd fugerit fracto carcere, & facta conspiratione. & idem voluit
47 Boër. in decisi. 215. in j. par. † Tertiò requiritur, quòd non exiuerit ostio carceris aperto. quia tūc non habebitur pro confesso. secundùm Ang. in l. verùm post medium. ff. de fur. & ibi Boër. nu. 14. nisi ruptis & fractis compedibus exiuerit per ostium apertum. quia tunc perinde habetur, ac si effracto muro fugisset. Boër. vbi su-
48 prà. † Verum si quis fuerit traditus & positus non in carceribus, sed in domo alicuius seruiētis curię in aliqua camera cum ianuis clausis sub claui, & ille scissa ianua aufugiat, habebitur etiā pro confesso. secūdùm Iaco. Butri. in l. succurritur. ff. ex qui. cau. maio. quem ibi refert & sequitur Alber. dicens ita uidisse de facto determinari. & idem Felin. in c. nullus. in 4. fallen. versi. item hanc fallentiam. de præsumptio. & Guido Pa. in quæstio 253. & plenissimè
49 Boër. vbi suprà. nu. 15. † Quartò requiritur, quòd ad hoc, vt fugientes à carcere habeantur pro cō fessis, vltrà prædicta requiratur aliud: videlicet, quòd verè fugerint, & fregerint carceres, & ad effectum perduxerint conspirationem: secùs, si attētauerint aufugere fa-

re facta conspirtaione : non tamē fugerint, & ad effectum perduxerint : puta, quia detecta fuit, vel aliter. nã licèt puniantur pro motu iudicis : non tamē habētur pro confessis. & iste est casus d. l. in eos, quãdo non perfecerunt fugã: non tamē dicta l. in eos. determinat & probat istud quartũ requisitum: sed benè text. in l. j. de effracto. secũdum Alber. in d. l. in eos. & ita tenuit Rayne. de Forli. ibi. & Ang. ibidē in versi. & nota hãc legem. n. & ita intellexit dictã l. Rapha. Cuma. in consi. 105. incip. casus talis est. & Feli. in c. nullus. de psum. col. j. ver. fallit in eo. & ita intellexit Boër. in sæpè allegata decisio. debet tamē iudex, qui habet pro confesso dictum fugiētē, habere considerationē, an culpa vel negligētia custodis aufugerit.

50 Quintò requiritur, quòd ille carceratus fugiens modo prædicto, fuerit carceratus ex causa iusta & legitima : aliàs si aufugerit, nõ habebitur pro confesso : vt voluit Bart. in l. vis eius. quē ibi Sali. sequitur. C. de proba. & Alex. in l. sed eximendi. §. si quis. circà fin. & ibi Iaco. de sanct. Geor. nu. 3. ff. ne quis eũ, qui ĩ ius uo. & Alex. cõsi. 241. nu. vij. lib. vj. & Iacob. de sancto Georgio in l. j. de ser. fugiti. & Par. de Put. in lib. syndi. in verbo, carcer. versic. qualiter
51 autem. in fi. † Sextò requiritur, quòd fuerit carceratus ab habente iurisdictionem altam : aliàs nõ posset incarcerari : & per consequens ipse aufugiens non habebitur pro confesso. secundũ Pau. de Cast. in l. cum proponas. C. de bo. autho. iu. poss. & habetur plenè p
52 Boër. ubi suprà. nu. 34. † Septimò requiritur, quòd sit seruatus ordo iuris in carcerãdo aliquem : aliàs si non seruetur ordo iuris, etsi fugerit fracto carcere & facta conspiratione, non habetur pro confesso. secundùm Io. Andr. & Gemi. in c. dilecto. de senten. excõ. in 6. & Ang. in l. j. ff. ne quis eum, qui in ius uo. & Ang. de Are. in §. quadrupli. insti. de acti. de quo p Marsi. in §. attingam. nu. 43. in praxi crimina. & Bal. in cõsi. 40. in ista captura. uol. j. & Boër. vbi
53 suprà. nu. 34. † Octauò requiritur, quòd ille, qui tenebat carceratum illum aufugientem, fuerit iudex competens illius carcerati : aliàs illa fuga non faciet confessionem talem, ex qua posset condemnari : nec plus debet operari confessio ista ficta, quàm vera & spōte facta. ergo etiã in ista cõfessione facta debet seruari id, quod dixi ĩ pri. parte in j. requisito. in dicium tamē credo quòd faciet,
54 vt uera facit, vt ibi dixi. † Nonò requiritur, quòd dicta confessio sit facta in eo iudicio, ubi posteà prætēditur uirtute illius procedi : secùs, si in alio iudicio: puta, quòd carceratus fugerit ab eo iudice, qui uirtute illius fugæ, & fictę cõfessionis vult pcedere: secùs, si in alio iudicio. p ea, quæ dixi suprà in cõfessione ficta vigore contumaciæ ex statuto, in decimoseptimo requisito. nu. 23. cogita tamē
55 in dicto nono requisito. † Decimò requiritur, quod non fugerit iusta de causa : puta timore ignis vel aquæ imminentis : vt latè per Boër. in dicta decisione: de cuius veritate me remitto ad eum.
56 † Vndecimò requiritur, quòd ille aufugiēs, vt habeatur p cõfesso,

so, sciuerit suam causam capturæ & carcerationis, vel verosimiliter scire potuerit: puta, quia fuit exposita querela, vel examinatus super delicto: vel aliter ex processu potuerit apparere, quòd habuerit notitiam: aliàs non poterit haberi pro confesso: cùm id, quod ignorat, verè confiteri nõ potest: imò nec fictè: & confessio debet cadere super certo. l. j. C. vt omnes iudi. tam ciuiles, quàm criminales. & in authenti. vt iu. sine quo suffra. §. necessitas. & firmat Bal. in dicto consi. 32. in 3. lib. quod est satis notandũ. & aliàs fuit magna controuersia in ciuitate Salerni, quo tempore ibi pro iudice assidebam: & non reperio ab alio tam clarè tactum. cogitate.

57 † Duodecimò requiritur, quòd iudex non dederit causam fugæ aliqua de causa. quia tunc puto eum non haberi pro confesso. per ea, quæ consuluit Pet. de Anca. in consi. 409. probata tanta sæuitia. & habetur per Grammati. in consil. j. post decisio. sacr. re.

58 consi. † Decimotertiò requiritur, quòd carcer, vndè fugit, sit publicus: secùs, si priuatus. secundum Ludoui. Ponta. in l. admonendi. ff. de iur. iura. & Alex. in l. capite quinto. in fin. ff. de adulte. quia eo casu non habebitur pro confesso, nisi, ut suprà di-

59 xi in nume. 42. † Decimoquartò requiritur, quòd non culpa vel negligentia custodis aufugerit. per text. in l. j. ff. de effracto. & dixi

60 suprà in num. 43. in fin. † Decimoquintò requiritur, quòd ad hoc, vt habeatur pro confesso, & dicta ficta confessio debitum sortiatur effectum, præcesserit inquisitio ualida, & in casu permisso: aliàs non sortireur effectum. per ea, quæ dixi in secundo requisito confessionis inductæ per statutũ

61 suprà nu. 81. † Decimosextò requiritur, vt talis ficta confessio sortiatur effectum, quòd talis aufugiens non sit mulier, minor, vel persona rustica. quia non possent haberi pro cõfessis, nisi sint in dolo expresso, non in præsumpto. per ea, quæ dicta sunt suprà num. 9. in tertio requisito. sed potest dici contrarium, quia in casu proposito talia committendo sunt in do-

62 lo expresso. † Decimoseptimò puto dicendum, quòd debeat cõstare aliter de qualitatibus delicti aggrauantibus eum. quia nõ credo eum haberi pro confesso qualitatibus non manifestis, per ea, quæ dixi suprà in quarto requisito confessionis per contumaciam

63 vigore statuti, num. 10. † Decimooctauò requiritur, quòd iudex interloquatur ipsum haberi pro confesso. per ea, quæ dixi in sexto requisito confessionis vigore contumaciæ. & tenet Boër. in decisione sæpiùs allegata, num. 22.

64 † Decimononò requiritur, quòd fiat perquisitio per locũ carceris, & vocetur per tubicines. non inuento autem fiat citatio contra eum ad dicendum causam, quare non debeat pro confesso haberi & reputari: vt tenet Boër. in dicta decisione nu. 22. & hæc est generalis practica & obseruãtia totius Italiæ, & omnium curiarum.

65 † Vigesimò requirit, quòd ipsa confessio resultans ex fuga carcerati, sit probabilis, verosimilis, & possibilis, ut sortiatur effectum condemnationis. per ea, quæ dixi

suprà

suprà ĩ decimonono requisito cõfessionis inductæ per statutũ sub
66 nu. 25 † Vigesimoseptimò requiritur, quòd non constet iudici de innocẽtia habiti ꝓ cõfesso, quia si constaret uirtute dictæ cõfessionis, non posset procedere ad condemnationem. per dicta suprà in vigesimo requisito cõfessionis habitæ ex forma statuti sub nu. 26.
67 † Vigesimosecundò requiritur, quòd cõstet de delicto in genere commisso. per text. in l. si is. ff. de cõfes. & in ꝓpriis terminis uoluit Albe. in d. l. in eos. vers. aut est in-
68 nocẽs. † Viso de requisitis, uideamus de effectibus: & pri. operatur ea, quæ operatur uera cõfessio facta ore proprio: ut est Glos. in c. nullus. de præsumptio. & ibi Bal.
69 & Alber. in d. l. in eos. in fi. † Secũdò operatur, quia fictè confessus, non appellat: vt probat Alber. de Rosa. in d. l. in eos. in fine. æquiparando talem fictam confessionem confessioni veræ, in qua nõ appellatur: ergo vbi in confessione uera appellatur, uidetur debere admitti appellatio: sed pro resolutione vidẽda sunt ea, quæ dixi suprà in hac vltima parte. in nu. 34.
70 † Viso de cõfessione ficta, quæ inducitur propter fracturã carcerũ, vidẽdũ restat de cõfessione ficta, quę resultat ex morte illius, qui se interemit metu supplicii: ut habetur in toto titulo de bo. eo. qui mo. sibi consci. & videndum est primò de requisitis: Et primò requiritur ad hoc, vt ille, qui seipsũ occidit, habeatur pro confesso, ꝙ sit accusatus de crimine, vel sit deprehensus, quia eo casu præsumitur se occidisse metu supplicii, & habebitur pro confesso: aliàs si nec accusatus nec deprehensus se occiderit, non habebitur pro confesso: vt l. iij. ff. de bõ. eo. qui mor. si. cõsci. & istud primũ requisitum videtur approbare Bal. & Glo. in l. ij. C. qui testa. facere po. sed ibi Alex. tenet cõtrarium. & id cõtrarium communiter tenetur, quãdo 72
fiscus probat, quòd nõ aliquo dolore, sed ob consciẽtiam criminis se interemit: & tenendo contrarium respõdet ad l. fi. ff. de bo. eo. quia loquitur secundùm eum in casu dubio, quando dubium est, an se interemerit cõsciẽtia criminis, an aliquo dolore: quia tunc fit illa distinctio, an fuerit accusatus, & præsumitur ob cõsciẽtiam 73
criminis: an nõ fuerit accusatus, & tunc secùs. sed opinionẽ Bald. aliàs defendebat do. Io. de Vica. de Salerno. & adducebat tex. in l. j. C. de bo. eo. ponderando illum text. ibi. eorum demũ. dicto enim demum, est restrictiua: vt in l. ita demum. C. de procura. & l. ea demũ. C. de colla. & deinde subdit: 74
delati admissique criminis: & sic pondera illam dictionem copulamque, quia recipit concursum vtriusq; copulati. l. si hæredi plures. ff. de condi. insti. vt sit sensus: eorũ dũtaxat bona uẽdicãtur, qui consciẽtia metuque criminis delati & admisi, sibi manus intulerint: & sic requiritur, quòd sit delatus & crimẽ admissum. cogitandũ est. multa de hoc uide copiosissimè per Guliel. Benedi. in c. Raynutius. in verbo, mortuo itaq; testatore. el j. nu. 41. cum pluribus 75
71 seq. † Secundò requiritur, quòd non possit ꝑsumi alia iusta causa, qua mediante potuisse ille se occidens moueri ad se intermedium, quàm

quàm metus supplicii. sic ubi pater occidit filium, se quoque occidit, uidetur potius hoc fecisse propter dolorẽ mortis filii, quàm metu supplicii: ut probat text. in d.l.iii.§.siquis autem tædio.ff. de
72 bo.eo.qui mor. † Tertiò requiritur, quòd fuerit accusatus uel deprehensus pro eo delicto, pro quo ueniebat imponenda pœna mortis uel deportationis: non aliàs: ut probat etiam tex.d.l.iij.§.ut autẽ diuus Pius.cum seq.& an requiratur, quòd si tale delictum, quod numeretur inter crimina publica. vide plenissimè Alex.in l.ij.C.qui
73 te. fa. po. † Istis concurrentibus operatur primò dicta confessio confiscationem bonorum: ut habetur in d.l.iij.intellige vbi esset tale delictum, pro quo si ueniret condemnandus, eius bona publicarentur: aliàs secus: ut dicit Bar. in l.iij.§.de illo.in fi.per auth.damnatorum. C. de bo. damna.
74 † Secundò operatur, quia si talis accusatus uel deprehensus se occidere voluerit, & non perfecerit, quia detentus fuit ab hominibus, nihilominus debet puniri, non obstante, q non perfecerit: ut in d.l.iij.probatur.§.sic autẽ.
75 † Tertiò operatur, quia efficitur intestabilis: vt est tex.ĩ l.ij. C. qui testa.face.poss.iuxtà l.eius, qui.ff. de test.benè facit l.fi.post prin.in uerbo, velut confesso. ff.de bo.eo
76 rum, qui sibi.mor.consci.† Quartò operatur, quia licèt aliàs ficta confessio alicuius non noceat hæredi suo.l.eius, qui delatorem. in prin.& ibi not.Bart.ff.de iur. fisc. qui text.ad hoc sing.est, secũdùm Bal.in l.ij.in ulti.colu.C.de eden. & secundùm Imol. in l. qui à latronibus.§.j.ff. de testa. tamen hoc fallit, vbi talis confessio resultaret ex eo, quòd quis se oc-
77 cidat, ut suprà. † Sed quæro, an in casu isto requiratur sententia, ut habeat locum confiscatio bonorum: uide Bart. in l.fi. ff. de bo.eo.qui mor. sibi consci. & per Cy.in l.ij.C.qui test.facere pos.& Salic.in l.j. C.de bo.eo. qui mor.
78 sibi consci. † Secundò quæro, qualiter probent hæredes occisi, quòd accusatus se non occidit ob conscientiam criminis. uideatis plenè per Cy.in d.l.ij. & ibi Bart. in d.l.fi.& per Salice. in d. l. j.
79 † Habetur etiam pro confesso ille, qui delatorem suum corrupit: & hoc procedit in causis fiscalib. per tex.l.eius, qui delatorem.ff.de iur.fis.& etiam in causis criminalibus, ubi non uenit imponenda pœna sanguinis; & sic, ubi à iure non est permissa transactio.per tex.in l.in omnibus. ff. de præuaricator. & ut talis ficta confessio
80 operetur effectum. † Primò requiritur, quòd per pecuniam sit facta corruptio: non si per pactum gratuitum: quia paciscendo non intelligitur reus fateri delictum. l.in fisci.ff.de iure fis.l.furti.§. pactus.ff.de infa.nisi in casibus specialibus: ut no. in l. quoniam. ff.
81 de infami.† Secundò requiritur, quòd non fiat iussu iudicis, quia non haberet pro confesso.l.furti.
82 §.iussu.ff.de infa. † Tertiò requiritur, quòd transactio ipsa fiat per ipsum accusatum cũ corruptione: non, si fiat per notarium stipulantem nomine omnium, quorũ interest, quia nõ habetur pro confesso accusatus.secundùm Alberi.in
83 l.transigere.C.de transa.† Quar-

tò requiritur, ꝙ non sit facta cum protestatione: quòd eam facit ut culpabilis, sed pro euitandis sumptibus & expensis litis. secundùm do. Alex. in d. l. transigere. quem sequitur Veronensis in caut. 240.

84 † Quintò requiritur, quòd aliter non constet de innocentia corrũpentis, quia si constat de innocentia, illa ficta confessio ipsi nõ præiudicabit: ut est Glos. notabilis in d. l. in omnibus, intelligas istud quintum requisitum, quando constaret de calumnia accusatoris uera & manifesta: aliàs si accusatus uellet probare, quòd non commiserit delictum, de quo accusatur, hoc non sufficeret, ut ualeret trãsactio: ut declarat Alber. in l. transigere. in princi. j. colu. & sequitur Claud. de Seise: ibi. an autem operetur confessio, ut non admittatur ad probandum de innocẽtia. cogitate & uidete suprà nu. 26.

85 † Sextò requiritur, quòd sit facta corruptio & transactio in casu nõ permisso à iure. censetur autem permissa quò ad tres effectus: primus est, quia non imponitur pœna, quæ aliàs imponitur corrũpenti accusatorem. iuxta tex. l. imperatores. ff. de iure fi. Secundus, quia non habetur pro cõfesso. tertius, quia iste aliàs amplius accusare ex nouo processu posset. l. iii. §. si is. ff. de sepul. uio. iuncta l. qui destitit. ff. ad Turpi. declarat Bart. in l. si maritus. §. si negauerit. ff. de adulte. & Iason in d. l. trãsigere. nu. ij.

86 † Septimò requiritur, ꝙ transactio & corruptio fiant in delicto adhuc committendo: secus, si fiãt in delicto omittendo, quia licitè potest fieri, quando non est casus, in quo ueniat pœna sanguinis: & non habebitur pro confesso transigens: ut est Glo. nota. in l. ii. ff. ad Sylle. quam sequitur Cyn. & Ias. in l. transigere. suprà allegata. & Bal. ibi. in pe. col. alia uerò requisita poteritis ꝑ uos colligere ex suprà dictis in materia fictæ confes-

87 sionis. † Istis uerò requisitis concurrẽtibus. primò operatur, ut ex ea possit quis condemnari: ut declarant Doct. in locis sup. allega-

88 tis. † Secundò operatur, nam dicta ficta confessio infamat. l. quoniam. ff. de infami. & habetur per Doct. in locis suprà allegatis.

89 † Tertiò operatur, quia condemnatus non posset appellare, quia habetur pro confesso & cõuicto: ut probatur ex dictis duabus ll. in omnibus. & eius, qui delatorẽ. per ea, quæ dicit Nel. in tra. banni. in

90 iiij. par. pri. temporis. † Habetur etiam pro confesso testis examinatus & deponens falsum, si postea citatus non comparuit & effectus fuerit contumax: ut dictat regia pragm. incip. testem falsum. sed ad hoc, ut procedat, plura re-

91 quiruntur. † Primò quidem requiritur, quòd præcedat accusatio uel inquisito contrà testem de falsitate, & si præcesserit accusatio, potest testis ipse ex confessione sua resultante ex contumacia, condemnari uera pœna falsi & ordinaria: secùs, si proceditur per inquisitionẽ, quia puniretur pœna extraordinaria. secundùm formã l. nullum. C. de testibus. & per Gl. ibi. & in l. quem falsa. ff. eo. titu. & tenet Ange. in auth. de testi. §. & licet. iij. col. colla. 7. & habetur ꝑ Io. Pa. in summa. in materia iuramenti. uersi. de falsitate. & per Bal. in l. neganda. C. qui accu. non po.

& sequitur

& sequitur Ioan.de Firmio.in suo aureo repertor. in uerbo, falsi pœna. ubi refert se ita obtinuisse in ciuitate sua in primo anno sui doctoratus: & dicit esse notandum ad statuta punientia testes de fal-
92 so. † Secundò requiritur, quòd testis fuerit examinatus in iudicio, & fuerit iuratus. secundùm Bal.& Ange.in l.j.C.de sepul.uiola.licèt aliter uoluerit Bart.in l.si quis legatum.ff.de fal.contrà quẽ etiam tenet Salic.in d.l.j. & Lanfran.in c.quoniam contrà.uers.testes.uersi.solet dubitari. extrà. de pro.& Ang.Are.in lib.male. i uer bo,falsario.& Bal.in l.iurisiurandi.in fi.C. de testi. licèt aliter sit, quãdo alia de causa dictum testis nõ ualeat, ut ibi per dictos Docto-
93 res. † Tertiò requiritur,quòd ex actis & processu constet & appareat de falsitate,uel ex facie ipsius depositionis,vel aliter: aliàs non procederet id quod dicitur in d. pragma.per ea,quæ dicit Bart. in l.Fulcinius.§.qui hoc.ex qui.cau. in po.ea.& in l.diuus.de re iudic.
94 † Quartò requiritur, quòd testes sint examinati coràm iudice,non coram actuario causæ: aliàs non punietur de falso, secundùm Bar. in l.si quis legatum. ff. de fal. quẽ sequitur Angel.in l.j. C.de sepul.
95 uiol. † Quintò requiritur, quòd testes deposuerint per uerbum affirmatiuum, & non per uerbum, credo: quia non punientur. arg. l.nam & si sub conditione.§.rumpendo.de inoffic.testa.& plenè habetur per Tinda. in tracta. de re-
96 pro. test.in c.quinto.in fi.† Sextò requiritur, quòd sciẽter appareat eos dixisse contrà ueritatem,quia falsum nihil aliud est, quàm mutatio ueritatis scienter facta, secundùm Azon. in sum. ti. de fal. allegat text. in authen. de instru. cau. in principio. & habetur per Hostien.in summa.extrà.de crim. fal.& plenè habetur per Mar.in ru
97 bri.de fal. in principio.† Et ideò si testis ductus iusta credulitate, deponat aliquid affirmãdo id esse uerum, credens esse uerum, licèt ueritas sit in contrarium, non tamen erit falsarius, nec punietur de falso: ut habetur per Marsil.in
98 dicto loco. † Sed contrarium uidetur posse dici, quia affirmans pro certo id de quo non erat certus, præsumitur dolo affirmasse,si posteà reperiatur contrariũ: quia non debet esse facilis ad temerariam assertionem. sed hoc est uerum, dummodò tale mendacium sit ei proficuum & utile: aliàs secùs. secundùm Feli.in c.si autem. extrà. de rescript. j. & ij. colu. & probatur in l. eleganter. §. idem Pomponius. & ibi Bart. ff.de dolo.& quis potest mentiri sine dolo. secundùm Alexan.in l.quid sit falsum. ff.de fal. & Moder. in l. quis sit fugitiuus.§.idem Celsus. ff. de ædil. edict. & habetur plenè per Marsil. in consi. lxxvij. ij.lib.
99 † Septimò requiritur, quòd dolosè testes dixerint falsum: ut probat text. in dicta pragma. & plenè per Marsil. in dicta rubrica.
100 ff.de fal. †Et ex hoc infert Angel.in authen. de testi. §. licèt. ij. colum. quem refert Marsil. ubi suprà. quòd si quis errore ductus deponit contrarium eius, quod primò deposuit, tunc nullate-
101 nus debet puniri. † Octauò requiritur, quòd non sit homo rusticus, simplex, grossus, parum

oculatus, & ingeniosus, quia non punietur de falso. secundùm Marsil. in d. consi. lxxvij. secundo lib.
102 † Nonò requiritur, quod falsitas cõmissa per testes, alteri noceat, uel possit nocere. secundùm Gl. & Doctor in l. diuus Adrianus. ff. de fal. & Gloss. in c. quanto. in Gloss. pe. extrà, de iur. iura. & Bart. & Imo. in l. is, qui in omnibus. ff. de fal. & Ang. de Are. in lib. malefi. in verbo, falsario. ij. col. & Alex. cõs. lxx. nu. j. in j. lib. & Sali. & Doct. i l. damus. C. de fal. & Marsi. in consil. iij. secundo lib. nu. 17. cum sequen. & in consil. cxx. nume. 24. ij. lib. & firmat Marsil. consil. lxx. nume. 13. cum sequen. & Soci. consil. cxiiij. j. lib. & consil. cxij. colum. ix. pri. lib. distinguit: aut falsitas est commissa in aliquo actu habente suam essentiã & formam in genere suo: & nisi fuisset detecta falsitas, nocuisset vel ad plenam probationem, vel ad aliquam præsumptionem: & tunc talis falsitas uenit punienda: & ita intelligit tex. in l. damus. C. de fal. aut committitur falsitas in aliquo actu: puta, scriptura, uel attestatione, & deficiunt in forma, circà substantialia: & tunc dicit, quòd magis communis opinio est in l. siquis legatum. ff. de fal. quòd talis falsitas non punitur: aut dictum testis est falsum, tamen id quod deponit testis, siue esset uerum siue falsum, non poterat aliquod præiudicium generare: & talis falsitas non nocet. adde Grãma. in decisio. ij. nu. 28. & decisio. 27. nume. 5. & si dictum testis est nullum, licèt Docto. dicant testẽ nõ puniri de falso, intelligitur id de pœna ordinaria: nõ aũt de pœna extraordinaria: ut plenè per Marsil. in l. j. §. præterea. ff. de sicar. nu. 29.
103 † Decimò requiritur, quod testes deposuerint falsum in articulis causæ productis ab vna partiũ eos producẽte, & de eo quod continetur in ipsis articulis, vt puniãtur pœna ordinaria: secùs si deposuerint extrà articulos. quia tunc extraordinariè punientur: ut latè habetur per Grammat. in decisio. xxvij. nume. 3. cum sequen.
104 † Vndecimò requiritur, quòd testes deponant super eo falsum, in quo consistit substantia negotij, propter quod principaliter examinantur: secùs si super aliis. quia eo casu si mentiantur, nõ ex hoc dicuntur falsum deposuisse, nec de falso poterunt puniri, sed extrà ordinem arbitrio iudicis puniendur: ut uoluit Iaco. Butri. in l. Lucius. ff. de infami. & idem ibi tenet Ange. in ij. colu. & sequitur Ang. in consi. cxciiij. incip. uisis processibus. ij. colu. & plenissimè per Gramm. in decisi. xliij. incip. Lucianus de Santis. vide Marsil. in l. j. §. præterea. num. 31. ff. de sicar.
105 † Duodecimò requiritur, quod nõ sit falsitas, quæ resultat ex dictis testium vtriusque partis deponẽtium contraria inter se. quia hæc non dicetur falsitas, sed potius repugnantia: & nemo ipsorum de falso punietur: ut sequitur latissimè Gramma. in decisi. lx. per totũ.
106 † Decimotertiò requiritur, quod citẽtur cum insertione earum depositionum, quæ prætenduntur falsæ: ut dictat tex. in d. pragma.
107 † Decimoquartò requiritur, quòd in ultimo peremptorio citationis non appareat aliquem comparuisse ad eos

testes

testes excusandum: ut habetur in
108 d.pragma.testem falsum. † Decimoquintò requiritur, quòd testis habitus pro confesso, uirtute contumaciæ fateatur id, quod deposuit in iudicio: & non negetur id dixisse: aliàs si diceret aliter dixisse, quàm sit scriptum, non punietur de falso uirtute dictæ confessionis. secundum Bart. in l. si quis legatum. pen. q. ff.de fal. & Spec.in tit.de test.§.j. uersi. quid si testis. Feli.in c.ad audientiam. de præscri.Abb.in c.cùm causam. de test.& i c. cùm autem.eo.tit.& idem tenet Spec.in tit. de test. §. j.uers. pone, ecce iudex. & in tit. de instru. edi. §. restat.uersic. sed quid si unus.& Grammat. consil. xxx.nu.11.& consil.xlvij.in prin. & Thom. Ferra.in caute. xxvj.
109 †Decimosextò requiritur,quòd dicta confessio non sit reprobata contrariis probationibus. per ea, quę dixi suprà in undecimo requi
110 sito. †Decimoseptimò requiritur,quòd contumacia ritè & rectè processerit per ea quæ dixi suprà in materia fictæ confessionis per statutũ in decimotertio requisi
111 to. † Viso postremò de requisitis, sequitur uidere de effectibus: & primò operatur condemnationem ipsius ad pœnam falsi: ut di
112 ctat tex.in d.pragma. † Secundò operatur: quia dictum ipsius habetur pro non dicto: vt not. in l. j. & ibi Cyn. C. qui accusa. non poss. & per Salic.in l.damus. C. de falsi. esset modò uidendum de multis aliis effectib⁹, & aliquibus uariis in materia: sed quia lata est materia & clara,me remitto ad Doctores in locis suis ordinariis. esset etiam uidendũ de pluribus aliis casibus, in quibus per leges cõmunes ex contumacia & aliis modis resultat ficta cõfessio: sed quia reperio me impeditum aliis negotiis, relinquenda hoc tempore censeo.

QVARTA PARS principalis.

¶ Pœnis debitis ferian- tur. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Condemnari debent inquisiti, si confessi uel conuicti uidebuntur. & nu. 102.*
2 *Pœna an & quando possit minui.*
3 *Pœna ordinaria non potest imponi, vbi non est seruatus ordo in procedendo.*
4 *Condemnando ad mortem debet dari facultas, ut possit confiteri de peccatis suis.*
5 *Sententia condemnatoria ad mortem naturalem, an statim possit exequi.*
6 *Appellatio in criminalibus, an, & quando executionem retardet.*
7 *Sententia condemnatoria ad mortem, ex quibus differatur.*
8 *Pœna capitalis, quæ intelligatur.*
9 *Congregans armatos, an puniatur de portatione armorũ, & de congregatione.*
10 *Statutum puniens vulnerantem,*

IVDEX.

1 FORMATO tandem processu, audito q; reo inquisito in iure & in facto, vt suprà dictum est, receptisq; defensionibus ipsius, ac omnibus seruatis, vt particulariter demonstraui: viso insuper per iudices processu, eoq; benè & fideliter percunctato in omnibus partibus tam fisci intentionem concernentibus, quàm reorum inquisitorum (tenetur enim & punitur iudex, si omisit punire criminosos: vel si puniuit, quando non debuit, vel si plus puniuit: ut l.iij.in fi.C.ne san.bap.reite.) debet iudex sua sententia condemnare reos inquisitos ad pœnas à iure statutas, si confessi uel conui-
2 cti videbuntur. † Et licèt ex causa iudicibus permissum reperiatur, vt possint minorare pœnam à legibus statutam: id tamen procedere sciendum est in casibus, in quibus ex officio proceditur: secùs autem, quādo ad querelam proceditur. secundum Hostien. in c.iii archiepiscopatu, de raptor. quem refert & sequitur Bald. in margari. in uerbo, pœna. in ij.col. versi. pœna legalis. & sequitur Marsil. in sua praxi crimi. in §. constante. nume.84. quod intelligendum puto, quando causa, ex qua iudex vult minorare pœnam, non est approbata à iure, vt ex ea possit & debeat minorari pœna: aliàs coge-

tur

tur etiam, quando proceditur ad querelam, minorare. videte Marsil. in l. j. §. diuus Adrianus. ff. de sicar. in princi. vbi plura. & quando recedit à pœna ordinaria, an debeat inferi causa in sententia. quare ab ea recedatur, vide Ang. de male. in verbo, quas si non soluerit.
3 †Et est aduertendum per iudices, vt sit seruatus ordo in procedendo cōtrà delinquentes. quia si contrarium faciētes grauarint reos inquisitos, non poterunt pœna ordinaria ipsos cōdēnare, sed pœna extraordinaria & mitiori. secūdū Bal. in marga. in verbo, pœna. in vlt. col. in verbo, pœna ordinaria. & sequitur simpliciter Mar. in d. §. cōstāte. nu. 100. ꝙ est intelligēdum regulariter: secus in certis casibus, in quib. ordo est ordinem non seruare, vt aliàs dixi.
4 †Et si sententia condemnatoria ad mortem erit proferēda per iudices, debent seruari ea, quæ posuit & docuit Marsil. in sua praxi crimi. in §. quoniam. nu. 51. vt pridie quàm sententia feratur, reo condemnando ad mortem indicetur quòd se benè disponat, & confiteatur peccata sua viris religiosis, ab iisque cōfortetur ad patientiam. eo autem sic facto, postridieq; eo ducto ad tribunal iustitiæ, iudice pro tribunali sedente, debet proferri sententia condemnatoria. ea autem lecta statim tradendus reus est carnifici ad ipsam exequendam: atque executione facta, facienda est relatio in actis.
5 †Nec mireris, quod dixi, statim esse exequendam sententiā capitalē: quia licèt sit difficultas in puncto iuris: nunquid non expectatis decem diebus, intrà quos potest appellari, sit exequenda sententia, quando non est appellatum per ipsum condemnatum, vel alium eius nomine: in quo puncto Gulieł. de Cu. Pet. & Bald. in l. addictos. C. de epis. audien. tenuerunt, quòd potest. & idem videtur tenere Bar. in l. non tantum. ff. de appe. & Dy. in dictis locis allegatis. idem Bart. in l. qui vltimo. in fin. ff. de pœn. tenet contrarium. & Imo. in d. l. nō tantum. & hanc partem negatiuā secuntur nonnulli. tamen ut hæc secunda opinio sit uerior: de consuetudine seruatur contrarium. quia etiam antè decem dies, quando pro parte condemnati non est appellatum, ducitur ipse ad supplicium. & pro hac parte est bo. tex. in d. l. addictos. & quòd ita seruetur de consuetudine, videtur tenere Alber. de Rosa. in l. j. C. de excep. rei iu. Pau. de Cast. in d. l. addictos. & firmat Angel. de Are. in lib. malefi. in verbo, & ibi caput à
6 spatulis ampute. iiij. col. †Si verò reus condemnatus appellauerit, cùm sit cōuictus & confessus, non obstante appellatione interposita debet sententia exequi: vt per Docto. communiter in l. obseruare. C. quorum appellatio. nō recip. si verò sit solum conuictus, uel confessus, tunc si sumus in criminibus enormibus & grauioribus, non admittitur appellatio, vt habetur per Glos. in d. l. obseruare. in verbo, propria. & traditur in l. constitutiones. ff. de appella. & ibi per Bar. Albe. & Ange. in pen. col. versi. secundo. non auditur. & in l. j. C. de rap. virgi. vbi per Mar. & per Spe. in tit. de app. §. in quibus. & Carre. in d. l. obseruare. in prin.

prin.nu.36.si verò vbi est confes-
sus & condemnatus, appellarit,
in appellatione allegãdus est vel
uel error confessionis, uel alia iu
sta causa,quæ possit infringere cõ
fessionem:& tunc admittitur ap-
positio . si verò non allegatur er-
ror,uel alia iusta causa,sed simpli
citer fit appellatio,tunc si per iu-
dicem appellationis non est inhi
bitum,potest appellatione nõ ob
stante exequi sententia. secũdùm
Io.And.in c.Romana.§.fin autẽ.
de appella.in.vj.in Glos. & in no
uella.& ibi. Archid. & Domi. de
sanc.Gemin.Imo.in l.cõstitutio-
nes.ff.de appella.& in l.creditor.
§.iussus.ff.eo.tit.Imo.& do.Abb.
in c.cum speciali.§.porrò. de ap-
pella.& ibidem Philip.Fran.in ij.
col.in secunda conclusione. Bal.
in addi.Spec.in ti.de appel. ¶In.
7 †Nũquid sit dare aliquem casum
in iure,quo possit differri senten-
tia condemnatoria ad mortem?
¶Iudex.Plenè habetur de hoc p
Marsi.in sua praxi cri.in §. oppor
tunè.per totum . vbi plures casus
8 enumerat,quos vide per eum.†Et
aduertendum est per iudices, vt
quoties voluerint cõdemnare ali
quem ad pœnam vltimi supplicii,
nunquam dicant in sententia, ꝙ
condemnant reum ad pœnam ca-
pitalem . quia non intelligeretur
de pœna mortis naturalis, sed ci-
uilis.sed debent concludere ita &
taliter, quòd anima eius separe-
tur à corpore:vt habetur per Mar
sil. in d. §.opportune, nume.39.
9 ¶Fiscus. † Quid si aliquis con-
gregarit armatos, an possit con-
demnari ad pœnam portationis
armorum,& de congregatione ar
matorum. ¶ Iudex. Dicas quòd
de utroque puniri nõ potest.quia
ista duo tendunt ad eundem finẽ
& effectum secũdùm Bar.in l.j.ff.
ad leg.Iul. de vi pub.& in l. quo-
niam.eo.ti.vbi dicit se multoties
hoc practicasse . ac pro eo facit
Glo.in.in l.qui de crimine.C.de
accus.& dicta per Bal. in l. aduer-
10 sus.in fine.C.de fur. ¶ Fis.†An
statutum puniens vulnerantem,
comprehendat insequentem, qui
cadẽdo seipsum vulnerauit.¶Iv.
Dicas ꝙ non debet puniri tan-
quàm vulnerans,sed solùm vt fie-
ri faciens uulnus. secundùm Bar.
in l.si gemina arbor.in.ij.col.ff.ar
borum furtim cæsarum . pro quo
uide Bald.in l.de pecoribus.C.ad
leg.Aquil.& in l.iij.ff. de iureiur.
in §.j.& Bald.in l.qua actione. §.
11 Celsus.ff.ad leg.Aquil.† Aduer-
tant insuper iudices, ꝙ iustè
condemnent reum.quia alias etiã
clerici licitè possent eum eripere
de manib.familiæ,secũdùm Alex.
in con.cxliiij.incipien.post redi-
tum primum.& per Alber.de Ro-
sa.in l.addictos.C.de epi.audien.
& Marsil. in praxi crimi. § . at-
12 tingam.num.41.† Oportet enim
cuncta rimari, & non est festinan
dum ad sententiam condemnato
riam . contrarium enim facienti-
bus sæpiùs uana & frustatoria pœ
nitentia est comes. quare attendi
debet id quod habetur in c. iudi-
cantem.30.q.v.& in c. graue. 35.
qõ.ix.ubi dicit text.quòd fructus
diuinus est iustitiam sæpiùs recen
seri.præcipitata enim voluntas iu
dicis est nouerca iustitiæ . secun-
dùm Cardi.per illum text. in cle.
pastoralis.§. verum.in prin. de re
iudi. inhærendum est enim po-
tius tarditati, vt euitetur omne
peri-

13 periculũ animæ & corporis. † Et
esto memor, quando eris iudex,
ut non procedas nimium seueri-
ter in causis criminalib. propter
nimiam enim sæuitiam poterit iu
risdictione priuari: ad quod facit
illud, quod Theodosius Honorio
filio præcipit: sis pius imprimis,
nam cum vincamur in omni mu-
nere, sola Deum æquat clementia
nobis. asperitas enim & seueritas
apud quemlibet prudentem dam-
natur: & quod tibi fieri non uelis,
alteri ne feceris. sis etiam memor
quòd homo est factura & creatu-
ra Dei, non autem hominis. con-
sideres etiam lector amantissime,
omnem hominem esse mendacẽ,
& septies in die cadere iustum, &
melius esse peccare in pietate,
quàm in seueritate: vt dicit text.
in c. allegatur. xxvj. quæstio. vi.
14 † Nec putes, amantissime lector,
uile esse, absoluere reos, & magni
ficentius aliquid condemnare. in
quit enim Pau. de Cast. in consil.
cxcvii. incip. visa inquisitione. in
vlti. verbis. quòd maiorem hono-
rem consequitur quis absoluen-
do, quàm condemnando. pro quo
faciunt dicta per Pet. Ancara. in
consi. xxiiii. incip. visa inquisitio-
ne. ubi inuehitur in iudices male-
ficiorum, qui anhelant ad cõdem
nationem. & dixit Bald. in consil.
cccciij. incip. quidam fuit. in iij.
uol. quòd iustius peccatur in ab-
soluendo, quàm in condemnãdo.
allegat l. item Mela. §. si plures. ff.
ad leg. Aqui. & idem dixit domi.
Philip. Dec. in consi. clxxv. incip.
in causa falsitatis. vlti. col. & ideò
quando eris iudex maleficiorum,
nõ semper seueriter procedas ad
condemnationem mortis natura-
lis: sed cum quodam temperamen
to studeas uitia corrigere, & nol-
le mortem peccatoris, sed ut con
uertatur & uiuat, iuxtà Dominicũ
dictum: vt latè docet Marsi. in sua
praxi crimi. in. §. occurrunt. in fi-
15 ne. † Et aduertas, quòd si condem
naueris aliquem, qui poterat plu-
ribus pœnis condemnari ex pluri
bus legibus, ad mitiorem & me-
diocrem pœnam, non poterit a-
lius iudex, qui fortè potest etiam
ipse de delinquente illo cognosce
re, condemnare ad aliam pœnam
maiorem, vel minorem pro eo-
dem delicto: vt latè habetur per
Boë. in decisio. cclxxxix. in secun
16 da par. per totam. † Vnum ta-
men scias, quod ibidem Boër. di-
cit in fin. si aliquis pro uulnere il-
lato sit punitus per iudicem, ac
deinde tribus annis elapsis vulne-
ratus uelit agere pro iniuria sibi
illatata, & ad interesse, quòd pos-
17 sit agere: vt ibi per eum. † Aduer-
tas insuper ꝙ minor delinquens
non punitur pœna ordinaria, sed
mitiori: ut habetur in l. j. §. impu
beres. ff. ad Sylle. & in l. excipiun-
tur. ff. eod. tit. & in l. de minore.
in princi. ff. de quæstio. & c. j. &
ij. de delict. puero. & tenetur de
necessitate iudex in eo minora-
re pœnam: adeò non est arbitra-
rium: ut tenuit Bald. Salice. &
Paul. de Castr. in l. & si seuerior.
C. ex qui. cau. infa. irroga. Salic.
& Paul. de Castr. in l. j. C. si ad-
uer. delict. & Alexan. de Imol. in
d. l. & si seuerior. & ideò aduer-
tas, ne erres, vt ad longum con-
gerit Grammati. in decisio. xxiij.
18 incipien. dum fuisset mihi. † Sci-
as etiam charissime lector, licèt
inordinatè procedam, quòd si
conti-

contigerit iudicem velle procedere ad executionem sententiæ capitalis, & non habuerit ministrum, qui faciat dictam executionem, potest capere aliquē quem uisum fuerit, eumque cogere, ut faciat officium carnificis, dummodò sit vilis persona. secundùm Bart. in l.fi.§.fi.ff.de pigno.actio.vbi plus voluit, quòd potest capere boues, quò facilius adigat hominem: vel equum & sequitur. Marsi. in l.j.ff. de quæstio. nu. 18. plenè per Par. de Put. in lib. syndica. in verbo,
19 maniuoltus. † Vbi plus dicit, q̄ si iudex habet plures carceratos, inter quos est vnus, qui potest cō demnari ad opus publicum, uel in perpetuum, is potest condemnari, vt exerceat officium carnificis ad tempus, vel in perpetuum, prout erit qualitas delicti. secundū Bar. in le.ij. ff. de pu.iudi.& post eum
20 Ang. † Item ibi dicit, quòd etiā potest capere iudex seruum hominis priuati, & exequi facere sentē
21 tiam capitalem. † Item ibidem dicit, quòd potest facere gratiam reo moriturо, dūmodò exerceat officium carnificis & maniuolti.
22 † Item est aduertendum à iudice circà pœnarum impositionem & cōdemnationem, quòd si aliquis ex proposito & deliberatè excesserit modum in se defendēdo, & occiderit aliquem, non potest iudex eum punire pro toto, sed pro illo excessu tantùm, secundùm Bald. in l.vt vim.ff.de iusti. & iure. vlt. col.& sequitur Pet. de Ancara.in Cle.j. de homi. vbi dicit, quòd licèt Glo. c. significasti el ij. de homici.& Gl.244.in summa teneat, quòd si quis se defendendo excesserit modum, & nō ex proposito, non punitur de tali excessu: tamē secūdùm Pet. de Anc. etiam si ex proposito excedat modum, & sic dolosè, punietur: nō pro toto tamen, sed pro excessu. & Alex. sequitur & refert in cons.140.aliàs. 283. in ij. vol. in vlt. col. & allegat hoc voluisse Salic.in l. Gracchus.in vlt.col.C.de adul.& Pet. Philip.Cor.in consi.204.inci.pro deci.in fi.pri.lib. & nouissimè per Mar.in practi.cri.§.quoniam.nu. 92. & in l.j.nu.40. ff.ad l. Cor.de sicar.vide tamē Iacob. de Nouel. in praxi defen.fo.15.nu.23.vbi uidetur innuere contrarium.
23 ¶ Fiscus. † Quòd si aliquis occidit aliquem cum quo erat data fideiussio de viuendo pacificè, & de non offendendo, an possit exigi pœna fideiussionis, & pœna corporalis? ¶ Iud. Hanc q. posuit Marsi. in consi. nono. in uers.capio modò tertium. ulti.col. vbi finaliter dicit, quòd potest exigi pœna fideiusionis à promittēte, uel eius hæredibus, & pœna corporalis: vt ibi. & an quando facta est offensio ex noua causa, committatur pœna, necne: ibidem. quòd non in pace. fallit in treuga. & quando propriè dicatur rupta fideiusio de non offendendo, uide de Marsi. in consil. 21. uide Bar. in quæstionibus suis. in j. quæsti.
24 † Et an pœna fideiusionis de nō offendendo, si est commissa, possit exequi contrà hæredes fideiussorum, vide optimam doctrinam Ange.Are. insti.de fideiu.§. fide-
25 iussor. † Item est aduertendum circà impositionem pœnarum, an aliquis deliquerit magno dolore motus, quia tunc non debet imponi pœna ordinaria delicti, sed mitior:

mitior: vt est text. in l. si adulterium cum incestu.§.imperatores. ff. de adulter. & firmat. Ange. de Are. in lib.maleficio.in verbo. & dictus Titius se defendendo.vers. aduertas. & Fran. de Are.in cõsi. 165. incip. sicut in vlti. col.plenè per Marsi. in l. j.ff.de sicar.nu.58.

26 † Item est aduertendum, quòd in casu incertitudinis: videlicet, quã do homicidium est certum, sed homicida incertus: vt puta, quia plures fuerunt in rixa, & vulneratus nõ habet nisi vnicum vulnus: vel minora vulnera & pauciora, quàm fuerunt rixantes: nemo ipsorum rixantium debet puniri pœna mortis. secundùm Glo. in l.itē Mela.§. sed si seruum plures.ff.ad legem Aquil.& latissimè per Mar. in d. l. j. nu. 71. in 16. limi.

27 † Itē non imponitur pœna mortis pro homicidio commisso per patrem in filium, qui commisit vnam de causis ingratitudinis cõ trà eum. secũdùm Bar.in l.diuus. ff. ad l.Põpe. de parri. & sequitur Marsi.in l.j.nu.100.ff.de sicar.

28 † Item est aduertẽdum,quòd ubicunque per statutum imponitur pœna mortis, semper requiritur, quòd cõcurrat dolus: vt probatur in l.qui ædes. & in l. si fortuito. ff.de incen. ruin. & na. à contrario sensu. & habetur per Bal.in l. data opera. 4. col. C. qui accusa. non po. & in l. quicunque.v. col. C.de ser.fugi.latè per Mar. in d.l. j.nu.11.§. prætereà.vide Dec.cõ sil.ix.j.vol.Cepol.consi.30. & 31. Mar.in l.de minore.ff.de quæstio. nu.39.Ang. in lib. malefi. in verbo, scienter & dolosè. Bal. in l.j. nu. 5.ff. de legi. Ang.in l.in actionibus.§.primo.ff. de in litem iur. & in consi.288.incip. viso themate.Bartho.Cepo.in consi.34. Bal. in l.quicunque.C.de ser.fu.v.col. Rapha.Cu.cõs.134.in fine.Gram. consi.68.& in uot.21.& in decisi. v.nu.29.& in dictis locis habetur, an lata culpa æquiparetur dolo.& per Marsi.in l.in lege Cornelia.ff. de sicar.

29 † Considerandum etiam erit à iudicibus circà impositionẽ pœnarum, vt inspiciatur qualitas personarum,in quibus committitur delictum.quia alteratur pœna in plus & in minus secundum qualitatem personarum. sic qui occidit infantem,punitur maiori pœna, quàm qui occidit virum perfectæ ætatis. secundùm Sali.in l.pe. C.de sicar.

30 † Item magis punitur qui occidit clericum, quàm qui laicum. secundùm Glo.in c. sicut qui.17.q.4.Itē magis punitur homicidium recens, quàm antiquũ: vt est text. & Glo. in l.si diutino. C. de pœn. Item magis punitur, qui occidit seruum, quàm qui liberum. quia tenetur ad interesse domino serui, & tenetur de sicariis. & qui occidit liberum, tenetur solùm de sicariis. de quo per Spe. in tit.de iniur.& damno dat. §.ij.& sic de singulis.

31 † Item cõsiderari debet, casualiterne, an data opera delictum sit commissum. quia primo casu debet minorari pœna.secũdo non.secundùm Bar. & docto. in l. diuus.ff. de sicar. & Bar. in l. si quis seruo. C. de furt. cum similibus.

32 † Item est considerandum instrumentum, quo facta est percussio. nam percutiens baculo nõ tenetur de vulnere letali:quia nõ præsumitur habuisse animum occidendi,vt inquit Bal. in proœ. digestorum.3. col.id tamen

men non habet locum, si percus-
sio, facta sit in capite. secundùm
Ang. in l. j. §. sed si claua. ff. de si-
car. quem refert & sequitur Feli.
in c. significasti. extrà. de homi.
& Bar. in l. j. §. diuus. C. de emen.
seruo. Ang. in tract. male. in verbo
33 sciẽter & dolosè. versi. pẽ. † Itẽ si
percussio sit facta lapide, licèt mors
sequitur, minor pœna imponitur:
vt l. omne delictum. §. si quis com
militonem. ff. de re iudicata.
34 † Licèt occidens aliquem manu
vacua, puniatur ita, ac si armis per
cussisset. l. qua actione. §. j. ff. ad le
gem Aquiliam. & ibi Bal. & idem
c. j. §. iniuria. vlt. col. de pa. iur.
35 fir † Scias etiam, quòd propter
multitudinem delinquentium nõ
imponitur pœna mortis: vtputa, si
plures occiderunt vnum. secun-
dùm Ang. in l. pen. de sicar. & Au-
gu. de Ari. in addi. Ange. in tract.
malefi. in verbo, & dictus Titius.
& Alber. in l. quoniam multa. C.
ad l. Iul. de ui pu. & Afflict. in cõ
stitu. terminum vitæ. versi. tertio-
decimò fallit. sed Gramma. in cõ
si. 4. tenet, quod si deliberato con-
silio, & ad hoc coadunati occide-
runt, omnes debẽt puniri de occi-
36 so. † Scias vlteriùs, quòd si aliqui
venerint ad me armati petẽtes ali
quid à me, ad quod non tenebar,
& ego perterritus cesserim eorum
voluntati, licèt arma non extraxẽ
rint, nec mouerint: tenentur ta-
mẽ pœna portationis armorum,
& de ui publica. per tex. in l. iij. §.
qui armati. ff. de vi & vi arma. &
firmat ĩ propriis terminis Afflict.
in consti. intentionis. in xj. & vlt.
37 q. in ij. nota. † Itẽ percutiens ma-
nipulo ensis, cũ poterat ense per-
cutere, etiam, si ex tali percussio-
ne sequatur mors, non debet puni-
ri pœna mortis. quia videtur non
habuisse animum occidendi: ut
probat text. & ibi omnes scriben-
tes. in l. eum qui. C. de sicar. & di-
xit Ange. de Areti. in lib. male. in
verbo, scienter. pen. ver. & Soc. in
consi. 178. incip. primo aspectu.
nisi percussisset in capite. secun-
dùm Ang. vbi suprà. vide Bartho.
Cepo. in consi. 36. & Gramma. vo
38 to xxiij. nu. x. cum seq. † Et si
fiat percussio bastono, & non se-
quat vulnus, licèt Barth. de Cap.
dixerit, quòd est pœna viginti du
catorum curiæ, & decem partis ta-
men Afflict. in constit. si quis ali-
quem in ij. Glo. dicit, quòd ipse
arbitrariè punietur, consideratis
qualitatibus personæ, loci, & tem
poris. & Gramma. in uoto xv. di-
cit, quòd si fiat percussio congre-
gatis hominibus, vel excogitato
insultu, est pœna deportationis. &
vide decisio. sac. regii cõsilii eius-
dem Gramma. nu. xvij. per totũ.
39 † Item est aduertendum, quòd si
ex forma legis vel statuti alicui
imponitur pœna infamiæ, qui est
ex alio delicto infamis, debet per
iudicem pœna alterari, & imponi
alia. p text. sing. & in l. nouerint.
C. vt intrà certum tempus. & ibi
Angel. allegat illũ tex. pro singu.
& Ludo. in l. si verò. §. de viro. ff.
solu. matrimo. & Anto. Corse. in
40 sing. suis. in verbo, pœna. † Item
est sciendum, quòd stante statu-
to, quòd offendens officiales re-
gios puniatur duplicata pœna, nõ
habet locum in amputatione ma
nus. secũdùm Bal. in l. j. C. de sen.
quæ pro eo, quod interest. in vlt.
col. & sequitur Afflict. in consti-
tu. si quis aliquem. in x. quæstio.

41 † Quinimò

41 † Quinimò pœnę duplicatio, quę habet locum in iniuriante officiali regio per cõstitu. ea, quæ ad decus. non habet locum in officiali non commorante in curia regis. secundùm Afflict. in d. consti. si
42 quis aliquem. in x. q. † Est etiam notandum, quòd vulnerans aliquẽ, si vulnus non debilitauit aliquod membrum, nec est lætale, & ipse vulnerans est homo bonæ cõditionis, vitæ, & famæ, etiã si vulneratus non velit pacem facere, potest per sentẽtiam definitiuam condẽmnari vulnerãs ad pœnam pecuniariam, & non potest offensus conqueri. secundùm Afflict. in d. cõsti. si quis aliquem. ij. not.
43 in v. requisito. † Est vlterius aduertendum, φ solutio pœnæ facta per aliquem de aliquo delicto, de quo erat innocens, cum propter tormenta confessus se commisisse illud delictum, condemnatus esset, non liberat verum delinquẽtem. quia ille quandocunque repertus debet puniri. l. qui seruum quoque. ff. de interro. actio. & no. Ang. & Imol. in l. quot. §. fi. ff. sol. mat. & firmat Ange. in lib. malefi. in verbo, Andream auxiliatorem. iij. colum. in prin. ¶ FISCVS. † An quis possit puniri hic de delicto alibi commisso? ¶ IVDEX. In hoc passu Barto. in l. si cui. §. fi. ff. de accusatio. dicit, quòd non, nisi sit ciuis. verum tamen est, quòd delicta alibi commissa, aggrauãt delicta hic commissa. quã opinionem tenet Sali. in l. seruos. C. ad legem Iul. de ui. pu. num. 5. in fi. & sequitur Ange. de Are. in lib. malefi. in verbo, existens Florentiæ. in prin. Ange. in d. l. si cui. §. fi. dicit, si hic aliquis vnum furtum valde leue commisit, alibi verò plura, quòd potest hic puniri, & furca suspendi. & dicit ita seruari de consuetudine. & hanc opinionem firmat Bald. in l. fi. ff. de iurisdi. om. iu. nu. 3. Augu. in addi. ad Ange. in loco, de quo suprà, dicit hãc opinionem esse rigorosam: & quòd si ipse esset iudex, non seruaret eam. cõtrarium tenet Alber. de Rosa. in d. l. si cui. §. fi. limitat tamen, nisi esset vagabundus. vide Ang. in verbo, & uestem cœlestẽ abstulit. 3. col. & ibi Aug. & quòd de delicto alibi commisso non possit quis puniri, nisi sit ciuis, vel nisi sit vagabundus, consuluit Ang. in consi. 27. incip. quidam victor de castro Sicardo. & an iudex originis seu domicilii possit inquirere de delicto alibi commisso per subditũ suæ iurisdictionis. Marsi. in practica cri. §. constante. num. 90. refert opiniones: tandem verò concludit magis communem opinionem esse, quòd non potest punire. & ita secundùm hanc opinionem dicit Grãma. fuisse decisum in magna curia vicaria, sub num. 26. per totam. Gandi. in tit. de furi. & latroni. ij. col. versi. sed iterum pone. decidit, quòd si aliquis Rhegius cõmisit furtum Mutinæ, aliò verò Parmæ, vbi captus est, officialis Parmæ debet punire de furtis commissis in territorio suo, & de reliquis remittere: licèt subdat feroces iudices hoc non obseruare. & Rapha. Fulgo. in consilio 149. & hanc partem videtur tenere Gandi. & est notandum, quòd si quis aufugiat à patria sua propter crimen, talis fuga facit eum haberi pro vagabundo: ita, vt

vbique

vbique possit conueniri. l. j. C. vbi quis de cur. lib. xj. & firmat Luc. de pen. in l. si coloni. C. de agri.& censi.lib.11.3. col. in fi.& vide do. Catal. de Boncompa. in tract. syndica.num.97.cum seq.

45 ¶ IN.† Quid si vbi probatum est delictum esse commissum in personam Titii mense Nouẽbri, ecõtrario probatur Titium impunè potuisse offendi, quòd eo mense bannitus esset,vt ex forma statuti potuerit impunè offendi, an debeat sequi absolutio, si non appa ret, fueratve Titius bannitus antè delictum, an post. ¶ IUDEX. In hoc casu Bar.in l.nõ solùm.§. sed vt probari. ff.de nou.ope.nuntia. tenet, quòd debet sequi absolutio. & istam opinionem sequitur Ang.in li.malefi.in verbo, de præsenti anno. versic. quid si accusator. & ibi firmat Augu. de Arim. licèt multa contraria adducat. & firmat Bernar. ibidem in additio. & sequitur Bertran.consi.j.num. 26.pri.lib.licèt secus dicat in ciui

46 libus. ¶ FISCUS.† Quæ nam sint pœnæ vltrà relegationem. ¶ IUD. Dicas quòd sunt illæ, quæ continent seueriorem vltionem:vt pœna mortis naturalis, quando vita adimitur:vt pœna mortis ciuilis, quæ adimit libertatem.quia seruitus quò ad actus ciuiles morti æquiparatur: vt est quando quis libertatè priuatur, puta quia damnatur in metallũ, vel in opus metalli:vel in opus publicum in perpetuum:vt est hodiè cõdemnatio ad triremes, vel quando imponitur pœna abscissionis mẽbri. istæ enim pœnæ sunt vltrà relegationem:& sunt de mero impero maiori, vt colligitur ex dictis Iaco. de Are in l. imperium. col.j.ff. de iurisdictio. omn.iudi.in 9.col. in v. q.& ibi Bar.col.iij. versi.ij. est imperium merum. & secuntur cõ

47 muniter Doctor. ¶ FIS. † Quando pœnæ mortis specificè dicantur imposite per leges vel statuta. ¶ IUD. Dicas,quòd vbicunque in legibus vel statuto fit mentio de furca,laqueo,gladio, ferro, flamma, igne, sæuissimo, grauissimo, nouissimo,amarissimo,vltimo supplicio, ferali peste, obligatione mortis, vel sanguinis dispositione,datur intelligi,quòd criminosus, de quo ibi fit mentio, ad literam occidendus est. sic intelligitur Glo. in l.eius, qui. in verbo, aut ferrum.ff.de testa.& in auth.

48 scenicas. ¶ FIS.† Quæ autem dicãtur pœnæ capitales simpliciter. ¶ IUD. Dicas,quòd vbicunque per leges & statuta fit mẽtio simpliciter de pœnis capitalibus, intelligitur de perpetuo exilio, & deportatione:vt not.Gl.C.ne Christia. mancip.l.j.in prin.versi.capitali. & Glo.l. fi.C.de veter. numisma. po.lib. xj. & Gl.l.in criminali.C. de iurisdi.om. iud. & si mater.ff. de institu. & substitu. & l. vnica. C.de cri.pecu.& C.de nauicu. l.si statutum. lib.xj.& l.siquis nõ dicam rapere.C.de epi.& cleri.in fi. & l.pe.C.qui accu.nõ pos.& prosequitur do.Iaco.de Bello viso in praxi cri.in tit.de pœna capitali.

49 ¶ FIS.† An punitus per iudicem ecclesiasticum in crimine sacrilegii, quod est mixtum, vel in alio crimine similiter mixto,possit postea puniri per iudicem laicum. ¶ IUD. Istam quã tãgit Afflict. in consti. multæ leges. de cri. sacri. & disputat pro & contrà:tandem decidit,

decidit,quòd per pœnam impositam in similibus criminibus ꝑ vnum iudicẽ, non prohibetur alter
50 iudex imponere aliã pœnã.† Sciẽdum tamen est,ꝙ non habet locũ pœna mortis in eo, qui proiicit lapidem de nocte in aliquem ex lasciuia, etiã si is inde mortuus sit. secundũ Paul.de Cast.in l.j.C.vbi sena.uel clari.& idẽ tenet Cep. in l.j.col.viij.uersi. ex quo refert.C. de ser.fugi.& firmat Nic. Boër.in
51 tract.de seditio.nu.51.† Itẽ notãdum est,ꝙ potest imponi pœna pecuniaria per iudicẽ blasphemanti deum coràm iudice pro tribunali sedente: ut est Glo.in c.deus omnipotens.in uerbo,iudicis.ij. qõ. j.& l.pri.C.qui,& apud quos.& tenet Cassã.in titulo des iustices & droit.& de incelles.in §.lamende.
52 §.vij.fol.74.nu.2. † Item est aduertendum, quòd pœna in ordinariis & extraordinariis non debet excedere modum consuetum, & proùt hactenus fieri consueuit:& si exceditur, pars grauabitur, & potest recurri ad superiores uel syndicatores, quo tẽpore officiales syndicantur: vt habetur plenè per Par.de Put.in lib.syndi.in tit. de offic.syndi.uersi. an si potestas condemnauit, vel composuit.
53 ¶ Fis.† An possit ferri sententia pro absente,qui aufugit liquidata causa. ¶ Ivdex. Dicas, quòd sic: secũdùm Sali.in l.absentem. viij. q. C. de accusa. & hoc uerum est, nisi pro absente fuisset commissa aliqua fraus uel dolus. secundum Afflict.in consti.grandis.in vj.no
54 ta.¶ Fiscvs.† An,& quando trãseat in rem iudicatam sententia in criminalibus. ¶ Ivdex. Distingue,aut est absolutoria,& trãsit in rem iudicatam, etiam quò ad tertium,qui non potest posteà accusare. secundùm Abb. & Ioã. de Ana. in c.de ijs.de accusa. sed si est condemnatoria, etiam transit in rem iudicatam: licèt aliqui teneant contrarium. secundùm Abb. in d.c.de iis. de accu. & dicit de hoc esse casum singularem in l. diui. ff. de pœn. sed secũdùm Marsi.in §. ordine successiuo. in praxi crimina. est similis tex. in l. j.§.fi.in fi. ff. de quæstio. & si est sententia lata contrà contumacem uigore statuti,nunquàm trãsit in rem iudicatam. secundùm Io.de Ana.in d.c.de ijs uide Mar. vbi suprà. vide Præpositum in c.
55 siquis.ij.q.vj.in prin.† Et est aduertendum, quòd sententia in criminalibus potest ferri etiam absente accusatore.tex.est sing. in l. quamuis indubitati. C.de adulte. secundùm Ang.de male.in uerbo, qui iudex commisit l.præconi, ꝙ banniat con.generale. ¶ Fiscvs.
56 † An sententia lata per ecclesiasticos iudices super crimine hæresis, debeat statim executioni demandari,vt non consideretur, nisi ritè & rectè processerit? ¶ Iv.Bart. in l.diuus. ff. de custo. reo. quem secuntur legistæ, maximè Paul. de Cast. & Alber. dicebat, quòd non:sed debere uideri processum: & si ritè rectèque processerit, debere exequi: non aliàs. Canonistæ tamen communiter tenẽt contrarium. & secundùm hanc opinionem contrà Bart.dicit Afflict. in consti.post mundi. in Gloss. in verbo, gladij.versic.ij.conclusio: se uidisse iudicatum per iudices
57 magnæ curiæ uicariæ.¶ Fis.† An hoc procedat & habeat locum

etiam in aliis sententijs datis per iudices ecclesiasticos super crimine, de quo aliàs iudex secularis possit cognoscere. ¶Iv. Dicas, quod non debent sententiæ prædictæ executioni demandari statim per seculares iudices, quoties inuocatur brachium ipsorum: sed requiritur, priùs uideant processum, & benè dispiciant, num ritè recteq; talis sententia cōdemnatoria processerit: & si reperiatur iniqua, suum brachium non præstent. ita per multa firmat Afflic. ubi suprà in Glo. in uerbo, gladii. in tertia
58 conclu. †Et est sciendum, quòd si lata est sentētia contrà aliquem de infamia uel periurio ī una causa, probat etiam in alia inter diuersas personas. secundùm Abb. in c. j. de exceptio. & in c. ex par-
59 te. de testa. †Insuper aduertēdum est, quòd quotiescunque quis cōdēnatur ex præsumptionibus, nunquàm ei imponitur pœna ordinaria, & uera pœna delicti, sed alia mitior. secūdùm Inn. in c. quia uerosimile. extrà. de præsumptio. & no. Doct. in c. afferte. eo. ti. & Bal. in l. nō est uerosimile. ff. quod metus cau. Abb. in c. quanto de præsumptio. plenè per Mar. in l. j. §. diuus Adrianus. num. 25. ff. de sicar.
60 † Item sciendum est, quòd ubicūque per legem, vel statutum non fuerit certa & determinata pœna imposita, erit illa imponenda arbitrio iudicis: ut habetur in l. j. §. expilatores. ff. de effr. & expila. l. hodiè. & ibi no. ff. de pœ. Bald. & Ang. in l. j. §. hæc aūt uerba. ff. quod qui. iur. & per do. Alex. in cōsi. iij. v. lib. & plenè Marsil. in l. in lege
61 Cornelia. nu. 5. ff. de sicar. † Item non est prætermittendum, quòd illa regula, quæ habet pœnā corporalem uel minimam, esse maiorem quacunque pecuniaria, habet locum in personis nobilibus: nō autem uilibus. secundùm Bar. in l. j. §. fi. ff. de pœ. qui ita intelligit l. in seruorum. in fi. ff. eo. ti. & est ratio, quia uiles personæ magis timent pœnam pecuniariam,
62 quàm corporalē. ¶Fis. †Qua pœna puniatur ille, qui ligat homines, ne ualeant vxores cognoscere. ¶Ivd. Dicas, quòd punitur publicatione omnium bonorum, & ad pœnam carceris per annum: ut habetur in consti. incip. amatoria pocula. & ibi notat Afflict. ¶Fis.
63 †Sed quid de eo, qui dedit poculum amasiæ suæ prægnanti, vt abortum faceret, qua pœna puniri debet? ¶Ivdex. Dic, quòd si amasia illa propter illud poculum sumptum fecerit abortum, punitur pœna mortis: nō aliàs. l. si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœn. & firmat Affli. in const. suprà allegata. & quando non est secutus effectus, vt videlicet abortum nō fecerit, punitur pœna arbitraria: nempe pœna publicationis bonorum, & carceris per annum: vt dicit idem Afflict. ubi suprà. in tertio notabili. vide Angel. de Aret. in lib. malefi. in verbo, & ex interdi. Tit. mort. est. i j. colu.
64 ¶Fiscvs. † Sed quid de casu cōtrario, videlicet quādo quis dedit medelam mulieri ad eā ingrauidandum, inde tamen mortua est, qua ille pœna puniatur? ¶Ivdex. Dicendum est, quòd debet relegari. per text. in l. iij. §. ex senatusconsulto. ff. ad l. Cornel. de sica. & in l. si mulierem. eo. titu. & ita ad hoc propositum allegat-

legat Afflict.in d.conſtit. ¶Fisc.
65 † Sed qua pœna punitur mulier, quæ accepit medelas, ut faceret abortum, ſi fecit abortum? IVD. Dicas, ꝙ aut hoc fecit antè quadraginta dies, & tunc punitur pœna exilii.l.ſi mulierem.ff.de ſicar.niſi fecerit per pecuniã, quia tunc punitur pœna mortis. ſecundũ Bar. & Ang.ĩ l.diuus.ff.de extraor. crimin. ſed poſt quadraginta dies, quia partus eſt animatus: ut l. Cicero.ff. de pœn. & declarat optimè Marſi.in d.l.ſi mulierẽ. ¶Fis.
66 †Sed qua pœna punitur mulier, quæ accepit medelas, ut non efficeretur prægnãs ex coitu? ¶Ivd. In hoc habemus text. in c. ſi aliquis extrà.de homi.& ibi ꝑ omnes ſcribentes quòd debet puniri, ut homicida, & licèt ita dicatur in illo tex.debet tamen intelligi non de pœna homicidij, ſed mitiori: ut notabiliter dicit Mar. in d.l.ſi mulierem.& eadem pœna punitur ille, qui dederit dictas medelas.
67 ¶Fis.†Quòd ſi rixãte Titio cum Seio, ſuperueniens frater Seij occidat Titium, nunquid ipſe Seius debeat puniri pœna mortis, quaſi qui cauſam dederit? ¶Ivd. Dicas, ꝙ non debet puniri Seius, nec de occiſo, nec de auxilio, nec tãquàm aſtans maleficio. ſecundùm Bald. in l.data opera.pen.col.C.qui accu.nõ po.refert & ſequitur Mar. in l.nihil intereſt.ff.de ſicar.num. 13.
68 ¶Fis.† Nunquid pendente dilatione ad faciendas defenſiones, poſsit exequi & proferri ſentẽtia capitalis. ¶ ivd. In hoc paſſu eſt aduertendum, quòd quotieſcunque metuitur, ne affines uel amici ſubtrahant, & eripiant inquiſitum, poteſt & debet proferri, & exequi ſententia capitalis: ut eſt doctrina Bal.& Ang.ĩ l. cum reis. C.de pœnis. refert & ſequitur D. Catal. in lib. ſyndi. verſic.514. & Mar.in l.qui cæden.in j.col. ff.de ſicar.ſed aduertas, ne erres, quòd debes antè omnia capere diligentem informationem, per quam tibi conſtet de congregatione hominum & tumultu concitando: & quòd teſtes dicãt, quòd ſi fieret tumultus, non remaneret ſpes occultandi & retinendi inquiſitum, quin auferatur, & libertati reſtituatur: & quòd ſequerentur maiora ſcandala in perſonam iudicis & aliorum: item, quòd tumultus non poterat aliter ſedari, niſi per mortem illius inquiſiti: aliàs non probatis iſtis, caueas à prædictis
69 Fis. † Qua pœna puniatur frater, qui ſciens tractari de cæde fratris, non reuelat. ¶ Ivd. De hoc eſt tex.in l.frater. ff. ad l. Pompe. de parri.ubi habetur, quòd debet puniri pœna relegationis.& eſt ratio, quia ſciens, & tacens, uidetur tacitè cõſentire. per tex.in c.ſicùt
70 dignum.de homici.¶Fisc.†Qua pœna afficiatur quis de auxilio præſtito ad delictum committendum.¶Ivd. In hoc paſſu habemꝰ doctrinã Bal.in l.iudices. C. ad l. Iul.pecula.& in l.j. C.de agge.Nili non rumpen.in quibus duobus locis dicit, quòd aut auxilium eſt præſtitum per actum proximum aſsiſtẽdo maleficio, ut habilius & cõmodius committeretur, & tunc punitur eadem pœna, qua punitur principalis: aut per actum remotum à facto, iuuando in præparatoriis, & in aliis rebus, & tũc mitiori pœna plectitur: & hæc mitior pœna erit arbitraria ſecun-

dùm eum. hunc etiam casum latius reperies apud Sali.in l.vnica. C.de rap.uir. ubi post multa hinc inde dicta dicit, esse distinguendum, quòd aut lex punit facientẽ aliquod delictum, nulla facta mẽtione de opem seu auxilium præstãte: & tunc, quia ius generaliter disponit opem præstantem puniri, ut in multis legibus cauetur: punitur opem præstans, sed diuersimodè, quia si causam præbuit maleficio, pariter puniuntur faciẽs, & opem præstans: si non, minùs puniatur opem præstans, vt contingit in casu l. is, qui opem. ff.de fur. nam licèt ibi, qui opem præstitit, fuerit causa furti: nõ tamen illius speciei: uidelicet, manifesti. aliquando lex, quæ punit facientem delictum, facit mentionem de opem præstante: & tunc aut singulariter & specificè de certa & determinata ope pręstita, puta, si dixerit: qui illum comitatus fuerit, vel qui arma sciens cõmodauerit, & similia: tunc seruãda erit lex illa: sed in non expressis standum est distinctioni prædictæ; aut lex punit vniuersaliter & collectiuè de omni uel quacunque opis specie: & tunc aut pœnã specificat & exprimit, aut nullam specificat, sed indeterminatam relinquit. exemplum primi, puta, si lex dicat: & eadẽ pœna puniatur, qui ipsi quomodocunque vel quancunq; opẽ præstiterit: & tunc, quia lex generaliter & certè disponit, standum erit legi. exemplũ secundi, si lex dicat: qui opem quancunque præstiterit, puniatur ꝑ iudicẽ, nulla pœna specificata: & tunc recurrẽdum est ad distinctionem primi membri: aut lex punit opem præstantem simpliciter & indistinctè, de nulla opis specie facta mentione: puta, qui opem præstiterit, puniatur in tantũ: & tunc aut hęc pœna est mitior illa, quæ est imponenda principali: & tunc dicit se credere quamlibet speciem opis, etiamsi causam non præbuerit mortis uel maleficii, sub illa indefinita comprehendi, quia est eadem ratio omnium particularium sub illa indefinita cõprehensorum: aut pœna est eadẽ cum principali: & tunc debet intelligi secũdùm Dyn. de tali ope, quæ fuerit causa maleficij secuti: & est ratio, quia particulariũ sub illa indefinita comprehensorum non est eadẽ ratio: nec uerba sunt clara, sicùt quando verba sunt uniuersalia vel collectiua adiecta, & ideò ubi præstatio opis non præbuerit causam maleficij, debet imponi mitior pœna pro modo culpæ, & cum hac longa distinctione pertransit ipse. & sic effectualiter uidetur tenere opinionẽ Bald. quæ antè ipsum fuit, Dy. ut etiam ipse Bald. refert. sequitur etiã Angel. de Aret. in lib. malefi. in uerbo, & dicto maleficio semper astitit. Mar. in l. si sciẽte. ff. ad l. Põ. de parri. habet, quòd per text. illũ videtur destrui doctrina Bal. in d. loco. nam per illã legem imponitur pœna parricidii ministrãti pecuniã, ut possit parricidiũ cõsum mari. & sic est casus, in quo qui ꝓstat auxilium per actum remotũ, punitur eadem pœna, qua faciens. demum ipse soluit, quia illud est propter enormitatem delicti. sed puto etiam dici posse, quòd ibi præbuit causam mortis. & an, & quando, & quibus casibus dicatur præstari

præstari auxilium, uide per Salic. ibi. & Mar. in ea. l. unica. & ibi latè, qualiter puniatur associans se malefactori antè, uel post delictũ commissum, per eosdem. & Ang. de Areti. in loco suprà allegato. & Bal. in consi. ccxxxv. in j. parte. Mar. in pra. cri. §. constãte. nu. 55. Bald. in l. non ideò minus. C. de accusa. pe. col. vide Hipp. de Mar. consi. xxiiij. nu. 11. & consi. xliiii. eo. uol. j. & consi. xiij. nu. 49. & cõ si. xlvii. nu. 6. & consi. xxx. nu. 23. & consi. lxvii. nu. 44. & 69. nu. 7. & in cõsi. xxxiiii. nu. 7. & consi. lxxxi. nu. 32. & in consi. cx. nu. 26. & cõs.
71 cxxij. nu. 21. ij. vol. ¶ Fis. † Quid si aliquis præstitit auxilium occidenti aliquem, cui occisor præstiterat cautionem sub pœna se illũ nõ offensurum, an hic auxiliator debeat puniri pœna iuris pro auxilio, & ultrà pœna pecuniaria pacis ruptæ? ¶ Iud. Hãc quæstionẽ in individuo posuit Cor. in consi. viij. circa primum. in iij. lib. quem ui-
72 deas. † Illud proximè sciendũ esse arbitror, vt si contigerit aliquem furem condemnari ad pœnã mortis per c. regni. ad hoc, quod nostrorum condẽnetur etiã in eadẽ sententia ad pœnam mortis, & ad restitutionẽ bonorũ furto subtractorum: ut est cautum per c. regni. incip. si de furto. & antè dictũ capitulum ita uoluit Gl. & Bar. in l. interdum. §. qui furẽ. ff. de fur. & Inno. in c. cum oportet. extrà. de accusa. aliàs iudex teneret de suo. quare aduertas, ne erres. ¶ Fisc.
73 † Quid si tres sententiæ conformes fuerint prolatæ cõdẽnatoriæ ad mortem, an iterum appelletur, vel dicatur de nullitate? ¶ Iud. Dicas, quòd in criminalibus, vbi executio est irretractabilis, non habet locum titulus: ne li. ter. pro. & Cle. j. de re iudi. sed non obstante, quòd sint tres sententiæ conformes, potest iterum appellari, & dici de nullitate: & interim suspẽditur executio. secundũ Pau. de Elea. & Pe. de Anca. in d. Cle. j. & refert & sequit Ang. de Aret. in lib. malefi. in uerbo, fama publica.
74 i x. col. circà mediũ. ¶ Fis. † Quid si accusator non posuit in libello, quòd delictũ fuit commissum tẽpore punibili, sed in processu est probatũ, an possit sequi condẽnatio? ¶ Inqu. Videtur, quòd debet sequi absolutoria, & non condẽnatoria: ut format Ludo. Rom. in l. non solùm. §. sed ut probari. ff. de no. ope. nũtia. vbi dicit ita tenuisse Fran. Accur. pro quo allegat Angel. in l. eum actum. ff. de nego. gest. & Specu. in titu. de actio. & peti. §. sequitur. versic. hoc quoq;. ¶ Iud. Si benè inspiciatur Ludo. in loco allegato, tenet contrariũ, quòd debet sequi condemnatio. & hanc opinionem sequitur Angel. de Are. in lib. male. in verbo, de anno præsenti. in iij. colu. licèt ibi Augu. uideatur tenere contrarium propter consil. Angel. in nu. 298. atque in regno est sopita illa quæstio per ritum magnæ curiæ uicariæ incip. Isabella. ut dixi suprà in verbo, audiatur exceptiones proponendæ. atque eo cauetur, in criminalibus procedi debere sola facti ueritate inspecta, & attenta ueritate, non obstantibus quibusuis nullitatibus, ineptitudinibus, & defectibus, ut ibi dixi. & sic satis erit, si constet de ue-
75 ritate. † Itẽ scias, adeò faueri innocentiæ, & absolutioni reorum,

ut posiit ferri sententia absoluto
ria in diebus feriatis, modò non
sint feriæ inductæ in honorem
Dei: vt habetur per Bar. in l. custo
dias. ff. de pu. iud. & ibi Gl. & in l.
76 dies festos. C. de fer. † Sed senten-
tia condemnatoria nō potest fer-
ri in diebus feriatis, etiam mes-
sium, vel uindemiarum, uel alio-
rum temporum: ut habetur per
Gl. & Bart. in d. l. custodias. & cō-
gerit Pau. Grillan. in trac. de rela-
xat. carce. in ti. de absolutione in
77 nocentis. † Insuper non est o-
mittendum, quando tractatur de
absoluendo reo, quòd aliqua for-
ma absolutionis debeat esse: exē-
pli gratia: inquisitus fuit quis de
delicto, de quo erant indicia, pro-
pter quæ tormētis expositus fuit,
si nihil confessus fuerit: & sic pur
garit indicia, petieritq; absolui,
debebit reponi in carceribus, &
citari accusator, vt intrà breuem
terminum compareat ad dādum
alia indicia, aliàs procedendū esse
ad relaxationem carcerati, nemi-
ne tum comparēte ad dandū alia
indicia, debebit absolui ab obser-
uatione iudicij: ut habetur in l.
properandum. §. & siquidem. C.
de iudi. & ibi Gl. Bar. & Moder. &
congerit Paul. Grillan. in tracta.
de relaxa. carce. in ij. q. ubi plenè.
vel secundum Marsi. in l. repeti. ff.
de quæsti. debet liberari sub fide-
iussoria cautione de stando iuri,
& se præsentando, &c. ita serua-
tur indifferenter in magna curia
uicaria. sed quando quis est inqui
situs de delicto, & uenit absoluen
dus uti innocens: quia suam inno
centiam probauit, uel quia uerus
delinquens repertus sit, debet defi
nitiuè absolui. & est maxima dif-
ferentia inter hos duos modos
absoluendi. nam ex primo nō po-
test opponi exceptio rei iudicatæ
& litis finitæ curiæ inquirenti de
nouo, sed superuenientibus indi-
ciis iterum uocatur & inquiritur:
ex secundo uerò competit exce-
ptio rei iudicatæ & litis finitæ ad-
uersus curiam uolentem de no-
uo inquirere, uel alium uolen-
tem accusare: ut plenie per Paul.
78 Grilla. vbi suprà. † Item est aduer
tendum, quòd executio sentētiæ
corporalis, est facienda in locis
publicis, & non in carceribus, ut
vnius exemplo cæteri permitte-
scant. l. capitalium. §. famosos. &
l. aut facta. §. fi. ff. de pœ. l. j. C. ad l.
Iuliam repet. plenè Pau. Grilla. in
tra. de relaxa. carce. in prima quæ-
stione. & hoc nisi fieret gratia ꝓ-
pter consanguineos nobiles, ut
quandoque vidi fieri. ¶ Fiscus.
79 † Nunquid si inquisitus moriat̃
pendente iudicio, possit suspendi.
¶ Iudex. Regulariter non po-
test in corpus mortuum exequi. se
cundùm Ange. in l. defuncto. ff. de
pu. iu. & ibi Imo. fallit secundùm
eundem in famosis latronibus. q̃
sequitur Ange. ab Aret. in lib. ma-
lefi. in verbo, qui iu. vi. quòd non
80 compa. iu. ꝗ ba. vij. col. † Et an
possit cōcedere corpus mortuum
faciendæ anatomiæ gratia medi-
cis: Bar. in l. fi. ff. de cada. pu. dubi
tat, & non soluit. Francis. de Rip.
in tracta. de peste. nu. 124. cum se-
quen. & Fran. Cur. in l. imperium.
quem refert Lancello. Dec. ibi co
lu. ij. versic. in ea Gloss. ff. de iuris-
dict. om. iud. dicunt, quòd facere
anatomiam spectat ad publicam
utilitatem, ut medici pro conser-
uandis corporibus hominum fiāt
peritiores.

peritiores. & hoc non poteſt imputari ad iniuriam. argu. op. l. quod reipublicæ. ff. de iniur. & ſic anatomia eſt permiſſa, & non peccat iudex tradendo cadauera medicis. & firmat Boër. in deciſi.
81 cclxxxvii. ij. par. † Et aduertas domine Fiſce, quòd ſi fertur ſententia te inaudito, eſt nulla: & ex integro recognoſcẽdum eſt. tex. eſt not. in l. non intelligitur. §. diuus. & in l. ſi fiſcus alicui. ff. de iur. fiſ. & Gloſ. in l. j. C. de ſenten. aduer. fiſc. lat. lib. x. & hoc procedit, ſi eſt lata contrà fiſcum: ſecùs, ſi eſt lata pro fiſco, quia tunc ualet, etiam ſi ſit lata abſente & inaudito fiſco. ita dicit Gloſ. not. in d. §.
82 diuus. † Vnum tamen non obliuiſcaris, quòd fiſcus non poteſt appellare à minoritate pœnæ vel à ſententia abſolutoria. ſecũdum ritus magnæ curiæ vicariæ duos. prior incipit: item in cauſis. alter eſt ſub rubrica, quæ incipit: practica ſuper compoſitionibus, in fine. & ſunt in uiridi obſeruantia: & ſecũdùm eos fuit determinatum in ſacro regio conſil. vt teſtatur Grammati. in deci. xiiij. incip. in cauſa magnifici Pyrrhi. & ſi quis fuerit punitus ex delicto minori pœna, quã iuris ſit, an denuo poſſit puniri: vide Boër. in deciſio.
83 289. ij. par. † Sed licèt fiſcus non poſſit appellare per dictos ritus. puto tamen, quòd poteſt dicere de nullitate, quæ ex eiſdem actis, & ſententiæ inſpectione apparet: vt voluit Ang. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact. vbi voluit, quòd prohibita appellatione per ſtatutum, non cenſetur prohibita nullitas manifeſta. & voluit Anto. de Butri. in c. cum Bertoldus. de re iudica. in pe. char. verſi. quintus caſus. & plenè per Pet. Philipp. Cor. in conſi. iiii. in. ij. li-
84 br. & conſil. cciii. in eo. lib. † Licèt prohibita appellatione, cenſeatur prohibita etiam ſupplicatio: vt voluit Cyn. in l. fi. C. vt lit. penden. vbi bona Gloſ. Inno. d. Anto. & communiter alii in c. ex literis. de in integr. reſti. poſt Gl. ibi in verbo, ſupplicauit. licèt uideatur prima facie contrariari text. l. ſi quis. cum authen. quæ ſupplicatio. C. de prec. imp. offe. vide multa per Par. de Put. in libr. ſyndica. in verbo, appellatio, uerſicu. an ſi ſtatuto ſuperioris.
85 † Eſt etiam aduertendum, quòd ſecundùm conſuetudinem non citatur reus inquiſitus nominatim & ſpecificè ad audiendum ſententiam: vt teſtatur Angel. Aret. in libr. maleſi. in uerbo, qui iu. commi. l. preco. quòd banni. ad conſil. in princip. & maximè procedit, quia de conſuetudine proferuntur ſententiæ in præſentia
86 rei. † Item eſt ſciendum, quòd in criminalibus poteſt ferri ſententia, etiam nulla parte inſtãte. per text. in l. quàmuis indu. C. de adulte. per quam ita tenuit Angel. vbi
87 ſuprà. † Item aduertat aſſeſſor, quia abſente poteſtate non poterit in cauſis criminalibus ſententiare, etiam ſi fuerit vicarius ipſius ab ipſo conſtitutus. ſecũdùm Ange. in verbo, hæc eſt quædam
88 ſentẽtia. † Item aduertas, ꝙ in ſententiis maximè capitalibus eſt in ſerenda cauſa, licèt ſecùs ſit in ciuili. ſecundùm Bal. in c. ſicut nobis. extrà. de re iudic. Alber. de Roſa in l. properandum. §. illi. C. de iudi. & firmàt Aug. de Ari. in ad-

 di.

di.ad Ange.in verbo, & quia no-
89 bis constat.† Item aduertas, vt in pœnis ordinariis & extraordinariis nunquàm excedas modum consuetum:qui modus consuetus demōstratur per quinternos prouentuum:vt latè per Par. de Put. in lib.syndi.in tit.de offic. syndi. versic. an si potestas condemnauit:aliàs diceretur grauare partē.
100 †Et est notandum,quòd si fuerit appellatum à sententia condēnatoria in criminalibus,& introducta causa per remedium appellationis coràm iudice appellationis, causa verò fuerit deserta, vel confirmata per iudicem appellationis sententia,& tractetur de facienda executione, executio debebit fieri per iudicem appellationis: vt habetur in ritu magnæ curiæ vicariæ: incipiente, item seruat ipsa curia,quòd quando.
101 †Item est aduertendum, quòd executio sententiæ capitalis non debet fieri in diebus feriatis in honorem Dei: vt plenè congerit Boër.in decisio.cclix.in.ij.parte. vbi etiam ponit, quando fallat hæc regula, & dicit, quòd latrones insignes omni tempore pos-
102 sunt morti tradi. † Item est aduertendum,quòd antequàm proferatur sententia capitalis, debet quis conuinci, quòd ore proprio sit confessus: nec sufficit, quòd post sententiam latam cōdemnatus conuincatur.quia illa sententia ex nouis probationibus non reconualescit:vt habetur pulchrè per Boër.in d.decisio.cclix.per to
103 tam. † Item est aduertendum, quòd si iudex ecclesiasticus aliquem puniuit de delicto, de quo ipse & iudex secularis poterāt cognoscere,ex quo erat mixti fori, non potest iudex secularis ipsum denuo punire: vt plenè congerit Boër.in decisi.cclxxxix.in.ij. parte: & dixi suprà.

QVINTA PARS. principalis.

¶Et taliter se gerat in omnibus,vt in fine officij mereatur laudari. Rub.

SVMMARIVM

1 *Officialis benè se in officio gerens,laudandus erit.*
2 *Officialis non debet discedere ex officio, nisi priùs steterit syndicatui.*
3 *Officialis si benè se geßit,non debet in syndicatu calumniis uexari.*
4 *Officialis non debet deponere officium antè aduentum successoris.*
5 *Officialis deposito officio,quid debeat facere.& nu.6.*
7 *Officialis malè se in officio gerens,debet puniri.*
8 *Officialis quid debeat facere antè finitum officium.*
9 *Officialis si steterit syndicatui,& innoxius repertus fuerit,debet liberari.*

IVDEX.

1 Cvm † autem officialis benè, diligenter,honorificè, ac laudabiliter, secundum supradictas regulas

las se in officio, ei pro tempore cō misso, gesserit, in fine ipsius ab omnibus laudandus veniet, & ma gna fulgebit gloria. secundum Ange. in authen. vt iu. fi. quo. suf fra. §. oportet. per illum text. & adeò id verum est, vt nec rationem reddere cogendus sit coram syndicatu. secundùm Bal. in l. iij.
2 C. de ma. testa. † Non tamen debet ab officio discedere, nisi stete rit syndicatui, & permissum fuerit. ad hoc, vt cum maiori laude & gloria possit inde discedere. l. meminisse. ff. de offic. procon. in prin. & ibi. Bald. & est prodita de hoc regia pragmatica de syndic.
3 offi. † Debet tamen si furtis & sceleribus minimè se maculasse inuē tus fuerit, mereri omnem dignitatem & honorem. l. iudces. C. de dignita. li. xii. & l. pen. de vetera. & si stat syndicatui, non debet cālumniis impeti, & vexari contrà
4 honorem & dignitatē suam. † Et non debet desistere ab officii exercitio, priusquàm uenerit eius successor, & præsentatæ fuerint literæ desistentiæ: vt cauetur per capitulum regni incipien. scire vos volumus. & probatur in l. meminisse. ff. de offic. procon. propter ciuium vtilitatem. l. j. §. administratores. C. vt omnes cau. & in l. præfectus. ff. de offic. præfe. august. l. si fortè. ff. de offi. præsi.
5 † Et præsentatis literis desistentiæ, debet suo successori consignare omnes carceratos, de quorum consignatione fieri faciat actum publicum: & pariter consignet omnia acta pendentia: & quinternos prouentuum si penes se habebit. & similiter de omnibus fieri faciat actum publicum; & particulariter ac distinctè informet suum successorem de omnibus causis pendentibus, ac aliis ad officium spectantibus & pertinentibus: vt inquit Bald. in l. j.
6 an ser. ex suo fact. † Quibus peractis eligi faciat syndicatores, promulgari faciat banna. secundùm formam traditam in hoc per Par de Put. in lib. syndi. in tit. de mo. & for. syndi. ver. deinde verò. & ipsis bannis emanatis, seipsum publicè exponat responsurum, & redditurum rationem super querelis, quæ sibi per subditos fortè fierent. l. j. C. vt omnes cau. l. ij. & ad leg. Iul. repe. nec latenter maneat in domo potentis, vel propria: sed publicè se exhibeat, &
7 omnibus sui copiam faciat. † Vt sic, si malè in officio se gesserit, puniatur, & restituat damna subditorum: sin autem benè & fideliter, tantò magis possit laudari & præmiari: vt habetur in consti. re
8 gni incip. volumus. † Et consulo officiali, & assessori, vt antè aduentum successoris per mensem cum suo actuario perquirat omnes cō positiones & informationes, ex quibus deuentum fuit ad ipsas, omnesq; sententias à se latas, & interlocutorias: & commemoret causas, ex quibus motus fuit: & omnia summatim in quinterno conscribat, vt sic possit deposito officio de singulis rationem expeditam reddere: vt etiam docet Par. à Put. in lib. syndi. versi. viso de modo proce. in fi. in tit. quali-
9 ter offi. debet se ha. depo. offi. † Et postquàm steterit syndicatui, & innoxius repertus fuerit, debet obtinere literas syndicatus, quæ uocantur liberatoriæ, in quibus debet

debet publicè commendari. l. iustissimos.de offi. recto. prouin. & in signum bonæ administrationis debet dari ab uniuersitate aliqua iocalia, uel arma, uel uexilla, quæ deinde in signum bonæ administrationis deferunt ad alia offic. vt dicit Par.in libro syndica.in titu.de quibus syndi.offi.uersi. quo modò autem probabitur.

SEXTA PARS principalis.

¶ De forma capitulorum in pluribus delictis. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Adulterium non potest ex officio puniri.*
2 *Adulterium ut puniatur et capituletur, debet probari de matrimonio.*
3 *Adulterium non potest probari directò.*
4 *Mulierē inhonestè uiuere, quomodò probetur.*
5 *Coitus nepharius qualiter puniatur. & nu.7.*
6 *Virginitas probatur per depositionem principalis.*
8 *Incestus crimen cum quibus committatur, & qualiter puniatur. & nu.9.*
10 *Memoria defuncti quando dānetur, & qualiter procedatur. nu.11. & 12.*
13 *Incendium qualiter puniatur. & nume.14.*
15 *Vulnus quomodò puniatur. et, nu.16.17. & 18.*
19 *Vulnus quod dicatur lætale.*
20 *Cicatrix quando dicatur remansura.*
21 *Vulnus lætale quando sit. numero 22.*
23 *Membrum quando dicatur debilitatum.*
24 *Homicidium cōmissum à pluribus, quando puniatur in pluribus.*
25 *Auxiliator quando puniatur: & quomodò debeat in capitulis dici.*

¶ De forma capitulorum in adulterio.

IVDEX.

CAPITVLA specialis inquisitionis formatę & formandæ ad querelam T. contrà & aduersus G. de adulterio per eum commisso cum A. uxore legitima & naturali dicti T. super quibus omnibus, & eorum singulis cum annexis, connexis, emergentibus, & dependentibus ab eis, ac prorsus extraneis curia ipsa magnifici Straticoti Salerni intendit iustitia mediante procedere, & repertum culpabilem dictum G. punire & castigare, ut iura uolunt & mādant: & si semiplenè tantùm constare contrà eum reperierit, seruatis seruādis eūdē subiicere quæstionibus & tormentis ad eruendam ueritatem, cum eam non ualeat

leat aliunde habere, idq; instante dicto T. querulante, & nunc in casu prædicto petente fieri & prouideri, vt suprà, omni meliori modo, &c. † Ideo dixi: ad querelam, quia ex officio in adulterio procedi non potest: vt plenè per Afflict. in consti. legum asperitate. fallit tamen si adulterium sit notorium. Afflict. in decisio. 176.

1 (margin)

In primis inquirendum est, qualiter de anno, &c. de mēse, &c. regnantibus, &c. sub præsidatu, &c. dominante, &c. in ciuitate Salerni, & proprie in loco, vbi dicitur d. G. suis iuribus non cōtentus, animoq; diabolico instigatus, & spiritu nequam ductus, temere dolosè, scienter, & appensatè, pluribus & reiteratis uicibus, nō aduertens quàm graue scelus sit adulterium committere, cōmisit & patrauit adulterium cum dicta A. ipsam carnaliter cognoscendo, coitum cum ea cōmittendo, & emittēdo sperma in eius vuluam, sciens ꝙ dicta A. esset vxor legitima & naturalis d. T. quare incidit in pœnā in tales à iure statutam. quod inquirēdum est, &c. quod fuit, &c.

Item inquirendum est, qualiter d. A. tam antè dictum adulterium commissum, quàm tunc, & postea, & nunc similiter fuit, erat, & est legitima & naturalis uxor dicti T. & extendatur.

2 †Quòd erat vxor: & sic matrimoniū debet antè oīa uerificari & capitulari in adulterio, vt dixi suprà in verbo, capiat informationem.

Itē inquirēdum est, qualiter fuit. erat, & est publicū, notoriū, & manifestū inter hoīes, & per hoīes Salerni, dictā A. fuisse & esse legitimā & naturalem vxorē dicti T. & ꝓpriè ī vicinia habitationis dicti G. & extendat.

Itē inquirendum est, qualiter de præsenti anno & mense dictus G. fuit visus sæpenumero ītroire domū dicti T. in ipsius absentia, vbi erat dicta A. sola: & qūotam d. G. quàm d. A. soli fuerūt visi introire cubiculū quodpiā & claudere ostia ipsius ac fenestras, & qūo fuerint ibidem magno cōtinuè tēporis spatio &c.

3 †Adulterium nō potest probari directò: ideò debet probari per coiecturas & præsumptiones. c. prætereà. c. hominis. & c. tertio loco. de testi. vide Ang. Aret. in libro malefi. in verbo, che me hai adulterata la mia donna. v. col.

Item inquirēdum est, qualiter d. A. est pulchra & formosa, & dict⁹ G. fuit, erat, & est iuuenis aspectu pulcher & formosus.

Item inquirendū, qualiter dictus G. nullam habuit, nec habet consanguinitatem & affinitatem cum d. A. & d. T.

Item inquirēdum est, qualiter d. G. pluries fuit visus ponere manus ad pect⁹ d. A. & eā osculari. Et fiant sic alia capitula, prout facti qualitas requiret.

¶ *Exceptiones aduersus adulterium.*

EXCEPTIONES & defensiones, quę probādæ offerunt in curia magnifici Straticoti Salerni ꝑ G. in causa vertēte inter ipsum querulatū ex una, de & sup adulterio prætēso, vt ponit, cōmisso

misso in personam A. uxoris T. & dictum T. querulantem ex altera: super quibus omnibus instatur & petitur examinari testes producēdos semotim & in secreto, vt moris & iuris est: quibus examinatis ex nunc pro tunc petitur publicationem fieri: qua facta quatenus opus est, petitur terminus ad vberius ꝓbandum: terminus ad repulsam: publicationem fieri in repulsa: audiri cū aduocatis super discussiōe indiciorū: & gradatim, conditionaliter, & successiuè audiri in omnibus: non se astringendo, &c. & protestatur, &c.

In primis reuocat omnes confessiones factas per eū in iudicio, & extrà, ī parte & partibus contrà se facientes, & non aliter.

Et contrà acceptat omnes cōfessiones quomodolibet factas ꝑ d. T. querulātem, & curiæ coadiutorē, in parte & partibus ꝓ se faciētibus, & non aliter.

Item excipiatur de bona & optima uita, conditione & qualitate d. G.

Item excipiatur de bonis & perfectis moribus, & conscientia ipsius.

Item excipiatur de amicitia intrinseca & inueterata ipsius G. cum d. T.

Item, quòd fuit uisus conuersari in domo d. T. id factū esse de eius uolūtate, vidēte & videlicet patiente eo, ac ipsum rogante, vt accederet.

Item, ꝙ pluries d. G. fuit visus & auditus reprehēdere & hortari d. T. vt tolleret malas conuersationes de domo sua.

Item, quòd pluries fuit visus & auditus hortari dictā A. vt honestè & castè viueret, & vti fidelis viro suo esset.

Item, quòd adeò ipsam hortari solet ad bonam & castam vitam: vt dicta A. id ægerrime ferret, ac multo tempore odio ipsum prosecuta sit.

Item, quòd pluries fuit uisus & auditus dict. T. dicere & rogare ipsum G. vt in sua absentia accederet domum suam, & videret, quid faceret dicta A. quia multum cōfideret illi.

Item, quòd d. A. viuebat meritricio more, & passim & indistinctè ꝑmittebat iuuenes ad se introire.

4 † Quomodò probetur mulierem inhonestè uiuere: per Alex. consil. xiii. uol. 7. & an istud excuset ab adulterio: uide Sali. in l. que adulterium. C. de adul.

Item excipiatur, quòd d. T. permittebat & patiebatur d. A. lasciuire & luxuriari.

Item excipiatur, quòd pluries aufugit de domo d. A. & quòd sēper à d. T. in gratiā recepta sit.

Item excipiatur de odio, quo prosequebatur dicta A. dictum. G. ita vt non sit uerosimile eam se permisisse ab eo adulterari.

Item excipiatur, quod fama publica habuit ortum à dicto T. & d. A. & à maleuolis, & post carcerationem ipsius G. & non à fide dignis.

Item excipiatur de contraria fama in locis magis publicis, & à fide dignis & honestis ꝑsonis.

Item excipiatur de spontanea cōparitione, & aliter, ut natura facti expoposcerit.

¶ De

¶ *De forma capitulorum in nephario coitu.*

CAPITULA specialis inquisitionis,quæ fit & fieri intendit ex mero curiæ magnifici Straticoti ciuitatis Salerni officio, contrà & aduersus I. de nephario coitu per eum commisso, & patrato cum eius propria filia, legitima & naturali: & sequitur, vt suprà.

In primis inquirēdum est,qualiter de anno, &c. de mēse,&c. regnantibus, &c. dominante, &c. sub præsidatu, &c. in ciuitate Salerni, & propriè, &c.dictus Ioan. suis iuribus non contentus, animo diabolico instigatus, & spiritu nequā ductus, non aduertens quàm graue scelus sit cum propria filia, legitima & naturali coire, & carnaliter cognoscere suā filiam nomine F.pluribus & reiteratis vicibus carnaliter cognouit,stuprauit,& impregnauit, temere,scienter,dolosè,& appensatè:quamobrē incidit in pœnam in tales à iure statutam:quod inquirendum est: quod fuit.

5 † Committens ergo nepharium coitum: aut sumus in foro iudiciali, aut coràm ecclesiastico iudice: nam etiam si est clericus, punitur. quia debet deponi. c. at si clerici.§.de adult. de iudaicus verò maiori anathemate excōmunicatur. 33.q.2.si quis cum matre. & in c. si quis cū duabus.in fine. in foro seculari & ciuili, aut per viam matrimonij cōmittitur. & tunc si scienter, priuātur dote & omnibus bonis, & perpetua notantur infamia: & honestiores in insulam regulantur:viliores publicè fustigantur, & in exilium mittuntur: sed si per viam fornicationis, morte puniuntur, siquidem scienter: vt plenè per Pau.Gril. in tract.de pœnis omnifa.coi.2.q.vbi plenè.

Item inquirēdum est, qualiter. d. F. fuit,erat,& est filia legitima & naturalis dicti I. & pro tali, & tanquàm talis semper habita, & extendatur. Item inquirendum est,qualiter d.F.fuit,& est nata cōstante matrimonio inter ipsum I.& B.& extendat.

Item inquirendum est, qualiter dicta F. fuit, & erat virgo antè coitum, quæ passa est à dicto I. suo patre, vt per eius depositionem cū iuramento factam, constat, quæ reproducitur.

6 † Creditur enim de virginitate mulieri contrà delinquentem in eam:vt per Alex.consi. 229. in sexto lib.

Item inquirendum est,qualiter d. F. post dictum nepharium coitum, vbi peruenisset ad notitiā curiæ,ab ipsa curia tradita matronis in talibus expertis ad inspiciendum, reperta fuit, & est stuprata & prægnans.

Item inquirendum est,qualiter in dicta ciuitate Salerni fuit, erat,& est publica vox & fama inter homines, qui maior pars sint,& quidē non maleuoli,&c. quòd dictus I. commisit & patrauit nepharium coitum cum d. F. ex quo nephario coitu sit stuprata & effecta prægnans. & sequatur.

Item inquirēdum est, qualiter dictus

ctus I. semper fuit visus & auditus tenere, tractare, & reputare d.F. vti suam filiam legitimã & naturalē: & quòd sciebat ac scire poterat fuisse, & esse suam filiam, & sequatur.

Item inquirendum est, qualiter fuit visus & auditus dictus I. pluries osculari dictam suam filiã, & ponere manus subtus uestes, & ad pectus per lasciuiam. & sequatur.

Item inquirendum est, qualiter dicta F. pluries fuit audita cõquer i dicto I. suo patri de dicto coitu: ad quod ipse Io. ei diceret, φ taceret, & nemini diceret, φ id euulgatum vtrique periculo foret. Et fiant alia capitula prout facti series requiret.

¶ *Defensiones & exceptiones aduersus coitum nepharium.*

Exceptiones & defensiones, quæ probandæ offeruntur, &c. sequatur, vt suprà mutatis personis, & specie delicti.

In primis reuocetur & acceptetur, vt suprà.

Item excipiatur vt suprà, de bona vita, conditione, & qualitate d. I.

Itē de bonis & perfectis moribus, & de bona conscientia.

Itē excipiatur de matrimonio cõtracto inter ipsum, & B. eius vxorem.

Item excipiatur, quòd contracto matrimonio inter ipsum, & B. carnaliter eã cognouit cõsummando matrimonium taliter, vt eam impregnauit.

Item, quòd eam prægnantem reliquerit proficiscendo extrà regnum, & quindecim annos abfuerit.

Item, quòd postquam rediit reperiit suam uxorem esse mortuã, & d.F. in domo sua, quam iusta credulitate ductus credidit esse pedissequam domus, & non filiam.

7 † Ille autem, qui ignorãter committit nepharium coitum per viam fornicationis, non punitur pœna mortis, vt aliàs puniretur, si nõ ignoranter cõmisisset: vt benè notat Gril. in tract. omnifa. coi. pœ. in ij. q. circà fi. vbi multa habebis de hoc crimine. videatur in facti contingentia.

Item videatur, si potest excipi & probari, quòd ab alio fuerit cognita. & aliter excipiatur, vt qualitas & natura facti exposcerit.

¶ *De forma capitulorum in crimine incestus.*

Capitvla specialis inquisitionis factæ, & faciendæ ex mero curiæ officio, necnon ad denuntiationem F. baiuli iurati, ac denuntiatoris dictæ curiæ, &c. sequatur, vt suprà, mutatis personis, & specie delicti.

In primis inquirendum est, qualiter de præsenti anno, &c. de mēse, &c. regnantibus, &c. dominante, &c. sub præsidatu, &c. in ciuitate Salerni, & propriè, &c. dictus D. suis iuribus non contentus, animoque diabolico instigatus, & spiritu nequam ductus, non aduertens quàm graue scelus sit incestus crimen cõmittere, cum sua cognata, carnali

nali ſorore ſuæ vxoris, nominata D. rem habuit, ipſamque ſtuprauit, committendo inceſtũ, & prægnãtem reddidit pluries eam carnaliter cognoſcendo. quocircà incidit in pœnã à iure ſtatutam. quod inquirendũ eſt, &c. & infrà particulariter deſcribetur.

8 † Crimẽ enim inceſtus committitur cum conſauguineis, affinibus, aſcendentibus ac deſcentibus, quocunque gradu vel ſexu cõiunctis, & eius lineæ trãſuerſalis hominibus, in qua matrimonium eſt prohibitum. omnis inter tales coitus, eſt inceſtus: vt dicit Gloſſa in rub. C. de inceſt. nuptiis. & l. qui contra legum. in auth. inceſtas. & in authen. ex cõplexu. eod. tit. & hęc non ſolum intelliguntur de illis, quæ ſunt coniunctæ cognatione legali: ſed etiam de cõiunctis cognatione ſpiritua-li, mediante baptiſmatis vel chriſmatis ſacramento: inter quas etiam ſtante vinculo ſacramenti, matrimonium illicitum eſt. c. j. ij. & iij. per totum. titu. de cogna. ſpiritua.

9 † Et in hoc crimine de iure canonico in foro conſcientiæ imponitur pœna ſecundùm ius antiquum: clerico erat indicta pœnitentia decennalis, vt tanto tẽpore ab ingreſſu ecclesiæ, communione fidelium, & participatione ſacramentorum, ſe abſtineret. lxxxij. diſtin. præsbyter. & xxvij. q. j. c. deuotam. laicus verò ſeptem annis duntaxat illa pœnitentia cruciabatur, 33. q. ij. c. hoc ipſum, verùm. hodie autem ſeptẽnali pœnitẽtię, tam clerici, quàm laici ſubiiciuntur. d. c. hoc ipſum. aliud tamen in grauioribus, vt ſi cũ matre, filia, maſculo, vel brutis ſe commiſcuiſſet. in foro autem contentioſo de iure canonico clericus deponitur ab omnibus ſacris ordinibus, ac beneficiis officiisque eccleſiaſticis priuatur: vt not. in c. at ſi clerici. §. de adulteriis. & ibi Gl. de iudi. Abb. & cæteri ſcribẽtes. laicus verò ſi commiſit dictum crimẽ in figura matrimonii, idq; ſcienter, eſt excommunicatus, & fit ſeparatio matrimonii. c. j. & ij. de conſan. & affi. & c. non debet eo. tit. ſi verè ignorãter, mitiùs punitur arbitrio iudicis: & fit ſeparatio matrimonii. d. c. j. ſi verò committitur in actu fornicationis, tũc ſi vir ſit coniugatus, priuatur perpetuò, ne poſſit petere debitum ab vxore, cuius cõſanguineam vel affinem cognouit: & priuatũ inſuper, ne poſſit vxore mortua, alteram ducere: vt c. j. ij. & c. trãſmiſſæ. de eo, qui cog. cõſan. vxo. ſuæ. ſed de iure ciuili eſt pœna mortis. Glo. eſt in l. ſi adulteriũ. & ibi Bar. ff. de adulter. & ibi dicit, quòd eſt eadem pœna in maſculo, & ĩ fœmina: ſed hodiè eſt immutatum in fęmina, ſicut pœna adulterij. per auth. ſed hodiè. C. de adulter. & hæc procedunt, vbi talis inceſtus committitur per viam fornicationis. ſed ſi nuptiæ præceſſerunt, & talis coitus eſt cõmiſſus in figura matrimonii, tunc ſi ſcienter, ſunt ſeparandi, & etiam aliis pœnis afficiũtur, de quibus in l. qui cõtrà legum.

C. de

C. de incest.nup.sed si ignorãter contraxerunt,parcitur illis. & est notandum,quòd quando per uiam fornicationis cõmittitur incestus, nõ fit illa distinctio, ignorantérne an scienter: sed vtroque modo puniuntur pariter: nisi mulier sit meretrix, vel aliter impudica. tunc enim non punitur vir pœna incestus, si modò verè erat ignarus:vt plenè per Paul. Grillan. in tract. de pœnis omnifariam coitus, iij. q.

Item inquirendum est,qualiter dictus Dominicus contraxit matrimonium legitimè & solenniter, interuenientibus omnibus solennitatibus à iure & consuetudine requisitis,cũ N.& quod vt vir & vxor fuerunt habiti & reputati, &c. & extendatur.

Item inquirendũ est, qualiter constante matrimonio plures procreauit filios ex dicta N.&c. & extendatur.

Item inquirendum est, qualiter tam antè contractum matrimonium, quàm post, dicta N. habuit, & habet sororem B. quæ fuit, erat, & est eius soror carnalis,nata & procreata ex eodẽ patre & matre. & extendatur.

Item inquirẽdum est,qualiter dictus D. sciebat,& scire poterat eandem B. fuisse & esse sororẽ carnalem dictæ suæ uxoris,&c.

Item inquirendum est, qualiter fuit, erat, & est publica vox & fama apud hominum dictæ ciuitatis maiorem & saniorẽ partem, dictam B. fuisse & esse sororem carnalẽ dictæ N. & per consequens affinem carnalem dicti D. &c.

Item inquirendum est,qualiter tã de iuris dispositione, quàm de cõsuetudine fuit, & est in dicta ciuitate ꝓhibitum, fieri matrimonium inter sororem carnalem vxoris, & maritum sororis carnalis, &c.

Item inquirẽdum est,qualiter dictus D. pluries fuit visus solus in loco secreto cum dicta B. ipsam osculando, ponendo & tenendo manus ad pectus, amplexando,& alia faciendo,quæ citrà cõmissionem incestus fieri, nequeũt,&c.& extendatur.

Item inquirendum est, qualiter fuit, erat, & est publica uox & fama,&c.& extendatur indiciũ famæ.

Item inquirendum est de virginitate ipsius B.

Item inquiratur,quòd tradita matronis in talibus expertis, fuit reperta stuprata & prægnans:

Item ponantur alia ordine præscipto per extensum,proùt facti qualitas exegerit.

¶ *Exceptiones et defensiones aduersus incestum & stuprum.*

Exceptiones & defensiones,quæ probandæ offeruntur in curia magnifici Straticoti ciuitatis Salerni per d. inquisitum de crimine stupri cum incestu, vt præmittitur,commissi, ab eo in personã B.& sequatur, ut suprà.

Reuocetur ac acceptetur, vt suprà.

Item excipiatur de bona fama, uita, & conditione dicti D. per extensum.

Item excipiatur de honesta uita, quam

quam semper duxit & ducit,& maximè erga suas affines & cõ sanguineas.

Item excipiatur, quòd semper fuit & est zelotipus honoris suarum consanguinearũ & affinium.

Item, quòd semper fuit uisus & auditus hortari suas consanguineas & affines ad honestam uitam ducendam, & reprehendere, si quid inhonesti in eis cõ sideraret.

Item, quòd semper adeò uixit honestè & castè, ut meritò dici possit esse autor colendi bonos mores affinibus & consanguineis.

Item, quòd semper fuit uisus adeò adamare & colere suas cõsanguineas & affines, ut meritò dici possit eas adamasse amore paterno.

Item, quòd nunquàm fuit uisus committere cum affinibus & consanguineis actus inhonestos.

Item, quòd si aliqua uice fuerit uisus osculari dictam B. id fuit & erat in præsentia suæ uxoris, quæ quia uidebat id fieri citrà malitiam, non ægrè ferebat, etsi natura esset summopere zelotypa.

Itẽ excipiatur de impudicitia dictæ B. & de eius malis moribus.

Item excipiatur, quòd pluries cõquestus fuit cum affinibus & consanguineis dictæ B. de eius impudicitia dictus D.

Item, quòd dictum Dominicũ ob hoc summo odio ꝑsecuta fuit d.B.

Et aliter, vt materia facti expoposcerit.

De forma capitulorũ, quando damnatur memoria ob crimen læsæ maiestatis.

Capitvla specialis inquisitionis, quę fit & fieri intenditur ꝑ curiam magnifici Straticoti Salerni ex mero eius officio contrà & aduersus memoriam quondam F. & sequatur, ut suprà, mutatis ꝑsonis & facto.

In primis inquirẽdũ est, ꝙ de anno, &c. de mẽse, &c. regnantibus, &c. dominãte, &c. sub ꝑsidatu, &c. quõdã F. suis iurib⁹ nõ cõtẽtus, aĩoq; diabolico instigatus, nõ aduertẽs ꝙ erat feudatarius. Cæs. Ma. & ad iuramentũ fidelitatis obstrict⁹, vt ꝓditor spretis ꝑceptis dei & legis, ac postpositis honore & fidelitate, aĩo & intẽtione crimẽ ꝓditionis & læsæ maiestatis cõmittendi cõtrà dictã Cæs. M. ꝓdidit secreta ipsius Cæs. Ma. hostib⁹ & inimicis ipsius, propter quã reuelationem fuit directò offẽsa Cęs. ipsa maie. & nõnullæ ciuitates fuerũt debellatæ & deuictæ: quare incidit ĩ pęnã ad id à iure statutam, quod inquirendum est, &c. quod fuit, &c.

10 Cõtrà delinquẽtes in crimine læsę maies. in primò capite tñ dãnatur memoria defuncti: & sic morte nõ finit, ut dixi in verbo, itẽ cõmisit crimẽ læsæ maiestatis. & uoluit Ang. de Are. in li. male. in verbo, che hai tradita la tua patria. versi. & benè aduertas. Cepo. cõsi. xvij. nu. 6. & 7. Ludo. Rom. consi.

11 522. †Et in hoc iudicio debẽt citari hæredes, & successores etiam propinqui, qui veniãt & comparere debeant recepturi copiã capitulorũ specialis inquisitionis forma

tæ & formandæ contrà memoriā quondam F. eorum patris: & ad dicendum causam, quare non debeat dānari dicta memoria. aliàs ipsis non cōparentibus, procedetur ut iuris erit, citatiōe uerò ista facta,& comparentibus formātur dicta capitula, & interrogātur illi super eis, & dabit copia ipsorum. & sic procedetur,secūdùm Bal. in consi.lxiii.in 4.lib.& in citatione inseratur tenor capitulorū,vt docet Ang.de Are.in li.male.in uerbo,che hai tradita la tua patria.in
12 uerbo,& bene aduertas. † Et forma sententiæ in dicto crimine hæc erit: pronunciamus d. quondā F. cōmisisse crimen læsæ maiestatis, & contrà imperiū fecisse, & idcirco bona eius esse commodis fisci applicanda:vt uoluit Gl. insti. de hære.quę ab intest.deferun.§.per contrarium.

Itē capitulentur successiuè oīa capita criminis lęsæ maiestatis,super quibus prætendit defunctū incurrisse,& ē aduertēdū, ꝙ debent esse contēta in primo capite,nō in secundo, ut dixi suprà in uerbo, item commisit crimē læsę maiestatis.

¶ *Exceptiones et defensiones aduersus crimen lesæ maiestatis.*

Exceptiones, quæ probandæ offerūtur in curia magnifici Straticoti Salerni per G.& A.filios & hæredes quondā. F. eorum patris in causa uertente inter ipsam curiam inquirentē ex una, & memoriam dicti quondā F. inquisitā ex altera,de & super prætenso crimine læsæ maiestatis, ut asseritur,cōmisso per dictū quondā.F.& aliàs, ut in actis asseritur cōtineri:& ipsos exponētes citatos pro suo interesse. & sequatur.

¶In primis opponatur, ꝙ est elapsum quinquenium à die prętensi criminis: quo casu præscriptū est iuri inquirendi de dicto crimine cōtra memoriam: ut firmat Ang. Aret.in li.male.in uerbo, che hai tradita la tua patria.uersi.& benè aduertas.

¶Et si dicta exceptio non competierit, formes exceptiones & defensiones ex ijs, quæ dixi suprà in uerbo, item commisit crimē læsæ maiestatis. per transcursum.

¶ *De forma capitulorum in crimine incendij.*

Capitula specialis inquisitionis factæ & faciēdę ex mero curiæ officio, per curiam magnifici Straticoti ciuitatis Salerni contrà & aduersus V. de & super incendio. sequatur, ut suprà,mutatis mutandis.

In primis inquirendum est, qualiter de anno, &c.de mense, &c. regnantibus,&c.domināte,&c. sub prędidatu,&c.in ciuitate Salerni,& ꝓpriè,ubi dicitur, &c.ī dicta ciuitate dictus V.suis iuribus non contentus,&c.temere, dolosè,scienter,& appēsatè,aīo & proposito comburendi D.& eius domū, bona,ac familiam, ignem immisit in dictā domū, taliter,ut nisi auxiliū Dei interuenisset,nedū D.cōbust⁹ esset, sed etiā eius familia,& alia dāna illata essent dictæ ciuitati:& licèt domus solùm cōbusta cū bonis sit, incidit tamen proptereà

pтереà in pęnam in tales à iure sta tutam. quod inquirẽdum est, &c.
13 quod fuit, &c. † In materia istius criminis incendij in regno habemus unam constitutionẽ, inci. qui dolosè. in titu. de incendi, qua pu niuntur incẽdiarii pœna mortis, si dolosè fit factum ince ndiĩ: vbi And. de Iser. & ibi post eum Affli. dicunt id procedere, quando domus, in qua factum est incẽdium, erat in ciuitate: secùs, si in pago. & est ratio: poterat enim maius & grauius periculum resultare in ciuitate, quàm in pago. item debet haberi ratio, an ille, qui imposuit ignem, sit uilis persona. item an il la domus cõbusta sit pretiosa, an uilis. item an propter incendium aliquis homo sit mortuus, an nõ. item an ille, qui incendium fecit, sit solitus committere incẽdium, an non. nã secundùm eos conside rata qualitate personæ, delicti, habet locum dicta pœna mortis. habet ergo iudex arbitrium condẽnãdi ad pœnam deportationis cũ publicatione bonorum, uel mortis, uel incendij, consideratis prædictis: ut habetur in consti. qualitas personæ. & cum istis considerationibus dicunt Iser. & Affl. cõ sti. prædicta. & uide per Angel. de Are. in lib. male. in uerbo, incẽdia
14 rio. † Et de materia incendii uide Gramm. in decisi. iij. & Afflict. in constit. super incisionibus. & in decisi. lvij. & Alex. in consi. lxxiiii. in vj. li. ubi tractat, quomodò possit probari in incendio dolus abesse. & Bal. in consi. lxxvij. in 3. lib. & Barth. Cepo. in cõs. lxix. & Bar. Soci. in consil. ccxxij. & Bald. in consi. ccccxlj. pri. lib. & Bald. in consil. clxxiiii. in ij. lib. & Calca. consi. lxiiii. num. 13. & consil. lxj. lxij. lxiij.

Item inquiratur de inimicitia dĩcti Vicentii. & D. & extẽdatur.

Itẽ inquiratur de eius mala fama, conuersatione, & cõsuetudine delinquendi.

Itẽ inquiratur factũ immissionis ignis particulariter, & damnũ subsecutum.

Itẽ inquiratur damnum, quod potuit inferri.

Item inquiratur de vilitate immittentis ignem.

Item inquiratur, quòd dom⁹ erat pretiosa, & in ciuitate.

Item inquiratur de omnibus aliis indiciis, quæ possunt haberi.

¶ *Defensiones & exceptiones aduersus istud delictum.*

Exceptiones, & defensiones, quæ probandæ offeruntur.

In primis excipiatur de amicitia incendiarij pretensi cum eo, in quem prætenditur factum incendium.

Item excipiatur de bona fama, uita, conditione, qualitate, & bona conscientia ipsius prætensi incendiarii.

Item excipiatur, ꝙ nunquam fuit solitus committere incendia, nec alia delicta.

Item excipiatur de qualitate domus combustæ, ut quæ uilis sit.

Item excipiatur, ꝙ licèt si in ciuitate, sit tamen vbi nullum dãnũ potuerit inferri uicinis ex dicto incendio, proùt & nullum intulit.

Item, quòd ex dicto incendio nullus sit mortuus.

Item, quòd nulla pretiosa bona

sunt combusta: sed aliqua parui ualoris.

Item excipiatur, ꝙ ille, cuius domus cōbusta est, multos habet inimicos in ciuitate.

Item, ꝙ nimis est rixosus & scandalosus. & aliter, prout fuerint indicia in contrarium.

¶ *De forma capitulorum in vulnere.*

Capitula specialis inquisitionis formatæ & formandæ ꝑ curiam magnifici Straticoti ciuitatis Salerni ad querelā.T, contrà & aduersus, &c.

In primis inquirendum est, qualiter de anno, &c. regnantibus, &c. dominante, &c. sub præsidatu. &c. in ciuitate Salerni, &c. & propriè, &c. dum staret, moraretur, & esset pacificè & quietè sub protectione Dei & Cæsa. maie. nemini iniuriā inferendo, sed sua negotia peragēdo, d.T. in loco ꝑdicto, nulla præcedēte causa, ex abrupto F. de G. suis uiribus non cōtentus, sed animo diabolico īstigatus, & spiritu nequā ductus, non aduertens, &c. in ipsum ensem euaginauit, & plures ictus intulit taliter, ut ei vulnera inflixerit, quę manifesta essent. quare incidit temere, scienter, & appensatè in pœnam in talibus à iure statutam. quod inquirendum est, &c. quod fuit, &c.

Item inquiratur de inimicitia.

Item inquiratur de fama.

Item inquiratur de minis.

Item inquiratur de qualitate uulneris.

Itē inquiratur de mala fama uulnerantis: & sic de singulis, prout facti qualitas exegerit, cùm non possit dari certa doctrina.

15 †In crimine vulneris est sciendū, quòd in regno est prouisum per iura municipalia ipsius: uidelicet per constitutio. regni inci. si quis aliquem. qua cauetur, quòd uulnerans aliquem ense animo occidendi: si non est secuta mors, punitur pœna manus, qua percussit. posteà uerò superuenit capitu. regni incipiē. siquis cum roncha. quod uenit ad declarationem & extensionem d. constitutio. si quis aliquem. quia cùm per eam solùm dicatur vulnerantem ense puniri pœna manus: & non dicat de aliis armis, per dictū capitulum est prouisum, vt siue ense sit factum uulnus, siue roncha, manaria accepta, seu alio quocunque instrumento, habet locum pœna manus. postremò autem superuenit cap. ad peruersorum. per quod limitatur dicta cōstitut. siquis aliquem. ut ita demum procedat id quod in ea dicitur, si vulnus illatum fuerit læthale, uel aliter debilitans membrum, uel deformans & vulnerās: sit homo malæ conditionis & famæ, & similia patrare solitus. aliàs pro modico vulnere non habet locum pœna manus: ut etiam firmat & refert Afflict. in d. consti.

16 siquis aliquem. in ij. not. † Vbi plus dicit, quòd si est tale vulnus, per quod non sit debilitatum mēbrum, nec sit remansura cicatrix, & vulnerans sit aliàs bonæ conditionis, uitæ, & famæ: & non est concordia partis, potest iudex condemnare vulnerantem ad pœnam pecuniariam per sententiam definitiuam: & pars querulans non potest conqueri: maximè si probauit,

probauit, ꝙ non in contemptum legis, sed in rixa impremeditatè sit secutum vulnus, quia tunc etiamsi vulnus sit lætale, non habet locum pœna manus: vt per Afflic. ubi suprà. & etiam potest probari, quòd prouocatus id fecerit: qua ratione cessat pœna
17 manus. † Quid si aliquis uulnera uit in facie aliquem uase uitreo uel terreo, an habeat locum pœna manus? dicas: quòd non: ut dicit Ange. in l. armatos. ff. ad l. Iul. de
18 ui pu. † Et idem dicas de vulnerãte aliquẽ bastono, vel lapide, vel plumbo, quòd non teneatur pœna manus: ut firmat Iser. & Afflict. in d. consti. si quis aliquem.
19 † Et quòd vulnus dicatur lætale, vide Cepol. consil. xxviij. nu. 20. consil. lxj. & consi. xl. nume. 26. & Marsil. consil. vij. nume. 28. 1. lib. & nume. 30. & quòd constitu. si quis aliquem. habeat locum in hoc vulnere, & non in paruo: uide Ang. de Are. in li. male. in uerbo, una alia percussione. in fi. Marsi. in consi. lxxx. num. 22. & consil. lxxj. nu. 4. & consi. ciij. nu. 16. & Afflict. in d. consti. si quis aliquẽ. & in consti. asperitatem. iiij. colu. in princi. & vulnus lætale dicitur id, quod ita iudicant medici: & an, & quãdo stetur dicto unius: & quando requirantur plures: per Angel. & Augu. de Ari. in addi. in lib. malefi. in uerbo, una alia per-
20 cussione. in princ. † Et quando di catur remansura cicatrix: dic, ꝙ quando remanet aliqua deturpatio post sanatum uulnus: uel quã do restat deformitas: ut benè declarat Angel. in lib. malefi. in uer-
21 bo, cicatrix. †. Et aduertas, ꝙ si aliqui medici ex parte curię deponant vulnus fore lætale, in defensionibus adhibeas peritiores medicos: quia illis statur. & in ex ceptionibus articules de pauca experientia illorum pro curia. & de magna peritia illorum, qui producuntur ad defensionem. sed si sunt periti & docti illi, qui deponunt pro curia, adhibeantur alij pro defensionibus, qui sint æquè periti, & pares uel plures numero. quia stabitur magis illis, qui deponunt pro defensionibus, quã ad instantiam curiæ: ut dicit Angel. in lib. malefic. in uerbo, cicatrix. in fine. licèt Bald. in c. j. qui. mo. feu. amitta. in vj. colu. tenuerit, quòd si medici diuersimodè deponunt in dubio, iudicandum est contrà percussorem, & sic in fauorem curiæ. & ita aliàs secutus fui simpliciter doctrinam Bald. in appa. quẽ feci ad prag. de ictu balistæ. nunc autẽ sequor opi. Ange. quæ innititur ęquitati: & hanc probo per tex. cum Glos. in c. clerici. lxxxj. distin. & per Bald. in l. data opera. C. qui accu. nõ po. Pe. de Anca. in conf. cclxxxv. † Et ad
22 uertas, ne erres, & ut scias practicare & defendere clientulum tuũ vulnerãtem, ut compareas coràm iudice, & petas, mittantur medici ad inspiciendum vulneratum, ex quo vulnus non est mortale, ut eo uiso possint deponere de eo: & nõ producantur testes priusquàm ꝓcedente tua instantia, medici accesserint de licentia & electione iudicis: & facias, vt antequàm uadant, iurẽt corporaliter tactis scripturis, se ueritatem dicturos. iis enim secutis, & facta relatione, plenè eis creditur: ut optimè docet noster Afflict. in constitu. qui de alto.

alto.in vj.not.& est menti tenendum.& ad hanc materiã uide Tiraquel.in trac.de nobi. cap. xxxj.
24 nu. 373.† Et ut scias practicare d.c.ad peruersorum.& quando dicatur membrum mutilatũ uel debilitatum,uide Ang.de Aret.in li. male. in verbo, membrum. vbi latè disputat, an digitus dicatur mẽbrum:adeò ut si digitus sit debilitatus, õn posit fieri commutatio pœnæ uigore dicti capituli ad peruersorum.& dicit, quòd si ex debilitatione digiti debilitetur man⁹, vel reddatur inefficax:vt cõtingit in pictore,cuius si pollex debilitetur, etiam manus redditur inutilis:dicitur tunc mẽbrum debilitatum:non aliter.sed ad cautelã adhibendi sunt medici & periti, qui habeant uidere & inspicere, nunquid membrum sit debilitatum: & nũquid ex digito debilitato sit debilitata manus. & eius dicta redigãtur in acta: & pari modo scribatur, quámnam percussus artem exerceat, ut sic sciatur num commutatio fieri possit,an non,uirtute d.cap.ad peruersorum.

¶ *De forma capitulorũ homicidij.*

Capitula specialis inquisitionis formatæ & formandę.

IN primis inquirendum est, ꝙ regnantibus,&c.dominãte,&c. sub præsidatu,&c.de anno, &c.de mense,&c.in loco,&c.& propriè, &c. T. G. & Ant.alii alijs auxiliũ dantes,temere,dolosè, scienter,& appensatè,animo & intẽtione occidendi S.proùt iã occiderunt,cõmunicato consilio ipsum S. insiluerunt pluribus & diuersis ictibus & percussionibus, ensibus & ronca percusserunt & uulnerauerunt: ita & taliter, ut ex vulneribus & percussionib⁹ illico mortuus fuit & est: idque alii aliis, & alter alteri assistentes, ut habiliùs & cõmodiùs maleuolum suum animum effectui traderent, proùt iam tradiderunt: quapropter inciderunt in pœnam à iuribus & regni constitutionibus in tales statutam & ordinatam. quod inquirendum est, &c. quod fuit, &c. & infrà particulariter describetur.
24 † Materia homicidij est satis nota, ideo parum insistam. solum sciendum est, quòd quando formãtur capitula homicidii contrà plures, ut omnes una pœna eadẽq; possint puniri, necesse est capitulari,ut in hac forma:quòd uidelicet alteri alter assistebat, ut homicidium faciliùs committeretur. aliàs si simpliciter capituletur, alĩ quos astitisse armatos, non tenentur illi de eo, quod fit: sed de eo, quod per ipsos fit: vt optimè docet Ang. de Are.in lib. malefi. in verbo, dicto maleficio semper astitit. in fine.& credo dixisse suprà. in verbo, capiat informatio-
25 nem.† Item est aduertendum, ꝙ quando sunt plures inquisiti, quorum alter alteri auxilium dedit, non debet dici in capitulis: altèr alteri auxilium dando: sed alii aliis auxilium dando.aliàs annullarentur capitula & inquisitio: vt plenè per Ang.in loco,de quo suprà, licèt in regno parum curetur de istis formulis.per ritũ magnæ curiæ vicariæ reginæ Isabellæ:de quo suprà mentionem feci in verbo, audiantur exceptiones proponendæ. Sequantur posteà alia capitula

capitula particularia super quolibet indicio ex processu apparente, ordine præscripto in aliis.

SEPTIMA PARS. principalis.

¶ De laudibus & fructibus officiorum. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Magistratus sunt venerandi & honorandi. & nu. 2. 4. 5.*
3 *Magistratus ex officiis consequuntur nobilitatem.*
6 *Iniurians magistratum atrocius punitur.*
7 *Magistratus etiam à parentibus venerandi sunt.*
8 *Imperatores exercuerunt officium.*
9 *Iurisconsulti exercuerunt officia.*
10 *Officiorũ fructus sunt mors, carcer, & calamitates.*

IVDEX.

ET VT finem huic praxi criminum imponamus, non absurdũ & extrà rẽ putauimus aliqua summatim in medium afferre de laudibus fructibusq; officiorum &
1 magistratuum. † Et primò exordium faciendo à veteri & nouo testamento, est sciẽdum magistratus, potestates & principes a Deo præcipi colendos, summa reuerentia habendos, & nullo pacto execrandos: vt Exo. capite xxij. in fi. de quo in act. Apo. ca. xxiij. ipse enim qui cuncta fecit & regit, magistratus in populo creauit: vt Numer. c. xx. in fin. & Sapien. c. vi. & Petri j. ij. c. hinc Aposto. ad Roma. c. xiij. inquit: omnis anima potestatibus subdita sit. nõ enim est potestas, nisi à Deo: quę uero sunt potestates, à Deo sunt ordinatæ: itaque quisquis resistit potestati, Dei ordinationi resistit. qui autẽ restiterint, sibiipsis iudicium accipient, & cætera. hinc quia populus aduersus Mosen murmurauit in deserto iuxtà aquas contentionis, cum esset potestas à Deo constitutus in populo, variis plagis & pœnis affectus fuit, vt legitur Nume. 100. 20. hinc potestas in populo, minister Dei dicitur, secundũ Apost. in d. c. xiiij. hinc exemplo Dauidis, qui Saulem suum inimicum & olim potestatem & magistratum in populo, cùm Deus in suas illum manus tradidisset, vt facilè occidere valeret, territus maiestate prioris officii & dignitatis, & reuerentia, quæ ei ob id debebatur, liberum dimisit de propria salute minimè curans: habetur lib. j. Samu. c. xxvj. quiq; nuntiantem se Saulẽ interfecisse præ lachrymis continere non valens, interimi iussit: vt lib. ij. Reg. capi. j. monemur, quòd magna reuerẽtia magistratibus debetur. & ꝙ maxima autoritate tuentur. hinc magistratuum creatio & ordinatio tot solennitatibus & obseruationibus per Deum fiebat, ut in Iudicũ regumq; lib. legitur. hinc Prouer. c. 20. scribitur in hæc verba: terror regis perinde ut rugitus leonis: qui illum prouocat ad iram, peccat contrà animam suã.
2 † Quid ergo de nostris cẽsendum

sit, habemus audi. cum Imperator, qui est princeps & dominus totius mundi, vbiq; terrarum habeat defendere ecclesiam & iura eius, nec possit hoc efficere in propria persona, necesse est, vt constituat iudices & officiales, qui ei consilio & auxilio possint prodesse in defensione reipublicæ & ecclesiæ. cōstituit igitur hac de causa hos officiales & magistratus: & iis obediendum est ex præcepto domini, sicùt ecclesiasticis. extrà, de maio. & obe. c. solitæ. & c. omnes. & de censi. & c. omnis anima. hæc Hostien. in summa. de offic. or. §. quis possit constituere. super verbo, principes. & horũ officialium & magistratuum proprium, iudicium, iustitia, liberare de manu calumniantium vi oppressos, peregrinos, pupillos, & viduas quæ facilius opprimuntur à potestatibus, præbere auxilium.

3 † Maximam proinde magistratus & potestates propter officia eis commissa, consecuntur autoritatem & prærogatiuam, hinc dicit Bar. in l. iudices. C. de dignita. eos consequi ex officiis nobilitatem. hinc Archi. in c. j. de consue. lib. vj. inquit, quòd dignitas est habere iurisdictionem cum administratione. quod & sequitur Colle. in c. fotus. col. ij. versic. iudex doctor. de verbo. signifi. vbi & idem prorsus dicit, quod dixit Bar. in j. constit. C. col. ij. versi. circà hoc. vbi inquit, doctores esse constitutos in dignitate, quòd iudicandi

4 ius habeant. † Hinc magistratibus magnus honor impendi debet, quòd apertè demōstrat Callistratus iurisconsultus in l. semper. in prin. de iur. immu. & præcipit Imperator honorem iudicibus impendi, quod & censet Papa in c. vt debitus. de appel. quibus concinit text. l. ij. §. j. ibi. iure honoris. ff. quod me. cau. & l. j. ibi. iudiciũ dignitatis tuendæ & decoris causa. & l. obseruandum. in fi. ff. de offic. præsi. & l. vlti. in prin. C. quando pro. non est necesse. cùm dicitur: omnem honorem saluum iu-

5 dicibus reseruantes. † Hinc alibi dicitur iudicis officium, id est iudicandi munus, esse honorem secundum Io. And. in c. pastoralis. col. ij. in verbo, onere. per illum tex. in verbis. honore & onere. ex

6 trà. de offic. or. † Hinc illi antiqui verissimi rerum moderatores multò esse contumeliosiorem ac atrociorem, adeoq; etiam atrociùs puniendam cēsuerunt iniuriam, quæ fit magistratui, quàm quæ priuato: vt attestatur Aristoteles libro proble. 19. c. xiiii. in fi. & Fab. lib. vj. oratoriarum institutionum. & nostris quoque legibus statutum est. in l. prætor. §. vlti. de iniur. adeò vt singulariter dixerit Bald. in c. j. §. iniuria. in primis verbis. in tit. de pa. iur. firman. quòd si quis daret alapam officiali propter priuatam inimicitiam, posset capitaliter puniri: & hoc habet locum nedum durante officio, sed etiam finito, propter reliquias & memoriam pristinæ dignitatis. secundũ Bald. in l. obseruare. §. proficisci. col. iiij. versic. vij. quæritur. ff. de

7 offic. procō. & le. † Hinc adeò veteres prętoribus honorem impendi scripsere, vt etiam ipsi à parentibus, cessante omni lege naturæ, vt superiores reuerenter colerentur: cuiusmodi factũ de Fabio Maximo retulit Claudius Quadrigarius

rius in annalium suorum libr. vj. iis verbis:cum facti essent consules Sempronius Gracchus iterum, & Q.Fabius Maximi filius, eius, qui priore anno fuerat consul: ei consuli pater proconsul obuiam equo venit, neque descendere voluit,quòd pater erat:lictores non ausi sunt descendere iubere. vbi iuxtà venit,tum consul ait:descẽdere iube: quod posteaquã lictor ille,qui apparebat,cito intellexit, Maximum proconsulem descendere iussit.vnde postea nostris legibus statutum est, filium familias iudicem ius præcipiendi cogendiq; habere in patrem.l.ille,à quo.§.vlti.& sequen.ff.ad Trebe. hinc Bal.in l.senium. statim post prin.C. qui testa.fa. po.maiorem esse asserit authoritatem magistratus, quàm patris.

8 † Hinc adeò iudicandi munus honorem & maximam authoritatem prisci Imperatores censuere, vt & ipsi personaliter iudicãdi munus exercere nõ dedignati fuerunt:vt apud Suet.in Octauii uita c.xxxiij.ubi ipsum assiduè, & in noctem nonnunquàm ius dixisse scribitur. & habetur idem de Vespasiano,Domitiano,Traiano,Adriano, Aurelio, Marco, Maximo,Antonino. de Aurelio scribitur in l. non putabam. ff. de condi. & demon. & in l.Romanus.ff. de tuto & cura. da.ab iis.& de Marco & Maximo in l.extraneo.ff. de quæstio. & in l.mulier.ad sena.Trebe.& de Antonino in l.Aemilius.ff. de mino. & in l.proximè.ff.de iis,quæ in testa. delen. & de Commodo in l. Procula. ff. de probat. & l. j. §.si cohæredes.ff.ad l.Fal.& de Seuero,& Antonino Caracalla in l.minor autem.§.j. ff.de minor. & de Iustiniano in authen. de deposi. in prin.& in authen.vt exac. inst. dot.in princi.& de Federico in l. Imperialem.in princi.ibi, pro tribunali sederem⁹.de pro. feu.alie. per Fe. & alios Imperatores in l. Offidius.ff.de lega.iij.& in l. Imperatoribus.de iure fis.& in l. vlt. ff.quod cum eo.& ex recentioribus noster inuictissimus Caro. v. Imperator pro tribunali sedens, ius dixit aduersus Gandauum ciuitatem in Flandria: cuius sententia ponitur per Ioan. Mill.in sua praxi nu.119.fol.19.nec minus fecisse reges legitur. de Priamo omnim rege potentissimo idem factitatum esse satis constat ex Virgilio lib.vij.Aenei.Hoc Priami gestamen erat,cùm iura vocatis,More daret populis. & alios penè infinitos congerit, qui id fecissent. Tiraquel. in tract. de nobilita. in capite xxviij.

9 † Quid verò dicam de illis priscis iureconsultis, ex quibus fermè tota legalis disciplina effluxit? legitur enim & hos assessores & iudices fuisse:vt Vlpianus,Papinianus, Martianus, Mutius,Domitius, Appianus,ac cæteri,quos enumerat Hiero. Cagno. in l.ij.de ori.iur.in versi.fi.& plenè habetur per Ias. in rubri. ff. de offi.asses.& Pau. de Castr.gloriatur se fuisse assessorem Card. Floren.in l.ij.& in authen.ad hęc.ad fin.de iud.& habetur per Cagno. in l.diem functo.ff. de offic.asses. & Bar.excellẽtissimus doctor fuit assessor Pisis,& Tundeti. vt habetur per Par.de Put.in lib. syndic. in verb. doctor.fi. col.circa prin.

10 † Nunc autem promissorum memores de fructibus officiorum aliqua

qua differamus: & quidem legitur C. Cassium à Cæsare in exilium actum propter officium: Vlpianũ cum ignominia ab Heliogabalo à dignitate remotum: Martianũ à Didio Iulio interfectũ: ex duobus posterioribus Sabinis, incertum pater, an filius Heliogabali mandato in tumultu populi fuste percussus, sit in publico relictus. Papinianus præfectus prętorio iuris asylum ab Anto. Caracallo militum furori obiectus, securi percussus obijt: sic & Mutius & Domitius in senatu interfecti, & eorum corpora edicto Marii fluuio immersa. Appianus scriptum reliquit. Sic decemuiri, à quibus omne ius nostrum profluxisse videtur, partim in carcere, partim in exilio periere: quibus quantùm legalis philosophia ad animi tranquillitatem & rempub. tuendam profuit, tãtum magistratuum moles nocuit: vt congerit Hierony. Cagnol. in l. ij. ff. de origine iuris. in versi. fina. nu. 560. Sic è nostratibus And. de Iser. euangelista in regno propter sententiam per se dictam, à quodam Gallo Neapo. interfectus est: ut per Par. de Put. in lib. syndica. in tit. de excep. consil. in fin. & Angel. A re. pater practicæ & famosus doctor, posteaquàm exercuisset assessoratus officium, Nursiæ annum carceratus fuit in syndicatu: & nisi collegia Italiæ homini fauissent capitis supplicium subiisset: vt per eundem Par. in tit. de offi. syndic. in ij. col. in fi. Quid de me ipso feram? qui quamprimum adeptus fui auditoratus officium in toto statu olim P. Salerni post assessoratus officiũ in ciuitate Salerni, terra sancti Seuerini, aliisq; partibus dicti status, tanquàm ad latronem cum gladiis, fustibus, & laternis è magna curia vicaria exierunt ad me comprehendendum, & sex menses me carceratum tenuerunt sub prętextu, quòd in terra sancti Seuerini nocte quadam quodam præsbytero capto in monasterio sancti Francisci à forascitis ferè cẽtum, ad pulsum campanæ non tulissem auxilium ipsi præsbytero, cum essem solus & simplex assessor: sed causam meæ capturæ & carcerationis, Deus, qui est scrutator cordium, scit. quamobrem prudenter fecisse putandum est Labeonem, qui oblatum ab Augusto consulatum recusauit. Aul. Ge. c. xx. li. x. & c. xii. lib. xvii. quod idem fecisse legitur & Aulum Cassellium: fertur & de Octauio, quòd spreuit honores à populo oblatos: & dictaturam magna vi offerente populo, genu nixus deprecatus est & depulit, secundùm Sueto. in Octauio. Manlius autem Torquatus consulatum recusauit, quòd diceret, neque se populi vitia, neque illum seueritatem suam posse sufferre: testis Plinius de viris illustribus. c. 28. hinc Seneca: lubrici sunt (inquit) humanorum gradus ascensuum, tremulus vertex, horrendum præcipitium, ægrè conscẽditur ad eminẽtem statum, anxiè ibi consistitur, grauiter inde & repente descenditur. nam & sæpiùs ventis agitatur ingens pinus, & celsæ grauiore casu decidunt turres: quantò securior aurea fuerit mediocritas verbum etiam veritatis nos hoc admouere uoluit, qui cum cognouisset in secessu mentis,

tis, populum se velle regem & magistratum creare, abiit in montē. & si plura quęris exempla, qui fructus ex officiis habeantur, audi in lege veteri quid de sanctis patribus legatur 32. ca. Exod. perlege murmurationem populi aduersus Moysen suum ducem & potestatem, & similiter in c. xxx. Nu. & ex peccato populi Moysen obiurgatum ibi reperies. quid de Aaron legitur, propter peccatum populi à Deo morti tradito, vt permissum non fuerit in terram promissionis venire? vt Nu. c. 20. in fin. quid de Dauide? qui à proprio filio Absalon, imperii causa, tot ærumnis & laboribus fatigatus, per montes & syluas insecutus fuit, vt morti traderetur: vt li. ij. Samuel. c. xvij. iam & Seba filius Bichri ab obediētia Dauidis se subtrahens, congregatione hominum facta conatur ipsum solio maiestatis exuere: vt eo. libr. ij. c. xx. & varias ille semper pertulisse angustias legitur. legito c. xxiiij. eo. quo suprà libr. ibiq; reperies, quàm miserè angebatur Dauid, quando triduana pestilentia populi haud cōtemnendam partem interimeret, suamq; ipsius domū vastaret. & porrò si recensere uellemus totum vetus testamentum, infinita exēpla de iis haberemus. sed hæc sufficiant: & sic impono finem huic praxi crim. ad laudem omnipotentis Dei, beateq; Lucię virginis, cuius festum hodie celebratur. 13. videlicet die Decēbris, anno 1553. atque in ea praxi si quid boni dixerim, Deo optimo gratia & laus: sin autē mali, meo exiguo ingenio adscribatur.

FINIS.

FRAGMENTA QVIBVS RECENSENTVR EA, QVAE in criminibus per Ius Regni correcta, addita, vel de nouo statuta sunt.

De summa trinitate & fide catholica.

1 Rex debet † sacro sãctam Ecclesiã, & catholicã fidem taliter tueri, ut non permittat clãdestinis perfidiis detrectatorũ fidei maculari, & ipsam debet ab incursibus hostium publicorũ potentia materialis gladii defendere. hoc voluit consti. incip. post mundi machinam.

De episcopis & clericis.

2 † Clerici pro delictis conueniẽdi sunt coràm iudice ecclesiastico, nisi de proditione & crimine læsę maiestatis: vt habetur in constit. incip. de personis clericorum. sed secundùm And. de Iser. Gl. & Afflict. ibi, etiam in istis casibus debent conueniri coram ecclesiastico iudice.

3 † Non est licitum officialibus regiis capere domus clericorum & religiosorum causa ibi hospitandi, nec lectos vel res ipsorum: & si de voluntate ipsorum fuerint captæ domus, non debent ibi tractari iudicia criminalia: quòd si secùs factum fuerit, post emendationem damni, si comes fuerit vel baro, qui contrà fecerit, teneatur ad pœnam xij. vnciarum: si simplex miles, ad sex: & si burgensis, ad tres: vt habetur in c. item statuimus, quòd domos. hoc c. sumptũ est ex doctrina Bal. in l. j. C. de epi. & cle. quam refert & sequitur Par. à Put. in lib. synd. in verbo, clericus. versi. an apparitor. circa fin. & intelligitur iste text. de domo ad habitandum deputata. secundum Pau. de Cast. in cõs. 45. viso puncto suprascripto.

4 † Clerici coniugati in criminalibus non conueniuntur coràm iudice seculari: in cæteris autem nõ differunt à laicis: vt habetur in c. iustitiarius non exigit. & licèt ritus incip. item quòd si aliquis voluerit, quòd procedatur cõtrà clericum cõiugatum, sicùt si ipse esset laicus: tamen procedit & intelligitur in ciuilibus. sed in criminalibus procedit id, quod suprà: vt dicit Afflict. in consti. si damna clandestina. nu. 33.

5 † Clericus vbi coràm seculari citatur, non auditur super declinatoria fori: nisi personaliter comparuerit cũ instrumento clericatus. & tunc data per eum præsentatione de clericatu, datur terminus ad probãdum de ipso clericatu: atque eo probato fit remissio: vt habetur in ritu incipiẽte, item

seruat

seruat ipsa curia, quòd nullus clericus. & nota, quòd iste ritus est contrà ius canonicum, videlicet contrà text. c. si iudex. de senten. excom. lib. vj. vbi probatio clericatus debet fieri coram iudice ecclesiastico, quoties dubitatur de eo, & si notoriè constet eum esse clericum, remittetur sine causæ cognitione. iste verò ritus habuit ortum ex dicto Bald. in l. si qua ꝑ calumniã. C. de epi. & cle. & quatenus ritus voluit, quòd absque familia remittatur ad ecclesiasticum clericus, concordat cũ text. c. quem pœnitet. versi. oportet. de peniten. distin. j. & idem voluit ritus incipi. item, ꝙ si aliquis clericus.
6 † Clericus denũtians aliquẽ, debet dare fideiussorẽ, qui se obliget, si fortè clericus cum reo paciscatur absque permissu curiæ, vel non probetur: nec se obligabit clericus, sed alius pro eo, qui voluntariè promittat. & si est miserabilis persona, non requiritur fideiussio. hoc voluit ritus incipi. item seruat ipsa curia, ꝙ quando.
7 † Clerici non admittuntur ad accusandum, nisi suam, vel suorum iniuriam prosequantur, etiam citra pœnam sanguinis. ad denunciandum verò admittantur cum obligatione pœnali, facienda per laicum pro parte ipsorum. hoc voluit ritus incip. item quòd nullus. adde quod Innocen. in c. cùm P. Manconella. tenuit, quòd clericus nunquàm potest accusare laicum, etiam si iniuriam propriam prosequatur. xj. q. j. c. clericũ nullus. refert tamen alios tenere, ꝙ potest accusare, si non venit imponenda pœna sanguinis. Abb. verò in d. c. cum P. Manconella. extrà. de accusa. distinguit, quòd ad vindictam publicam clericus laicum accusare nõ potest, etiam si veniat imponenda pœna sanguinis. adducit c. sacerdotes. ij. q. vij. ratio est, quia accusatio dicitur genus illaudabilis intentionis. ij. q. vi j. c. si quis. vnde clericus immiscere se non debet. aut clericus prosequitur iniuriã propriam aut ecclesiæ suæ: tunc si pœna sanguinis non venit imponenda potest licitè accusare laicum, iuribus de quibus per eum. si verò venit imponenda talis pœna, potest accusare laicum prosequendo iniuriam propriam: debet tamen potestari, quòd non intendit, vt pœna sanguinis emittatur: vt in c. prælatis. de homici. lib. vj. & ibi etiam ponit, nũquid clerici possint accusare clericos. & an laicus possit accusare clericos: ibi per Felin. & qui continentur appellatione suorum: & vsque ad quem gradum dicantur: & an istud extendatur ad illegitimos progenitores vel posteros: & an extendatur ad aliquem gradum affinitatis: & an inter coniunctos sit aliquis gradus prælationis in accusando: & an amicus veniat appellatione suorum: & an cõmater vel compater. de iis omnibus me remitto ad Bal. in l. j. C. qui accusare non po. in xj. col. & nota, quòd iste ritus de facto sum ptus est ex doctri. Abba. vbi suprà in j. membro. idcircò vide eum.
8 † Clerici primæ tonsuræ non gaudent priuilegio clericorum, si nõ incedunt in habitu & tonsura: vt habetur in prag. regis Ferdinandi inci. vniuersis. vide de iure cano. per Docto. in c. perpẽdimus. & in c. audientia.

c. audientia. & in c. cum nō ab homine. & in c. contingit. el ij. extrà. de sentē. excom. & per Affli. in constit. apostantes. versic. 19.

9 † Clerici in criminalibus nullatenus admittantur in testimonium, nisi ad defensionem: vt habetur in ritu incipiēte, item quòd clerici. pro quo videatur Tho. Gram. in consi. iij. & quòd si aliter veritas haberi non potest nisi per clericos, & sumus in criminibus non ingerentibus pœnam sanguinis, an admittantur. Abb. in c. de cætero. de testi. dicit, quòd sic: quem sequitur Alex. in consi. 152. in v. lib. in versic. ad idem. & quòd in ciuilibus nō possint examinari, nisi cum licentia superioris: vt in dicto ritu, concordat cum c. monachi. xvj. q. j. & c. ij. de postula. & c. non magno. ne cleri. vel mo. & quòd si deposuit non obtenta licentia, & non fuit oppositum, an valeat depositio, dicerem, quòd sic: per id, quod dicit Feder. de Sen. in consi. 403. incip. factum tale est. vbi dicit, quòd licèt religiosi nō possint exercere officium executoris, nisi à superiore petierint, & obtinuerint licentiam: vt in c. religiosus. de testa. libr. vj. tamen si religiosus executus fuerit voluntatem testatoris non obtenta nec impetrata venia, & non fuerit oppositum, valet & tenet.

De hæreticis, Patarenis, eorumq; receptatoribus.

10 † Crimē hæreseos est publicum, & horribilius crimine læsæ maiestatis. & sicùt in crimine perduellionis est pœna mortis naturalis & publicationis omnium bonorum, & post obitū damnatio memoriæ: ita etiam in hoc crimine. & officiales debent inquirere contrà hæreticos: & si aliquos notatos inuenerint etiam leui suspitione, faciant eos examinari per ecclesiasticos iudices: & si deprehē dantur in errore, & noluerint ad fidem reuerti, uiui comburantur: & nullus pro talibus interuenire debet, hoc est, quod voluit text. in consti. inconsutilem tunicam. de iure etiam canonico hæretici puniuntur publicatione bonorū: vt in c. cū secundùm. de hære. lib. vj. & in c. excōmunicamus. lo ij. de hæret. & viij. dist. c. quo iure. & si sunt laici, applicātur bona fisco seculari, vt dictis iuribus: si sunt clerici, applicantur ecclesiæ, 11
cui sunt subditi: vt ibidem dicitur: & habetur per Pet. de Anca. in c. vt commissi. de hæret. lib. vj. & in c. vergentis. in antiquis, & patet etiam in authē. Gazaros. de statu. con. liber. eccle. & si non vult reuocare errorem suum hæreticus, & vult stare in tenebris, est excommunicatus: vt in c. excommunicatus. de hære. item hæreticus deponitur ab omni dignitate, quam habet. xl. di. ca. si papa. & xxiiij. q. j. c. qui cōtrà pacem, item si est laicus, etiam de iure commuꝰ ni punitur, quia comburitur: vt l. Arriani. C. de here. & in auth. credentes. eo. titu. & si est clericus in sacris degradatur per propriū episcopū cōuocatis abbatibus, & aliis prelatis, & religiosis personis ac literatis suæ diœcesis: vt in c. j. 12
de hæret. lib. vj. facta autē degradatione dicit episcopus potestati seculari, quòd recipiat degradatū

in

in suum forum: & episcopus rogat potestatem, vt citrà mortem eum puniat. c. nouimus. de verb. sign. item punitur hæreticus, quia postquam est mortuus, non debet sepeliri in ecclesia: sed debet carere sepultura, vt in c. quicunque. in prin. de hære. in vj. item puniuntur eius filii, quia sunt inhabiles vsque ad secundam generationem ad publicũ officium, vel beneficium ecclesiasticum: vt in d. c. quicunque. §. iij. item si postquàm deprehensus fuerit incidisse hæresim, statim & in continenti vult hæresim abiurare, debet abiuratio recipi, & ipse in perpetuum carcerem ad agendam pœnitentiam includi: vt in c. pe. de hę re. & no. Glo. in c. ad abolendam.
11 in verbo. recurrere. eo. tit. † Receptatores hæreticorum, credentes, & complices, publicatis bonis omnibus ĩ perpetuum relegentur: & filii ipsorum nullatenus ad honores aliquos assumantur, sed infamiæ perpetuæ nota laborent, & si aliquis de filiis istis detexerit aliquẽ patarenum, restituatur in integrum. hoc voluit consti. Patarenorum. de iure verò canonico tales puniuntur excommunicatione: vt suprà dixi per c. excommunicamus. §. credentes. de hære. item efficiuntur infames & inhabiles ad publica officia: vt in c. ij. de hære. lib. vj. & concordantiæ sunt in Glo. j.

De *blasphemantibus*.

12 † Blasphemantes deum & virginẽ gloriosam, linguæ maliloquæ mutilatione puniantur: vt in cõsti. blasphemantes. superuenit demum regia prag. incip. hac perpetua. qua cauetur, quòd blasphemantes puniũtur mutilatione linguæ, & publicatione tertiæ partis bonorum omnium: & quòd non attenta qualitate personarũ, semper irremissibiliter corporaliter debẽt puniri pœnis, de quibus ibi. hodiè verò non mutilantur linguæ, sed tantummodò perforantur ferro: & contrà tales blasphemantes non fit processus ordinarius: sed statim ac quis conuincitur de blasphemia, condemnabi-
13 tur. Et blasphemans non potest repulsare testes, nisi ex capite inimicitiæ. arg. l. famosi. & l. in quæstionibus. & ibi not. per Bart. ff. ad l. Iul. ma. & dixit Pa. de Pu. in lib. syndi. in verbo, cõdemnatio. in c. an potestas. iij. col. & Grãma. cõs. 15. nu. 12. & ibi sentit, ꝙ blasphemans potest se defendere probando negatiuam coarctatã loco & tempore: vel probando, ꝙ calore iracundiæ blasphemauit: & sic nõ est uerum, id quod dicebat Par. ꝙ in blasphemia nulla cadit defen-
14 sio. † Et an blasphemia Dei dicatur, si quis dixerit: al despetto de Iddio: vt puniatur pœna: de quo suprà Bald. in consi. 477. 3. lib. tenet, quòd non: sed contrariũ fuit decisum in sacro regio cons. vt in
15 decisio. 50. † Et de iure canonico blasphemantes puniuntur secũdùm Hostien. in summa de male. & in §. blasphemantes. vers. grauior etiam pœna arbitraria. & secuntur Ioan. And. & Abb. in c. ij. de male. sed nouissimè in concilio Lateranẽsi sub Leone decimo celebrato, sic statutum est: si clericus fuerit blasphemator, vel sacerdos, puniri debet in fructibus omnium

omnium beneficiorum suorum per vnum annum pro prima vice: pro secunda verò, si vnicum habuerit beneficium, eo priuari debet: si autem plura, id debet amittere, quod ordinarius voluerit: & pro tertia vice dignitatibus & beneficiis omnibus, quæcunque habuerit priuatur, & ad ea vlteriùs retinenda inhabilis redditur: adeò, vt liberè cōferri & īpetrari possint: vt habetur per Ioan.Ber.in pract. cri.cano.in verbo, blasphemi. de iure verò ciuili erat simpliciter pœna mortis: vt in auth. vt non luxu. contrà. na. §. j. & quæ fuerit ratio minorādi dictam pœnā, vide per Afflict. in d. consti. blasphemantibus.

De apostatis.

16 † Apostatātes à fide penitus execrantur, & bonis omnibus spoliātur: & naufragātes à voto vel professione, legibus coarctātur, & successiones tolluntur, & omne ius legitimū. hoc voluit consti. apostatantes. hæc constitutio secundùm Glo. de duplici apostasia loquit̄: videlicet, de apostasia fidei, & perfidiæ, in qua nihil est immutatum. de iure enim codicis est similis pœna, vt toto tit. de aposta. & de apostasia religionis, de qua traditur specialis titulus de iure canonico: vt extrà eo.tit. & hæc secūda apostasia etiam de iure ciuili punitur. nam clericus apostata cadit à sacro ministerio, & erit inter idiotas laicos illius ciuitatis, cuius erit: & nihilominus erit curiæ illius ciuitatis, in qua clericus erat cum tota sua substantia: vt in auth.quo. opor. epi. & c. ad ordi. produ. §. neque autem. & §. semel autem. & monachus si postquàm fuerit professus, à religione recesserit, eius bona erunt monasterii: & si fuerat seruus, reuocatur ī seruitutem prioris domini: & si fuerat curialis vel officialis, curiæ, officio, cui subiectus fuerat, redditur: & si fuerat liber, debet poni in aliud monasteriū cum rebus suis: & si rursus inde recesserit, debet deputari ad seruitium illi⁹ curiæ, vbi fuerit repertus: vt in auth. de mo. §. si verò seruitii. & §. si quis autem fortè semel. & §. si verò relinquens monasterium. vt plenè per Glo. in d. constit. de iure verò canonico, si quis recedit ab ordine suo siue assumpta religione, dimittendo tonsuram vel coronam, vel accipiendo vxorem, vel abiiciendo religionis vestem vel clericalem, redeundo ad seculum, illa durante repellitur ab accusatione & testimonio, & infamis est ipso iure: vt in c. alieni. ij. q. 7. & in c. beatus. iij. q. iiij. nec potest ad dignitatē eligi: vt ī c. legi. 16. q. j. & clericus admonitus, si se nō correxerit, deponendus est c. sine ornatu. & c. præcipimus. xxj. q. 4. c. sin autem. cū duobus sequen. ix. q. iij. itē caret priuilegio clericali: vt ca. j. eod. tit. & procedunt dictæ pœnæ quoties constat de apostasia. est & alia apostasia inobedientiæ, de qua hic nō tractatur, & pœna eius est, quòd durāte apostasia erit infamis, & à testimonio repelletur: & excōmunicatur. secundùm Hostien. in summa eius titu. §. qualiter puniantur. & si non resipuerit, degradatur secundùm eum.

De ijs, qui ad eccle. confugiunt.

17 † Rei confugientes ad ecclesias, inde non debent inuiti extrahi, nisi in casibus à iure permissis. hoc uoluit tex. c. item statuimus, quòd ecclesiæ. & concordat cum l. ij. C. eo. tit. & l. præsenti. eod. titu.

18 † Sed si fur exponit res furto subtractas propè ecclesiam, & deinde aufugit ad eam, an possit capi? dicas, quòd sic. secundùm Paulum de Castro in consil. cccclxxj. incip. uiso casu proposito in nouis.

19 † Sed quid faciendum, si aliquis de facto ab ecclesia extrahitur? potest peti, ut restituatur pristinæ libertati, quia ea de facto est priuatus. secundùm Bar. in d. l. præ-
20 senti. † Sed an ecclesia interdicta habeat priuilegiũ? uidetur, quòd non. arg. c. pe. extrà. de immu. eccle. sed dicas contrarium, quia clericus interdictus, suspensus, & excommunicatus, retinet priuilegiũ immunitatis circà manuum iniectionem, & circa forum. lxxxj. distin. c. dictum. secundum Goffre. quia à deo datur immunitas. c. nõ delinquit. de iis, quæ fi. à ma. par. ca. sed quæ pœna imponatur contrà facientibus de iure communi, uide c. si quis contumax. xvii. q.
21 iiii. & quòd ibi notatur. † An huiusmodi immunitate gaudeat ecclesia nondum consecrata Gloss. in c. pe. de immu. eccl. dicit, quòd non: sed Abbas, & Hosti. contrarium tenent, sufficere existimantes, quòd locus sit Deo destinatus autoritate pontificis, primarium lapidem imponentis: cum posteà non possit ad humanos usus conuerti: ut extrà. de religio. do. sed uideatis Ant. de Butr. in d. c. pe.

22 † Item sciendum est, quòd priuilegium istius c. non habet locum, in officiali, qui debet stare syndicatui. per tex. l. j. C. ut omnes iud. tam ci. uel cri. uel intrà sacrosanctos terminos. & tenet expressè Par. de Put. in lib. syndic. in titu. de offic. syndic. in uerbo, uiso de modo procedendi. circà iij. colum.

De legibus, & constitutionibus.

23 † Ius Francorum, quod disponebat, quòd antè litem contestatam contumax damnaretur in pœnam priuationis omnium bonorum mobilium: & quòd contumax in ciuilibus lite contestata, uel in criminalibus, amitteret causam, est correctum cum alijs obseruãtiis, hoc uoluit constit. incip. speciale quoddam.

24 † Leges, quæ introducebant probationem per ferrum calidum, vt appareret. nocentia uel innocentia, sunt sublatæ. hoc uoluit constit. incip. leges, quæ.

De precibus, imperatori offerendis.

25 † In causis magnæ importantiæ licèt supplicationes principi offerri, eiusq; collaterali cõsilio, quòd nõ expediatur causa per inferiorẽ iudicem, nisi facto uerbo & relatione: quæ relatio debet fieri intrà octo dies: aliàs censetur causa deuoluta ad inferiorẽ iudicẽ absque onere faciẽdi dictam relationem. hoc uoluit regia prag. Imper. Caro. incip. & quia per dictæ.

Ee De

De officio eius, qui uicem alterius gerit.

26 † Officia non possunt neq; debēt exerceri per substitutum: sed personaliter per eos, quibus sunt cōmissa: & siquis ordinatus fuerit uicarius & locū tenens, tam ipse ordinatus, quàm ordinator capite punitur: ut statuit rex Guliel. in consti. incip. officia, quæ personis. quod quidem est correctum per constit. duram & diram. & tantūmodò puniuntur ordinator & ordinatus pœna publicationis omnium bonorum.

De iurisdictione iudicum.

27 † Nullus prælatus, comes, baro, potest in terris suis exercere merum & mixtum imperium, sub pœna publicationis illius terræ, ubi exercuerunt merū imperiū. hoc voluit consti. ea, quę ad decus. sed rex Alfōsus primus cōmunicauit per sua priuilegia comitibus, baronibus, & prælatis, merum & mixtū imperium. & alij reges confirmauerunt: ut dicit Affl. ibidem. & sic cessat constitu.

28 † Vniuersitates creātes per se absque licentia regis officiales, perpetuam desolationem patiantur: & omnes homines eiusdem ciuitatis angarij in perpetuum habeantur: & officiales sic electi capite puniātur. hoc uoluit constit. cum satis abundeque. de iure uerò cōmuni uniuersitates conferebant iurisdictionem l. & quia. ff. de iurisd. omnium iudic. secundùm Gloss. in dicta constitu.

29 † Barones nō debent in suis terris exercere iurisdictionem ultrà sua priuilegia: aliàs in pœnā usurpatæ iurisdictionis incurrunt: ut in prag. Car. v. Imper. incip. prohibemus etiam.

Vt omnes officiales deposita administratione stent syndicatui.

30 † Finito officio debent officiales syndicari per quinquaginta dies: & contrà eos proceditur per querelam & inquisitionem: & si culpabiles inueniantur vltrà id, ad quod parti tenētur, ad pœnā arbitrio regis condemnantur: & qui calumniosè accusant, puniuntur, & officiales præmiis decorantur. hoc uoluit consti. uolumus. demū superuenit cap. item statuimus, ꝙ tam iustitiarij. quo cauetur, quòd officio deposito officiales debent syndicari per xl. dies coràm suis successoribus de querelis eiusdem faciendis. extat aliud c. incip. nouas formas regis Caroli, quo cauetur, quòd tempus ad standum syndicatui durat quousque acta omnia facta in officio, fuerint compilata & tradita successori in officio. superuenit etiam regia prag. quæ uoluit, quòd officiales deposito officio deberent stare syndicatui per tempus statutum à constitutionibus & capitulis regni: & ad decidendum querelas contrà eos factas. debet assumi legisperitus de locis uicinis: & propter appellationem vel querelam non retardatur executio, præstita cautione de restituendo in casu retractationis: & ultima tertiaria non datur officiali, sed debet stare in deposito. hoc uoluit d. pragm. est etiam ritus incip. Itē, ꝙ quilibet

qui

qui uoluit, quod officiales debent stare syndicatui. secundum consti.& capitula regni. aliàs non possunt assumi ad aliud officium. & sic uides, quòd constit. erat conformis cum iure communi circà tempus quinquaginta dierum: ut l. j.C. eod. titu. sed c. quoties. statuit tempus quadraginta, & est contrà ius commune.

De inhibendis donationibus in personam iudicum.

31 † Officiales debent habere mundas mànus, & nihil recipere à litigantibus, etiam neque esculētum neque poculentum: licet à non litigantibus, idq; semel tantùm, possint recipere esculentum & poculentum, sub pœna priuationis officij, īfamiæ, & furti. hoc uoluit cō sti. apud iustitiarios. superuenit demum c. incip. hac edictali. quo cauetur, quod officiales exceptis esculētis & poculentis, alia recipere nō debent. & dictum c. concordat cū c. item quòd iustitiarij. & cū tex. c. item quòd nullus. & cum regia nouella pragm. incip. Ferdinandus uniuersis & singulis. & cum prag. incip. nos Ferdinandus. confirmata per sac. Cæs. maiesta. concordat etiam cum pragm. incip. & ut etiam. & cum pragm. incipien. Ferdinandus uniuersis. & concordat cum l. vnica. C. eo. tit. & cū l. plebiscito. ff. de offi. præsi. & cum l. solent. in fi. ff. de offi. procon. & lega. & dum ille tex. dicit exceptis esculentis & poculentis, licèt concordet cum iure digestorum, ut d. l. plebiscito: tamen secundū Glo. ibi discordat cū iure authenticorum: quo cauetur non posse recipi, nisi in defectum salarij: ut in auth. scriptum exemplar. in fi. penul. colu. colla. secunda. sed per Bar. reprehenditur ibi. & uide omninò Gl. & Cy. in auth. principales. C. de iura. calū. & in auth. de ma. prin. §. oportet. & ī c. statutū. §. insuper. de rescri. in vj. & c. cùm ab omni. de ui. & hone. cleri. & ui de Par. de Put. in lib. synd. in uerbo, iudex. uersi. iudices puras.

De officio magistri iustitiarij.

32 † Magister iustitiarius in curia regis debet commorari cum quatuor iudicibus, & potest cognoscere de crimine læsæ maiestatis, de feudis etiam quaternatis, & quota parte ipsorum, de appellationibus ordinariorum & delegatorum, & de quæstionibus curialium & miserabilium personarū: in aliis uerò casibus nulli licet aduersarium suum in ius coram eo uocare: sed apud iudices ciuiles uel criminales eos euocet, & de crimine læsæ maiestatis potest cognosci per iustitiarios, si placuerit accusatori. iustitiarij uerò debent interrogare uenientes ad se, an adfuerint iudicibus criminalibus: & si negauerint, ad ipsos remittant cum expensarum dispēdio: sed si dixerint sibi fuisse denegatam iustitiam ab eorum iudicibus, tunc remittentur ad eos cum literis, & iudices illi intrà mēsem debebunt comparere, redditu ri rationem de diligentia uel negligentia. hoc uoluit constit. statuimus, ut.
33 † Et est notandum, quòd officium magistri iustitiarij in regno exercet magna curia uicaria & regens ipsius: & officium

iustitiarii est penes gubernatores
34 prouinciarum. † Item est notandum, quòd per regiam prag. regis Ferdinandi incip. querula expositione. est statutum, quòd pro primis causis non extrahantur extrà districtum ꝓprij incolatus: & sic officium magistri iustitiarij nõ se
35 extendit in primis causis. † Item magister iustitiari⁹ cognoscit de iniuriis & oppressionibus factis per inferiores iudices, necnon de spolio facto ad utilitatem ipsius curiæ iuris ordine non seruato: & carceratos & iniustè detentos procurare debet, ut per iustitiarios liberare faciat. hoc est, quod uoluit consti. incip. magister iustitiarius. & in eo, quòd dicit, quòd cognoscit magister iustitiarius. & sic magna curia uicaria de oppressionibus factis per inferiores iudices, id procedit deposito officio. secundùm tex. c. regis Caroli. incip. Nicolao. ut ibi dicit Affli. sed cogita. num dici possit contrarium per tex. c. incip. insuper ad fidelium. dum inquit, quòd si uidebitur magistro iustitiario esse amouendos officiales inferiores, poterit amouere. & sic loquitur de existentibus in officio. & est notandum, quòd extat ritus magnæ curiæ incip. item quòd curia ipsa, & quælibet ipsarum. quo cauetur, quòd dicta magna curia cognoscere possit de excessibus officialium inferiorum: de delictis tamen, quę committuntur in exercitio officij: & nõ aliter, & uidi semper ꝑ magnã curiã uicariã cognosci contra inferiores iudices, etiã
36 durante officio. † Item est notandũ, ꝙ omnes regnicolæ nullo priuilegio obstante, possunt accusari, denũtiari, & euocari, in magna curia uicaria: ut habetur ĩ ritu inci. in primis. sed corrigitur per prag. regis Ferdinandi incip. querula expositione.

De iudiciarijs eorumq; officio.

37 † Iustitiarii seu præsides prouinciarum, cognoscũt de latrociniis, incendiis, fractura domorum, insultu excogitato, incisione arborum, uiolentia mulieribus illata, duello, crimine læsæ maiestatis, portatione armorũ spreta defensa: & de omnibus delictis, ubi uenit imponenda pœna mortis uel
38 mutilationis membri. † Item de furto magno etiam cognoscunt. & est furtũ magnũ quod excedit
39 xx. augustales. † Et inferioribus iudicibus iustitiã denegantibus, ipsi præsides iubere debent, ut iu-
40 stitiam faciant. † Et iustitiam denegare dicentur, ubi fuerit eis mãdatum, ꝙ iustitiam faciant, & intra duos menses nõ fecerint. hęc omnia uoluit consti. iustitiarii no
41 men. † Et sic, ut uides, per hanc const. statuitur, ut in defectum iudicum baiulorum, baronũ, ac officialium inferiorũ cognoscant ꝓsides prouinciarum, & non aliter: pro quo uide multa scripta per And. de Iser. in §. præterea si inter duos. in xi. col. de pro. feu. aliena.
42 † Et est notandum, quòd si non data negligentia inferiorum iudicum, præsides prouinciarum se immiscuerint causis eorum, tenentur ad pœnam xxv. unciarum: ut habetur in regia prag. inci. discor
43 dias. † Et quòd in defectum iustitiæ non factæ per officiales inferiores, possit adiri superior,

concordat

concordat dictum Innoc. in c. ex conquestione: de restit. spolia. & Spe.in ti.de iu.dele.§.sequitur.ad fin.& Alex.in l.de qua.de iudi. & l.fi.§.illud.& ibi Bal.de tēpo. appe.ubi habetur,quòd per uiã querelæ superior est adeundus. facit c.nullus. de iure patro. non per uiam appellationis.secūdùm Bar. & Alex. in l. de pupillo. §. si quis
44 ipsi.de ope.no.nunt.†Et hæc uera intelligas,si euidenter cōstet de iustitia denegata: aliàs potest dicere in dubio,se facere iustitiam, & uelle stare ad syndicatum in fine officij.secundùm Bar. & Alex. ĩ d.l.de pupillo.§.siquis ipsi.ff.de noui ope.nun. & Bart. in l. si tutor pupillo. de autho. tuto. & in terminis nostræ constitutionis. tunc dicetur euidenter constare de iustitia denegata,vbi fuerit facta admonitio,ꝙ intra duos menses causa expediri debeat, & non fuerit expedita: maximè si iustum non allegetur impedimentum.
45 †Et est notandum ꝙ præsides ꝓuinciarum hodierni de facto capiunt carceratos penès inferiores iudices,& eos ad se trahunt,& ipsi cognoscunt:quod quidem, ut uides, minimè fieri potest: & malè
46 faciunt. †Itē debent præsides ꝓuinciarum seu iustitiarii, quod idem est, continuò perquirere loca suæ prouinciæ:nec debent permittere subditos uocari ad loca remota propter iustitiã: flagrãtia maleficia statim debent punire: persequi etiam famosos latrones, fures,itinerumq; obsessores,cæterosq; maleficos,& pro dicta persecutiõe possunt capere ex pecuniis fiscalibus. & ij si capiantur, non consideratis solennitatibus accusationum seu denunciationum,ilicò puniantur. hoc est, quod uoluit consti.incip.iustitiarij nō per calendas. & quatenus tex. dicit, quòd tenentur præsides perquirere loca prouinciç,concordat cum tex.c.hac edictali. ubi plus dicit, quòd non possunt permanere ultrà tres diætas in quolibet loco: & concordat text. c. Carolus: quòd decretam tibi prouinciã. & quatenus textus dicit de puniēdis delictis flagrantibus, concordat cum tex.d.capitu.quòd decretam tibi prouinciam. in fi.

De sacrilegio.

47 †Sacrilegos pœna arbitraria esse plectendos iura communia sanxere.l.sacrilegij pœnã.ff.ad l.Iul.pecula. qđ & iure municipali huius regni approbatum esse constat:vt in constit.incip.multæ leges.excipit tamē duos casus, quando uidelicet templa Dei manu frãgũtur: item, nisi bona & uasa sacra furentur de nocte: ut iis proximis duobus casibus pęna capitalis habeat locum.& ibi Afflict. intelligit de pœna capitali: videlicet mortis, ciuilis .s. deportationis.per Glos. sing.in l.j.C.ne Christia.mancipi. intelligiturq; qñ res sacra de loco sacro furto subtracta est: at secus,si à loco priuato.& ita antè se dicit intellexisse Andr.de Iser. tu uerò dic, quòd si quis furetur ultrà unciam,siue de loco sacro,siue priuato:siue de nocte,siue de die, pœna mortis naturalis plectitur.ꝑ c.regni. ad hoc quod nostrorum. quod & in sacrilegis procedit, ne sint melioris conditionis, quàm non sacrilegi.& ita seruatum fuit

in magna curia uicaria, in quodam Salernitano, qui furto subtraxerat quandam crucem ab ecclesia sancti Florentii, qui statim fuit suspensus propè dictam eccle-
48 siam. † Quid dicendum de casu, quē nunc habeo in facto? uenerũt in die sacratissimi corporis Christi in casali Cerasij uallis nouæ, quidam de Fusco ferentes pallium, sub quo præsbyter etiam de Fusco, filius & frater ferentium pallium, gestabat in manibus sacratissimum corpus Christi, fuerunt insultati à quibusdam eorum inimicis, & fuerunt interfecti in ictu oculi pater & duo filij ferentes pallium, & presbyter ferens corpus Christi fuit uulneratus, & fugam faciens se subduxit in quoddam stabulum, & non fuit aliter offensus: dubitatur, quòd crimen sit istud, & qua pœna plectatur. dicebant quidã, quòd sit crimen læsæ maiestatis diuinæ. per tex. in c. si quis suadente diabolo. §. qui autem. xvij. q. iiij. ubi habetur, quòd si quis aliquam iniuriam intulerit sacerdotibus & ministris in ecclesia, ad instar publici criminis & læsæ maiestatis, accusabitur, & conuictus capitali sẽtẽtia plectetur. quantò magis in casu isto, ubi ferẽtes sacratissimũ corpus Christi, & ferentes pallium (qui etiam ministri rectè dici possunt) offensi extiterunt, non solum debet dici crimen læsæ maiestatis, sed ulterà (si ultrà dici fas est) dici posset, quòd in casu prædicto habeat locum pœna c. fœlicis. extrà. de pœn. in vj. nam cum ibi statuatur, quòd insequentes cardinalem, aut percutientes, in crimen læsæ maiestatis incurrunt: adeò, ut perpetuò sint infames, diffidati, banniti, & intestabiles: & insuper eorum domus in ruinam & desolationem dentur, & eorum bona fisco publicentur, & morti tradantur, & aliter puniantur, ut ibi: quantò magis debent puniri tales offendentes realiter ministros Christi in conspectu ipsius sacratissimi corporis Christi. & offendentes præsbyterum gestantem in manibus ipsum sacratissimum corpus Christi: quo casu ipse Christus uidetur offensus: & tantò maius reputandum est delictum, quantò persona, quæ patitur, maior est: ut not. Archi. in xxij. q. v. c. ij. & quod habetur ea. cau. q. j. mouet. & habetur in Glo. d. c. fœlicis. sicut enim læditur maiestas Papæ læso collaterali: ut vj. quæst. j. c. si quis cum militibus. ita læditur maiestas diuina. & non est dubitandũ, si summi pontifices & reges considerassent talem casum potuisse euenire, quin statuissent à fortiori in casu præmisso, sicut in casu d. c. fœlicis. sed cogitandum relinquo, cũ pendeat adhuc in facto, & situ ad uocatus non interficientium, sed fratrum, quos prætenditur consensisse, & auxilium præstasse: & si non esset in facto, plura dicerem. de anno, 1554.

De usuris.

49 † Vsura iure etiam cõmuni prohibita est: vt not. in auth. ad hæc. C. de usur. & in l. cunctos populos. C. de summ. tri. & fi. catho. iure autem nouo constitutionũ regni usurariis noua pœna imponitur.

puniuntur

puniũtur enim publicatione omnium bonorum:vt in constit. vsurariorum nequitiam.& in hac cõsti.illa continet ius nouum.vt ibi
50 dicit Glo.†Imo vsurarum crimẽ adeò publicum ius constit. regni putauit,vt omnibus deferẽdi ius, siue proprium damnum vel suorum prosequantur,siue non,concesserit:vt d.consti. vsurariorum nequitiam. quod quidem immutatum esse scias per ritum magnæ curiæ vicariæ incip. item, quod nullus admittatur. quo cauetur, quòd nullus possit denuntiare aliquem de vsura,nisi proposita querela: & tunc procedendum est ordinariè. & idem est statutum per c.regni.reginæ Ioannæ. vt etiam refert Afflic.in d.consti.vsurariorum.in Gl.deferendi.†
51 Est etiam sæpè constitutum, emẽtes fructus antè tempus vsuram committere. c.nauiganti.& ibi Docto.& c.cõquestus.extrà.de usur. concordat in hoc c.regis Roberti.incip. pro
52 publici.†Item vlteriùs illud indubitati iuris esse dignoscitur,testes in facto proprio,& singulares, regulariter non probare. quod quidem in crimine vsurarum minimè procedere scias: cũ in eo tres testes singulares, & in facto proprio,deponentes conuincant quẽ de vsura:vt est decisum in regno per c.incipien.Ludouicus & Ioãna.& arguit Feder.de Sen. in consil.cxvii.& Bar.in l. omnes populi.ff.de iusti. & iur.versi.sed nunquid statutum inualidũ. & Alex. in cõ.lix.in j.vol. & con.xxxvij. in iiij.lib.nu. 19. an potuerit rex disponere de modo probandi cõtractum vsurarium,cùm ad ipsum non spectet.sed ad hoc, vt procedat decisio text.requiritur,quòd præcedat fama publica probata per alios testes, & cum omnibus requisitis suis,vt decet:de quo suprà dixi.requiritur etiam articulari & probari, testes esse fide dignos.secundum Afflict.in consti. si iudex fraudulenter. §.corrupte lę.nu.5.incip.an autem.& Feli.in c.cum Ioannes eremita.extrà. de fide instrumẽ.xiiii.col.ver. xliiii. in fine.vnum adde,quod non videtur,quod sit speciale in hoc crimine, vt admittãtur isti testes singulares, postquàm lex requirit, ꝙ sint fide digni.nam licèt testes singulares non probent:attamen iusta causa,vtputa,nobilitas, & magna integritas ipsorum testium, poterit mouere iudicem,non obstante eorum singularitate, ad iudicandum secundum eos. secundùm Pau.de Castr.in l.admonendi.ff.de iur.iuran. & in l. Lucius. in recollectis Florẽtinis.ff. de ijs, qui notan.infam. refert & sequitur Mar.in l.j.§.si quis vltrò.col. x.versic. de qua iusta causa. ff.de quæstion.sed dic, quòd specialiter est, quia isti tres testes deponunt in facto proprio,& sunt singulares: sed videtur, quòd antè istud c.sit hoc inductum,quòd ad probandum quem vsurarium sufficiunt testes singulares:vt firmat Afflic.in consti.vsurariorum.nu. 17. sed dic, quòd sufficiunt ad probandum infamiam: sed nõ ad condemnationem: vt hic deciditur.& sentit ibi Afflic. & ad intellectum istius c.vide Bal. in consi. x.in iij.libr. attende insuper diligenter lector,vt tales testes facias renuntiare proprio commodo,id est repetitioni vsurarum: aliàs nõ

probarent.secundùm Bal. in l.dicantibus.circa me.in versi. item facit ad aliam q.C.de testa. & ita
53 semper practicaui. †Item in crimine usurarum ex officio procedi constitutum fuit per regiam prag.incip.magnifico uiro Berardo Striuerio.editā per regem Ferdinandum: quod quidem contrà vsurarios manifestos interpretatum & statutum fuit procedere: at secùs contrà non manifestos: vt habetur in regia prag.inuictissimi Caro. v. incip.vsurarum. per quam cassatur suprà dicta prag.
54 †Item quoties dubitatur, an cōtractus sit vsurarius, an nō, iudex secularis erit iudex competens. hoc est,quod voluit const. incip.
55 statuimus.† Sed dubium erit,nūquid accusatore desistente in crimine vsurarum,possit iudex procedere ex officio.Afflic.in d.consti.vsurariorum.in vlt.col.mouet difficultatem,& tandem dicit, q sic:refertq; id fuisse de intentione And.de Iser.in d.consti. argu. l.iij.C.de aboli.& ibi dicit firmari id per Bal.post Cynum: sed salua pace tanti viri, omninò contrarium dicit ibi And. q videlicet si anrè sententiam desistat accusator, non possit ex officio procedi.fallit quando constat, per fraudem partem destitisse.& contrà opinionem Affli.facit,q transactio permissa sit,vbi venit imponenda pœna omnium bonorum. secundùm Moder.Peru.in l.transigere.C.de transa.& ibi Lancello.Dec.col.pe.& secundùm Bart. ibidem.col.ij.in quibus verò criminibus est permissa transactio, iudex parte desistente cognoscere non potest:ergo &c. & q sit licita transactio,vide Alex.in consil.xcj.ij.col.ij.lib. aliàs pro opinione Afflic.inducebam ritū magnæ curiæ vicariæ incip. item q procurator curiæ.vbi habetur, q causam vsurarū persequi potest procurator curiæ: & inducebam alium ritum sequentem, qui incipit, item q in huiusmodi causa. & ita pluries seruaui.sed ad maiorem cautelam, quando recipiebā querelam,faciebam,vt querulans daret mihi licentiā procedendi se absente,& non citato, & desistente:quo casu potest ex officio procedi.secundùm Afflic.in constit. grandis.pen.col.& ita refert esse de consuetudine Italiæ.

Vnde vi.

56 †Vim vi repellere cum moderamine inculpatę tutelę in continēti vbique licere, iura communia constituerunt.l.vt vim.ff.de iust. & iur.l.scientiam.§. qui cum aliter.ff.ad l.Aquil.l.j.C.vndè vi.cū concor.quod approbauit consti. regni incipiē. pacis cultum.ibiq; declarat, quale debeat esse istud moderamen inculpatæ tutelæ.
57 †Vnum tamen adnotandum hic esse putaui,q moderamen inculpatæ tutelæ non consideratur, si indeliberatè, & accensus furore iracundiæ, insultatus excessit modum in defendēdo. nam tunc nō imputatur excessus: quia in hoc casu nō potest quis vti moderatione. quia primi motus nō sunt in potestate nostra.& sic patet, q in rixa non potest considerari dictum moderamē. ita singulariter dicit Affli.in consti.asperitatem. in vij.nota. subdit tamen totum

residere

resìdere in pectore iudicis: & pro certo est verbum aureum: & aliàs 60 praticaui Salerni.

58 † Illud insup nõ omitto, q defensionis metam & modum excedens ex proposito & deliberatè, non punitur pro to to, sed pro excessu tantum. secun dùm Bal. in l. vt vim. circà vl. col. ff. de iusti. & iure. & sequitur Pet. de Anca. in clem. j. de homi. vbi dicit, q licet Gloss. in c. significa sti. el ij. & Gloss. xxiii j. q. j. in sum ma teneat, q si quis se defenden do excessit modum non ex propo sito, non punitur de tali excessu: tamen secundùm Pet. de Anca. si ex proposito excesserit modũ, & sic dolosè, punietur: non tamẽ pro toto, sed pro excessu: & Alex. sequitur & refert in consil. cxl. aliàs 283. in ij. lib. in vlti. col. & allegat hoc voluisse Sali. in l. Gracchus. in vlti. col. de adulte. & Pet. Philipp. Cor. consi. cciii j. incipiẽ. pro decisione. in fi. j. lib. & nouissimè per Marsi. in sua praxi. §. quoniam. nu. 92. & in l. j. nu. 40. ff. ad l. Cor. de sicar.

De crimine læsæ maiestatis.

59 † Guerram in regno mouẽtes pu blicationem omnium bonorum, & vltimo supplicio plectendos fore, statuit constit. regni incip. comes & baro. quod quidem secundùm Glos. ibi. est conforme cum iure communi: vt l. j. C. de sedit. sed ibi Afflic. non placuit in commento dictæ const. versus finem. quia leges allegatæ per Gl. solum dicunt de pœna mortis, & non de pœna publicationis bonorũ: nec locuntur de mouentibus guerram. & concordat dicta constitu. cum c. regis Caroli primi incip. dùm regiæ considerationis.

60 † In crimine læsæ maiestatis nõ debet dari copia reo inquisito absque cõsultatione regia: & tunc debet per inquirentem referri de condi tione deferentis atque delati: de nomine & fama ipsius criminis: de qualitate testium atque nume ro: de depositionibus ipsorum & fama eorundem: & in hoc crimi ne exprimendum est nomen dela toris: & omnes solennitates sunt seruandæ, quæ de iure in delatio nibus seruari debẽt: præterquàm quando agitur de crimine isto di rectè commisso cõtrà principem: uel nisi iusta & probabilis per eũ, apud quem facta est delatio, vide bitur causa timoris, propter quã in publicum delator prodere formidet: & interim iudex inquirẽs animo circũspecto agere debet, vt consideret quis sit zelus delatoris, aut causa quæ ipsum ad de lationem inducat: & qualitates te stium: vt voluit consti. ij qui per inquisitiones. & dixi suprà in ver bo, item crimen læsæ maiestatis commisit.

61 † Item inculpatus de crimine isto nõ liberatur fideiussoribus: ut habetur in consti. humanitate. & dixi suprà. & aliæ, quæ in hoc crimine specialiter sunt statuta de iure regni, dixi suprà: & sic non repeto. verùm quia proximis diebus habui quendam casum in facto in hoc crimine, & in eo allegaui, ideo subdam dictas allegationes. quia credo fore vtiles: & sunt hæ videlicet.

62 † Posito, quòd quis principis hostium lite ras receperit, quibus proditiones, tractatus, & alia quæuis obstantia regiæ maiestati, aut eius securita-

ti, contineri compertum fuerit, nunquid in crimen læsæ maiestatis incurrere uideatur? & non arguendo ad partes, vt fieri adsolet; dico indubitanter esse concludédum, quòd non. & primo arg. eorum, quæ not. per Marti. Lauden. in tract. de crimine læsæ maiestatis. §. ij. vbi voluit, ꝙ mittens nuntium vel literas rebellibus & hostibus Cæsareæ maiestatis, ita demum crimine ipso obstringitur, si eo respectu miserit, vt directè offenderetur regia maiestas: verbi gratia, vt hostes occuparent ciuitatem vel dominium illius, vel aliud machinari possent: nō aliàs. à quo non dissensit Lud. Rom. in consi. cccl xv. in fi. & sequitur Cepol. in consi. xvij. col. vij. in prin. & Oldra. in consi. xliij. in q. vj. & Boër. in trac. de se. di. in vj. præmisso. nu. 15. sic igitur & à fortiori dicendum erit in casu, de quo agitur, si literæ prædictorū haud

63 quicquā continere videntur. † Secundò prædictis adstipulatur, id quod scriptum reliquit Bald. noster. in l. fin. C. de priua. car. quem secutus fuit consulendo Albert. Bru. in consi. lxix. col. ij. circa me diuni. & And. de Iser. in titu. quæ sint regalia. in verbo, & bona cōmittentium crimen læsæ maiestatis. ix. col. versi. aduertendum est. & Aymo. Craue. in consil. vj. nu. 79. cum seq. quòd tunc solum cōmittitur crimen læsæ maiestatis, quando directè & principaliter aliquid fit, vt offendatur regiæ maiestati: aliàs si aliquid fit, non vt principaliter & directè offendatur regiæ maiestati: licèt secundario & per quandam consequentiam, quòd ex eo, quod fit, sequatur offensio in regiam maiestatem, nō tamē cōmittitur dictum crimen. in casu verò proposito nō video in quo posset dici, ꝙ fuit offensa regia maiestas, siue directè siue secūdario. ergo nullo modo dici potest dictum crimen fo-

64 re commissum. † Tertiò & illud prædictis concinit, ꝙ ad hoc, vt dictum crimen committatur, necesse est, ꝙ præcedat dolus: vt est text. in l. j. §. dolo malo. ff. ad leg. Iul. maiesta. illud enim tantùm dicitur crimen, quod dolo committitur. l. j. ff. de sica. voluit Lu. Pen. in l. qui relictis. in iij. col. C. de deserto. lib. xij. hic autem nullus potest considerari dolus in recipiédo literas rebellium, præsupposito, ꝙ prædicta non contineāt.

65 † Quartò confirmatur per ea, quæ in fortioribus terminis dixit Marti. Lauden. in c. j. §. item fidelis. quibus mo. feu. amit. & sequitur Ia. in quæstione feu. in xvj. q. & nouissimè Gramma. in decisio. xviij. ꝙ si quis contrahit amicitiā cum hostibus, & nō in perniciem domini, & ad eos accesserit, citrà tamen armorum usum & opem, non potest dici incurrisse in crimen læsæ maiestatis & rebellionis: quantò magis prædicta procedunt. si solummodò simplices literas rebellium quis receperit, nō in perniciem & damnum domini.

66 regis. † Quintò nō à longè distat id, quod scribitur in l. si vehenda. §. j. ver. Pau. ff. ad leg. Rho. de ia. l. & in totum. ff. de impe. l. is qui. ff. de act. & obli. l. si alius. §. est & alia. ff. quod vi aut clam. Bar. in l. si vt certo. §. nunc videndum. ff. cōmo. ꝙ nō potest culpa imputari loquentibus uel aliud facientibus

bus cōtrà prohibitionē legis vel officialis,qn̄ ex tali locutione seu facto fiscus non læderetur,vel respublica.quæ iura ad hoc proposi tum citat Pau.Castrē. in cō. 236. visis & cōsideratis omnibus superiùs enarratis.ij.col.antè mediū. lib.j. inhibitio enim quæ fit à iure de nō scribendo rebellibus, seu de nō habēdo cōmercium & amicitiam,fit eam ob causam, ne aliquid triste quis machinetur contrà principem & eius securitatē. secundùm Bal.in consi.clix.super eo,quod quæritur.col.iii.lib.iij.ꝑ l,si quis ita.ff.de test.tut.& probatur per totum titulum.ff.& C.ad leg.Iul.maie.vndè quoties id nō fit,cessat illa ratio inhibitionis,& per cōseqnēs cessat omnis pœna: pro quo ad saturitatem conferūt ea quæ scribit Aymo.Craue.in cō sil.iij.per totum diem. consuluit prohibitionem de nō loquendo cum carceratis,nō extendi ad eū, qui verba cōsolatoria dixerit. sed diligēter perpēso facto casus nostri,sumus extrà omnē dubitationem, cū inquisitus nullas habuit literas rebellium,nec in posse alterius vidit: sed vidit literas tātùm fidelium,in quibus cōtinebantur aliqua noua bellorum, quę erant notoria:& partim erant in fauorem Cæs.maiestatis,& partim cō trà:nec in eis aliquod secretū con tinebatur,quod quidem debuisset reuelari.per text.l.quisquis. §. id quod de prædictis.cum simi.C.ad leg.Iu.maie.cū simi. & iuxtà not. per Bar.in l.vtrum.ff.de parric.& habetur in c.j. de for. fi.& Anca. in con.cclxxvij. ex prædicta facti narratione.col.j.ad fi. versi.item dicit ibi tex.ꝙ cōsi. est repetitum in cōn.ccccxxxix. de quo per Roma sing.cccxciiij.nūquid & Soc. consi.xxi.col.ij.lib.j.id enim procederet,quando foret aliqua conspiratio vel tractatus, qui fieret contrà principem. nam id debet reuelari: aliàs nō reuelans eadem pœna ferietur:vt ibi. sed cùm fuerint literæ cōtinentes ea,quę vbique erant nota & publica, & nullius momenti, nō debebant reuelari.ac verosimilius erit, ꝙ nullus dolus & machinatio poterit considerari, postquàm præsupponetur prætensas literas in platea publica,& coram pluribus,fuisse le-

67 ctas.† In iis enim,quæ palàm fiūt aut in publico, cessat omnis mala suspicio.l.non existimo.ff. de administra.tuto.l.ita fidei.ff.de iure fisci.l.cum ipse.C. de contrahen. emp.& quod in pulchro casu cōsuluit Bal.in con.ccccl xxij. super primo puncto,lib.iiij.vbi, ꝙ accipiens pecuniam alienam palā & bona fide,nō animo occultandi, non incidit in crimen furti. tradit idem Bal.in consi.cccxlvij.Titius gessit lib.iiij.Castren.in cōsi. cclxxxv.visis & ponderatis omnibus suprà scriptis.col.j.Alex. consil.xxxj.ad fin.lib.vij. & ad corroborationem omnium prædictorū faciūt optimè ea, quæ in pulchro casu consuluit Aymo. Craue. in consi.vi.in j. lib. dum voluit, ꝙ licet quis miserit pecuniam hostibus regis, non committit crimen læsæ maiestatis:nisi misisset in perniciem principis aut reipublicæ: non si misisset ex causa præcedentis obligationis.

68 † Pro quo etiam illud facit, quòd in fortioribus terminis dixit consulendo Aymo.Craue.in consi.ccxxiiij.in ij. parte.

parte. quòd licèt quis casualiter interueniat in cõiuratione cõtrà principem, & videatur cõsentire, nõ puniatur pœna capitali: dicit semper prudentis iudicis esse, accuratè inspicere qualitatem personæ ĩquisitæ: an aliquid fecerit vel potuerit facere: & an per lasciuiã & ex lubrico linguæ quid dixerit fecerítve: pro quo verba tex. in l. famosis literis aureis scribenda
69 sunt. ff. ad le. Iul. ma. † Nec dicatẽ crimen læsæ maiestatis, vel aliud quidpiã extraordinariam pœnam importãs, ex eo, ꝙ dicatur, quòd cũ magna lætitia & alacri vultu, legebat & indicabat bellorum noua: quasi videlicet gaudẽs de prosperis hostiũ, & tristãs de felicitate regiæ maiestatis: quia etiam dato, quòd verbis hoc declarasset, nõ videretur sonare ad aliquã iniuriam vel maledictionem: sed essent potius demonstrationes gaudij de aliena infelicitate. & sic pertinerent ad vitium illud inuidiæ: quæ dupliciter consideratur, vel cõtristãdo de cõmodo alieno, vel gaudendo de incommodo. quod vitium licèt capitale sit respectu animæ, si in eo quis dolosè perseuerat: tamen quò ad pœnam temporalem, non est dicendum idem esse. nam licèt in manu & potestate supioris sit, vt à subditis timeatur metu pœnarum: non æquè tamen in facultate est, ab omnibus vt ametur. iam Deus ipse ab inuitis amari nõ vult: sed milites sibi voluntarios eligit. c. non est. xxv. q. j. hæc enim sunt verba formalia Aymo. Cra. in proposito casu consulentis, in d. cõsil. vj. nu. 125.
70 † Imo licèt text. l. quisquis. C. ad leg. Iul. maie. ĩnuere videatur recte non intuenti, quòd cogitationis pœnã quis patitur in hoc crimine: id tamen receptum est procedere, quando ad aliquem actum processum foret. at secùs, si in meris finibus cogitationis steterit: vt eleganter tradit Accur. in d. loco, & secuntur ibi omnes scribẽtes. & Bald. in consil. xxiiij. in iiij. lib. & Bonifa. in tract. de cri. in titu. de sedi. versi. vt dixi perueniendo ad actum. & habetur per Boër. ĩ tra. de sedi. in 7. præmisso. nu. 42. & hoc voluit Bart. si rectè inspiciatur, in extra. qui sint rebe. in verbo, machinantur. & latissimè ac pulchrè declarat id And. de Iser. in c. j. §. si verò voluerit. de capi. qui cur. ven. vbi singulariter dicit, quòd indistinctè nõ punitur pœna aliqua cogitatio: & pari modo, si ipsa cogitatio sit verbis expressa. quia verbum est ipsa cogitatio, & vox sonus, & index cogitationis. citat Augustinum in tit. de percussore: nõ enim posset sciri, ꝙ quis cogitauerit, nisi quia ipse dixit: cũ Deus sit scrutator cordium. sic dicit probari turpem cogitationem. quia ipse hoc dixit. ff. ex qui. cau. ĩ po. ea. l. Fulcinius.
71 † Ex quo ipse infert, quòd licèt quis dixerit se velle occidere regem, si aliud non fecit, nec laborauit, vt faceret, non ex hoc punitur: nisi hoc dixisset cum pluribus, faciendo coniurationem, &
72 adhibendo socios. † Minimè etiam dicatur, tale commissum esse delictum, vt pœna extraordinaria habeat locum, ex eo, quòd dicatur, quòd audiuit inquisitus dici à quodam, quòd in aduentum hostium Cæsareæ maiestatis nellet impetrare officium magistri equitatus

quitatus, & quòd hoc affectabat: & non reuelarit: quia ad id facilis est respōsio. nam dato, quòd hoc sit verū, nihilominus nullā pœnā ex hoc meretur: vt in terminis determinauit Iser. ī dicto c. j. ij. col. vbi dicit, ꝙ si vnus solus dixisset, ꝙ vellet accedere ad hostes, & nō accesserit, nullā pœnā pati debet. ergo quātò magis in casu proposito, in quo nō est dictū, se velle accedere ad hostes: sed in aduentum hostium vellet impetrare officiū: hoc enim non sonat in delictum: hostes enim possūt venire cū gratia Cęs. maie. & hęc cōiectura sumi debet. l. merito. ff. ꝓ soc.
73 † Præterea tunc demū non reuelans punitur ex sola scientia, quando scit tractatum & coniurationem factā de interficiendo principē, vel de proditione alicuius ciuitatis, terræ, vel castri, & non reuelat: vt d. l. quisquis. in fi. C. ad l. Iul. maiesta. & ita in isto casu debet intelligi ille text. vt dicunt omnes Docto. secundùm Ang. de Are. in lib. male. in verbo, che hai tradita la tua patria. col. 4. ī ver. quod crimē læsæ maiestatis. & Mar. ī sing. 164. & in l. vtrum. ff. de parr. & expresse text. hoc dicit, ibi. initæ fa-
74 ctionis. † Præterea dato, ꝙ fuisset tractatum, nihilominus nō reuelans, non punitur, ex quo nō poterat id probare: vt plenè per Ang. de Are. ī d. suo tra. in d. verbo che
75 hai tradita la tua patria. † Nec etiam obstare videbitur, ꝙ inquisitus ipse scripserat noua mala, & nō bona. quia ex hoc nullum delictū oriri potest, quādo id dolo malo actū non fuit, vel ex eo nullum præiudiciū ortum fuit regiæ maiestati: vt est text. in indiuiduo. & ibi no. Alex. in l. j. ff. de eo per quem factum eo. quo. quis iu. fi. hic autem nullum præiudiciū ortum fuit: ergo, &c. & tātò magis omnia corruūt, quātò verius sit, ꝙ erat & est inimicitia capitalis inter hostes Cæs. Maiestatis, & hunc inquisitum: quo casu omnia cessant. & ita sentio iuris esse ego: Petrus Follerius.

De prohibita portatione armorum.

76 † De iure etiam communi armorum delatio prohibita reperitur. l. j. ff. de vi publica. licèt quibusdam nobilibus permittatur. l. fi. C. de præ. fac. cu. tamen de iure regni noua pœna deferentes arma plectuntur, quæ non erat de iure communi. nam si comes fuerit delator, quinque vncias persoluet: si Baro, quatuor: si miles simplex, tres: si burgensis, duas: si rusticus, vnam. & non potens talem persoluere pœnam, publicis ad tēpus operibus deputabitur: vt dictat constit. regni. intentionis nostræ. quod confirmatum fuit. per c. regni incip. vt inter subiectos no-
77 stros. † Et plus additur ibi, quòd habentes potestatem deferendi arma, non possunt deferre in propria patria, etiam si fuerint domestici, commensales, aut familiares regis: & contrà facientes vltra pœnā prædictā, puniuntur de præ-
78 sumpto temeritatis excessu. † Et ex hoc quidam aliàs dicebāt, ꝙ licèt pœna sit pecuniaria pro delatione armorum: tamen quia per capitulū regni datur potestas puniendi nedum pecunialiter, secūdùm formam cōst. regni: sed vlterius

rius potest puniri de præsumpto temeritatis excessu. secundùm tenorem d. c. vt inter subiectos. quod non habet locum oblatio fideiussorum, secundùm formam traditam per cōsti.humanitate.
79 † Cuius contrarium ego teneo, quia vbi certa pœna non est determinatè posita in statuto, illa est arbitraria seu extraordinaria. l.j.§. expilatores.& ibi Bart.ff.de extra.& expi.l. sanctio. de pœn. quæ nō debet excedere relegationem. d. §. expilatores. sed in regno non proceditur ad torturam: nisi vbi venit imponenda pœna vltra relegationem. per c. tormenta.& vbi nō habet locū tortura, non habet locum carceratio, vt sæpiùs dixi: ergo oblata fideiussoria cautione pro armorum delatione, quis liberari debet.
80 † Castellani autem eorumque seruitores, possunt extrà castrum deferre arma, donec fuerint in aliquo seruitio curię,& nō aliter: vt in cōsti.regni incip.castellanis.cōcordat c. incip.castellanos.
81 † Et nō solo dicta pœna plectūtur pro portatione armorū illi, qui sunt de regno: sed etiam illi qui sunt extranei, quādo regnū intrauerint: vt habetur in consti. incip. homines.
82 † Et simili pœna plectuntur portantes cultellos feritorios, eos videlicet qui ad alium effectum, quàm ad offendēdum,nō portantur:per c. regni incip.plectantur.

De extrahentibus contrà aliquem arma.

83 † Si quis animo occidēdi aliquē, extraxerit arma, licèt mors nō sequatur,pœna, quæ cōtrà veros homicidas deberet imponi, eo casu de iure cōmuni imponebatur. l.j. §.diuus.ff. de sicar. hodiè autē in regno humanitate cōsti.regni incip. asperitatē. hoc innouatū est, vt si nec vulnus nec mors sequatur, sed sola extractio armorū facta fuerit, licèt animo occidēdi, pœna duplicata portationis armorum locum habeat: vt ibi.

De vulnerantibus aliquem.

84 † Et si vulnus, & non mortis periculum, quis passus fuerit, pœna manus, qua percussit, percutienti imponi debet: vt habetur in consti. regni. si quis aliquem.
85 † Et est notādum ad practicam, quòd in articulis & querela poni debet, qua manu facta sit percussio. iuxtà practicam traditam per Luc.Pen.in l.pe.C.de erro. mi.anno. lib.xij.quod est notandum.
86 † Est tamen benè uerum,quòd si percutiens est homo bonæ vitæ, conditionis, & famæ, & non est secuta mutilatio membri, potest pœna commutari in pecuniariā. per ca. regni incipi. ad peruersorum refrænandam audaciam. & est notādum pro intellectu illius c. ad peruersorum. quòd licèt ibi dicatur: si iudici videbitur, & sic videatur arbitrariū, an admittatur commutatio pœnæ, an nō: tamen dico, quòd de necessitate tenetur id iudex facere. quia verbū, videtur,importat arbitrium boni viri. secundùm Dec.in cōs.13.vlt.col. lib.3.& Areti.in consi.94.pri.lib. adeò, vt si non faciat, quod conuenit bono viro, possit appellari. quia videtur grauare partē. Feli. in c.exceptionē.ij.col.versi.quod intellige.

intellige. de excep. & quando aliquid committitur, uidetur committi æquitas. Bal. in l. ædem. C. loca. ij. col. & bonus vir dicitur, qui in causa aliena facit, quod in sua faceret, & fieri vellet. secūdū Bald. in l. j. C. de solu. imò rex in proœ. d. c. respuit asperitatem, rigorem, & atrocitatē: ibi. eò, quia pariter bonos & malos puniebat. ideò in homine bonæ famæ æquitas seruari debet. & sic tenetur ipsum admittere ad pœnā pecuniariā: imò posset dici, ꝙ ex quo rex prius decidit casum ī homine nō malæ conditionis & famæ, ibi admittatur ad compositionem: illa verba. si iudici visum fuerit, referuntur ad præcedentia, scilicet nō malæ conditionis & famæ. hoc est dicere: si iudici visum fuerit, quòd non sit malæ conditionis & famæ, admittatur: & intelligendo, vt suprà dixi, quòd tenetur admittere, cum sit suo arbitrio commissum, teneatur facere, quod viro bono cōuenit: vt tenet Abb. in c. j. num. 7. de dila. vbi dicit, quòd si non facit, quod bonus vir faceret, potest appellari: & iudex ad quem, debet arbitrari. secundùm Dec. in l. si fugitiui. v. col. C. de ser. fugiti. & in arbitrariis iudex debet inclinare in mitiorem partem pro reo. secundùm Alex. in consi. v. lib. j. in fi. & cōsil. cxj. pe. col. eo. lib. intellige tamen secundùm Afflict. quòd præcedat partis remissio: & si nō præcedit partis remissio, potest iudex per sententiam condemnare ad pœnam pecuniariam: vt ibi dicit
87 Afflict. † Et si vulnus factum sit ronca, accepta mannaria, vel cultello feritorio, eadem pœna habeat locum, ac si ense factum esset, vt per cap. regni incipi. qui cum ronca ferrea.

De homicidis.

88 † Homicidæ iure antiquo & cōmuni interdum ad mortem, interdum ad deportationem puniebātur. l. 3. §. pe. ff. de sicar. hodiè verò indifferenter ad mortem naturalem condemnantur: vt habetur in cōsti. terminum vitæ. exceptis aliquibus casibus: vt in eo, qui occidit ad necessariā defensionē: vel furem nocturnum cum clamore, quem comprehendere non poterat. infantes etiam, & furiosi minimè comprehēduntur: in quibus exceptis casibus cōsti. illa ius commune continere constat: vt ibi dicit Gloss.
89 † Et si quis de alto se præcipitauerit, aliumque occiderit, pœna capitali plectetur: vt in constit. qui de alto. sed per constit. pœnam præcedenti. est hoc correctum: & statutum est, quòd si hoc est factum in loco habitabili, per annum carceribus mancipari debet: si verò in campestribus contigerit, ipso iurante, quòd transeuntem non viderit, quando se præcipitem dedit, vel ramum proiecit, absoluitur. & si ex prædictis percussus minimè moriatur, omnes medicorum & aliæ impensæ debent refici. & sumitur illa constitu. ex l. si putator. ff. ad legem Aquil.

De defensis.

90 † Nō valentes propter aduersariorum potētiam seipsos defendere, sub inuocatiōe nominis domi-

ni

ni regis requirere eos, qui offendere cupiunt, vt non audeant eos in rebus vel personis eorum vel suorum offendere, possunt. & hoc etiã possunt facere vasalli aduersus suos dominos, cum per eos offendi timent: qui domini si spreta defensa in rebus eos sic inuocãtes offenderint, restitutis rebus, quas acceperint, tantundem fisco persoluant. & si vasalli iniustè defensam imposuerint, tunc perdent id, quod petebant, & aliud tãtundem fisco persoluere debent. & pro istis defensis à vasallis dominis factis super mobilibus, ciuiliter & nõ criminaliter agitur. & erunt iudices competentes iustitiarii regionum. & si vasallus vnius domini contrà alium vasallum alterius domini defensam imposuerit, de pœna, quæ debetur regiæ curiæ, dominus illorum habebit illam partem, quam haberet pro illo delicto si non esset imposita defensa: & reliquum erit regiæ curiæ. si verò spreta defensa per dominos in personam vasallorum violentia inferatur, ius cõmune seruabitur inter eos: vt dictat consti. regni. iurisgentium. & non solum priuati talem defensam imponere possunt: sed etiam officiales, cum viderint aliquam rixam præparari. & de spreta defensa erit iudex competens iustitiarius regionũ: & hoc voluit constit. fidelium nostrorum. & si quis conuictus fuerit per tres testes fidedignos, quòd spreuerit defensam: si violentia fuerit cum armis commissa, punitur in tertia parte omnium suorum bonorum: si verò sine armis, in quarta parte omnium bonorum. & non potest probare negatiuam coarctati loco & tẽpore aduersus tres testes omni exceptione maiores, probãtes spretam defensam: benè tamẽ personæ illorum testium possunt reprobari in termino reprobatorio: & accusatus de spreta defensa poterit opponere, quòd aliàs de hoc fuit accusatus & absolutus: & sic obstabit exceptio rei iudicatæ. potest etiam facere alias defensiones, vt de iis omnibus habetur in consti. si quis in posterũ. & si iniusta fuerit defensa, & ob id non fuerit ei obtemperatum, non punitur contemptor, nec imponens: sed si fuerit ei obtemperatum, licèt esset iniusta, punitur imponens ad eam pœnam, qua puniretur contemptor, si iusta foret: vt habetur in consti. defensas. & omnes dictæ constit. continent ius nouum.

De raptu & violentia monialibus illata.

91 † De iure cõmuni raptores uirginum honestarumq; mulierum, & monialium, pœna mortis puniebãtur. l. raptores. C. de epis. & cleri. & l. j. C. de rap. virg. quod quidem per ius regni approbatur: vt in consti. si quis rapere. & consti. capitalem pœnam.

De violentia meretricibus illata.

92 † Licèt de iure cõmuuni sit impunibilis violentia meretricibus illata. l. verũ. la. ij. ĩ fi. ff. de fur. l. itẽ apud Labeonẽ. §. si quis virgines. ff. de iniur. tamen iure regni vltimo supplicio talia perpetrãtes plectuntur: dummodò sint conuicti & confessi:

& confeſſi: & meretrices intra octo dies clamorem emiſerint de ipſa uiolentia: aliàs eis non uidetur illata: niſi probetur, quòd per illos octo dies fuerunt detentæ: ut habetur in conſtitut. omnes noſtri.

De probationibus.

93 † Olim aſſerentibus mulieribus ſibi eſſe uiolentiam illatam, ſi non erant probationes de dicta uiolentia, poterat indici duellum: quod quidem per conſtitutio. in quæſtionibus uiolentiarum remouetur. & in hoc concordat l. negantes. C. de actio. & obligatio. & datur modus probandi dictã uiolentiam per dictam conſtitutionem: ut probetur uel per confeſſionem uiolenti, uel per teſtes de uiſu. ſed ſi hæ probationes non fuerint, ſed ſunt tantùm indicia: verbi gratia, quòd probatur, ꝙ mulier, vel alius pro ea, nuntiauit illi, qui dicitur intuliſſe violentiã, tribus vicibus, quòd abſtineat & deſiſtat à ſigni. & acti. tentantibus eius pudicitiã: uel fuerit facta fides, quòd mulier acclamauerit uociferando auxilium: quando aſſeritur, quòd fuit ei uis illata: uel fuerit facta fides, quòd ille, qui dicitur uim intuliſſe fuit inuentus in domo mulieris: uel uiſus fuit fugere ab ea, vel prope eius domũ: vel fuit uiſus colluctari cum ea: vel alia indicia probentur, ſecundùm terminos conſtit. prædictæ. tunc uerò iudex compilato proceſſu, debet regem conſultare: & interim non poteſt abſoluere, nec condemnare, & aliàs in ciuitate Salerni tempore aſſeſſoratus magnifici Laurentij de Licto optimi doctoris, & etiã quando ego eram auditor, euenit de facto talis caſus: & dictus magnificus Laurentius uoluit cõſultare magnã curiã uicariam, & omnes iudices dictæ magnæ curię mirabãtur, dicentes, quòd receſſit ab aula illa conſtitutio, quò ad talem conſultationẽ: ſi modò conſuetudo contrà cõſtitutiones allegari licet: & per dictã conſtit. corrigitur auth. ſiquis ei. C. de adulter. ubi poſt tres denuntiationes tradebatur denuntiatus iudici puniendus.

94 † Terminus autem ad probandũ debet eſſe condecens iuxtà materiam cauſæ, & locorum diſtantiã: & niſi intrà terminum ſaltem ſint examinati duo teſtes, de cætero non recipientur: ut dictat ritus magnæ curiæ uicariæ, incipiens, In primis detur terminus. qui loquitur in ciuili & criminali: ſed non ſeruatur, quia datur etiam terminus ad uberius ſe defendendum: & ſemper recipiuntur teſtes. ſecundùm practicam per me ſuprà traditã, in uerbo, detur terminus.

De teſtibus.

95 † Et audientia teſtiũ non cõmittiẽ in criminalib⁹: niſi teſtes adeò ſenes & ualetudinarii ſint, ut ſine ſuo periculo in curia præſentare ſe nequeant: quo caſu audiẽtia cõmittitur: & poſt commiſſionẽ nõ auditur pars aduerſa, ſi uoluit ꝓbare, ꝙ teſtes ad curiã uenire potẽrant, & ſi examinator fuerit neglĩgens, cùm teſtes uenire nequiuerint, punietur: ut habeẽ in cõſti. in

96 cip. in pecuniariis. † Item ſi teſtibus citatis & condemnatis (quia

fortè ad se examinandũ ad instantiã accusatoris uel fisci noluerint uenire) nõ ex hoc debet retardari expeditio causę ĩquisiti: sed debet ad ulteriora procedi, ad liberationẽ uel cõdemnationem: ut dictat ritus magnæ curiæ uicariæ inci. item seruat ipsa curia, ꝙ citatis testibus. quod est notãdum ad practicam hodiernam, qua utũtur nõ nulli proterui iudices dicentes, ꝙ curia stat in se informando, & nũquàm uolũt ꝓuidere. adde hic c. expeditũ per Cæs. Ma. sub die 12. mensis Martii. 1550. sub data: Bruxellis, ad instantiã magnificę ciuitatis Neapolis: quo cauetur, ꝙ intrà quĩdecim dies ad summũ post capturam alicuius, debent dari defensiones: & dictum c. est impressum cum aliis gratiis tunc concessis dictæ ciuitati Neapolis.

97 †Item si contigerit fieri nominationem testium extrà regnum, debet dari dilatio condecens secundùm distantiam locorum: sed tũc debent nominari in specie testes per nomen & cognomen: debetq; fieri depositum pecunię necessariæ pro examinatione dictorum testium: & nihilominus pars faciens dictam nominationẽ, debet iurare, ꝙ non petit dictam dilationem animo differendi & calumniandi: & si posteà nõ usus fuerit dicta dilatione in non examinando testes, ipso facto incidit in pœnam quinquaginta florenorum: & nihilominus tenetur parti ad solutionem expensarum: ut dictat ritus magnæ curiæ uicariæ incip. item nisi essent testes extrà regnũ. est tamen benè uerum, quòd regia prag. incip. post prædictas responsiones, imponit pœnam duarum unciarum facienti nominationem in locis distantibus, & nõ utenti, nec posteà examinanti in dictis locis. & alia prag. sequens, quæ incipit, si quis petierit dilationem, imponit pœnam unius unciæ. & tamen Afflict. in constitu. causas alias. in vj. not. dicit, quòd hic ritus est in uiridi obseruantia. & etiam refert Moder. Neapol. in dicta pragm. si quis petierit.

98 † Item est notandum, quòd audientia testium reprobandorum non committitur extrà curiam: ut cauetur in ritu magnæ curiæ uicariæ incip. Item ipsa curia non cõmittit.

99 †Item ulteriùs sciendum est, quòd si citatur quis ad uidendum iuramenta testium, si est absens, potest comparere excusator, & ipsum excusare: ut est ritus magnæ curiæ uicariæ incip. Item fuit quæsitum. & nota quòd audientia testium senum & ualetudinariorum committitur in criminalibus, etiam secundùm formam ritus magnæ curiæ uicariæ: ut habetur in titu. inci. Item seruat ipsa curia alicui.

100 † Item est notandum, quòd licèt audientia testium non committatur in criminalibus, nisi proùt suprà dictũ est: tamen actuariis curiæ & aliis literatis committitur examen & audientia, ut in ipsa curia examinentur testes, & tunc uidentur examinati per ipsam curiam: ut dictat ritus magnæ curiæ uicariæ incip. item seruat ipsa curia, quòd quamuis regulariter.

101 †Et ex dicto ritu infero, quòd licèt testes non faciant indicium ad torturã, nisi examinentur coràm iudice, ut dixi in uerbo, repetantur testes: tamẽ si sunt examinati in curia per actuarium

actuarium de commissione iudicis, idem erit, ac si examinati essent per ipsum iudicem: & hoc ꝓbat ipse ritus.
102 † Item in illo ritu probatur, quòd examinator nihil debet habere, quando examinantur testes ad instantiam fisci in processu extraordinario: ut quãdo proceditur per inquisitionem: sed solummodò debet fieri solutio iurium competẽtium ipsi examinatori, quando examinãtur testes ad instãtiam partis, quæ defertur, quæ notes pro magnificis auditoribus regiæ prouinciæ, ut non debeant habere caualcatam, quando uadunt ad examinandos testes ex officio ad instantiam fisci: sed benè quando proceditur ad querelam, & querulator requirit ipsos magnificos auditores.

De non succurrentibus mulieri clamanti, & uiolentiam patienti.

103 † Mulieribus uiolentiam patiẽtibus, & ob id adiutorium clamantibus, audientes uelociter occurrere debent: quod si non fecerint, quatuor augustales in pœnam tã nociuæ desidiæ persoluere debẽt: excusantur tamen iusto & rationabili impedimento irretiti: ut cauetur in regni instit. incip. quicunque mulierem. & cõtinet hęc consti. ius nouum. nam de iure ciuili non teneor defendere alium, nisi mihi præsit ratione dominicę uel patriæ potestatis. l. culpa caret. ff. de regul. iur. & habetur per Gloss. & Andre. de Iser. in dicta constitu.

De calumniatoribus.

104 † Si mulieres conuictæ fuerint, se iniustè de uiolentia querimoniam dedisse, capitali sententia feriuntur: sicùt puniri deberent uiolentiam inferentes, si modò uerè uiolentiam intulissent: ut habetur in consti. pessimam. quæ in hoc continet ius commune, quo similitudine supplicii calumniantes plectũtur. l. fi. C. de accu.
105 † Et si mulieres, quæ condemnari deberent ad mortem, essent prægnantes, differtur condemnatio usque ad quadraginta dies: ut d. constit. quæ concordat cum iure communi: uidelicet l. prægnantis. ff. de pœn.
106 † Et licèt iure antiquo accusatores tenebãtur se ad pœnam talionis inscribere. c. super iis. de accus. & c. tuæ. de procu. tamẽ hodiè non tenentur, nisi se obligare ad pœnam de probando: nec aliter ad querelandum admittuntur: ut habetur in constitu. pœnam calumniæ. quod confirmatur per ritum magnæ curiæ uicariæ inci. itẽ ꝙ curię ipsæ. & ĩ alio ritu inci. itẽ curia ipsa cognoscit.
107 † Et licèt accusator non probet, non proptereà dicitur calumniatus esse: sed tunc dicetur calumniare, quando apparet, quòd sit in euidenti calumnia: uel fuerit temerarius accusator. & in hoc est correctum ius commune, quia illo iure non probans accusationem, calumniator præsumitur. l. j. C. de aduo. d. iure. & l. fi. C. de calum. & per ius regni, ut suprà, non punitur quis de calumnia, nisi quando probatur, quòd est in euidenti calumnia.
108 † Et si probaretur quem esse in euidenti calumnia, & iudex

 eum

eum non puniret, pœna infamiæ ipse puniretur, & duarum librarũ auri purissimi: ut in c. regis Ruberti inci. accusatorum temeritas. itẽ tenetur iudex condemnare uictũ uictori ad expensas, ut in constit.
109 diuorum nostrorũ. † Hodiè autem obsoleuit illa obligatio de probãdo, sed simpliciter recipiuntur accusationes.

De violentijs circà possessiones.

110 † Iure communi illud receptum est, ut si quis per uiolentiam aliquem re sua immobili exuerit, teneatur ipsam possessionem restituere, dominiũq; illius procedat: & si nullum habebat dominium in ea re (quia res illa non erat sua) tenetur pro illa uiolentia æstimationem totius rei illius in dominio & possessiões soluere. l. si quis in tantam. C. undè ui. & l. extat. ff. quòd me. cau. ius uerò Longobardicum disponebat, ꝙ si ille, qui dicebat se uiolenter exutum possessione rei immobilis, non poterat rei prædictæ dominium probare, eo casu spolians puniebatur solũ pœna sex solidorum: in regno uerò utroque iure cessante per constitu. uiolentias. spolians aliquem possessorem rei immobilis, tenetur possessionem ipsam restituere, unà cum fructibus obuentionibusue: & pro pœna uiolentiæ commissæ tenetur soluere medietatem æstimationis ipsius rei, in qua uiolentia est commissa. raptor uerò bonorum mobilium, punitur pœna quadrupli computata rei æstimatione, & hoc etiam erat de iure communi: ut insti. ui.
111 bo. rap. in prin. † Et contrà tales spoliatores forma procedẽdi datͬ per c. regni inci. subditorũ nostrorum. quo cauetur, ꝙ ille, qui denũtiare de uiolentia uoluerit, debet iurare, & si poterit, præstare fideiussoriam cautionem de stãdo iuri in eo foro tam de possessione, ꝙ de proprietate eius rei, cuius possessione dixerit se exutum: ac parere super eo curiæ mandatis: demum recepto ab eo iuramento de ueritate dicenda, interrogetur & examinetur ut principalis super infrascriptis: in primis, quo tempore ipse adeptus fuerit possessionem illius rei: qualiter ipsam tempore uiolentiæ possidebat: per quem & quorum auxilio uel fauore sit spoliatus: quibus præsentibus: ubi, quando: qualiter, qua occasione uel causa: & utrum cũ armis, an sine armis fuerit depulsus. tum examinantur illi, quibus præsentibus fuit uis cõmissa: uel alij, quos produxerit deferens. postremò examinatͬ principalis querulatus super prædictis omnibus. debet tamẽ ipse querulatus factis prædictis liberari sub fideiussoria cautione, & præstare debet eam fideiussionem, quam præstitit ipse querulator: & si noluerit uel non potuerit præstare dictam fideiussionem, & de spolio adest aliqua præsumptio, detinebitur in carcere, donec prestet eam, uel feratur sententia. demum procedatur ad receptionem testium, quos produxerit ipse querulatus: & si fortè querulatus ipse confessus fuerit uel conuictus de spolio prædicto, debet condemnari ad restituendam possessionem querulanti, uti possidebat tempore spolii: & ad satisfaciendum de damnis, expensis,

expensis, & interesse: necnon ad pœnam ordinatam, ut suprà, per regni constitutionem, aut maiorē reseruatam in arbitrio regis.
112 † Et compellitur prædicta facere non obstante appellatione, & statim ac conuictus aut confessus quis fuerit, debet notificari regi: ad hoc, ut possit deliberare, num maior pœna sit imponenda, & à principio causæ debet mādari utrique parti, ne lite pēdente quid innouent, nec inuicē se offendāt: & si contrà fecerint, pœnam irremissibiliter soluant: & si aliqua partium dictæ pœnæ non obtemperauerit, uassalli, si quos habuerit, ei non teneantur ne obtemperare quidem: quòd si fecerint cōtrarium, punientur, & poterit iudex partem nolentem dictæ pœnæ obtemperare, reputare contumacem, & carcerare: nec poterit eam liberare inconsulto rege. demum superuenit ca. de uiolentiis illatis quo cauetur, quòd si causa spoli. ordinariè proponatur coràm iudice competenti, debet procedi summariè sine libello, litis contestatione, strepitu & figura iudicii: & potest procedi ad instantiam partis, & ex officio: & debet sequi restitutio possessionis prædicto modo summariè: sed quò ad pœnam, ad quam venit condemnandus querulatus, debet agi & procedi iudiciario ordine: & sic quò ad damna & expensas: nisi fuerit processum per uiam inquisitionis generalis uel specialis, & legitimè
113 cōstiterit de uiolētia. † Et qñ iudex procedit ad instantiā pauperis & miserabilis personæ, debet in principio processus determinare illum esse pauperē: & sic, vt uides ca. de subiectorum. de quo suprà, corrigitur per d.c. de uiolentiis. secundùm Barth. de Capu. in dictis capitulis. nā restitutio possessionis tantum fit summariè: & quò ad pœnam & damna agitur ordinariè: licèt Io. Crispan. in d.c. de uiolentiis. dicat, quòd c. subiectorum. intelligitur, quando proceditur ad instantiam partis, &c. de uiolentiis. quando proceditur ex officio: & sic non corrigatur. & d.c. de uiolentiis. allegat Affli. in constit. pacis cultum. col. xvij. & inquantum per c. regni subditorum. ordinetur nō appellari à sententia possessorii, concordat cum l.j. C. de mome. po. secundùm Bar. de Cap. in d.c.

De committentibus uiolentiam in personis.

114 † Capientes per uim aliquem de persona, & eum arrestātes uel detinentes, pœna capitali feriuntur: ut habetur in c. incip. contrà effrænatas. de iure uerò communi, si quis personam liberam propria authoritate præsumpserit retinere, aut rem locare uel pignorare, perdit debitum, & pœnis corporalibus subdi debet: ut in authe. ut nu. iu. §. quia uerò. de quo per Afflict. in constitu. duram & diram.
115 iij. col. † Et in d.c. contrà effrænatas. dicit unum mirabile Pet. de Mon. for. quòd quis non potest propria authoritate capere bona sui debitoris, etiam ex pacto: nisi sit renūtiatum dicto capitulo: sed contrarium ubique seruatur.
116 † Est etiam aliud ca. incipien. amplius nulli. quo cautum est, quòd non potest quis propria authoritate

thoritate quem capere, nisi ubi magistratus abesset, & in criminibus publicis: & tunc si quis aliquem ceperit, non potest retinere ultrà duos dies: & contrà faciens in pœnam priuati carceris incurrit: & prædicta procedunt etiam in domino capiente uassallum: quod confirmatur per cap. incip. quòd nulli aliquos. & de hoc est aliud c. incip. terrerij.

De maleficijs clandestinis puniendis.

117 † Statutum iure communi reperitur, ut pœna suos authores teneat. l. sancimus. C. de pœn. at iure regni eius contrarium receptũ est. nam si malefactores inueniri minimè poterũt, uniuersitates in quarum territorio factum est maleficium, teneutur: ut habetur in constit. super incisionibus. sed si malefactores inueniantur ipsi, ultimo supplicio puniuntur. & intelligitur illa constitutio in omni bus maleficiis: & in quolibet genere maleficii, in quo quis damnum rei familiaris prosequitur. secundùm Andre. de Iser. ibi. superuenit demum. c. regni incipiẽ. item statuimus, quòd uniuersitas locorum. quo cauetur, quòd uniuersitates non tenentur ad emendationem furtorum, quæ per speciales personas fiũt. est aliud c. incip. clãdestinis. quo datur modus ꝓcedendi contrà eos, cõtrà quos apparuerint indicia, quòd ipsi fecerint damna illa: de quo c. infrà de homicidiis clandestinis, dicemus. extat etiam aliud c. incipiẽ. uniuersis præsentis. quo cauetur, quòd uniuersitates tenentur de disrobationibus & deprædationibus commissis in territoriis locorum ipsarum uniuersitatum, si nõ capiant ipsos malefactores, & ducant illos præsidi puniendos ad emendationẽ damni: & per c. frequens & ineffrænata. statuitur, ut uniuersitates teneantur ad emendam damnorum clandestinorũ, si nõ manifestauerint malefactores. & in hoc videatur Grammat. decisio. xlvij. ubi tenet fuisse decisum, quòd uniuersitas tenetur tãtum ad emendam damnorum, & non ad aliquam pœnam curiæ. benè tamẽ uerum est, quod Affli. in consti. super incisionib. in. iiij. not. refert, quòd extat unum c. regis Caroli, quod incip. statuit dominus rex. quo dicit caueri, quòd uniuersitas nedum debet cõdemnari ad emẽdationem damni pro damno clandestino, sed debet cõdemnari ad tantundem regiæ curiæ.
118 † Et forma procedendi in talibus erit, vt primò fiat inquisitio generalis contrà malefactores: qua facta si non reperiuntur malefactores: neque sint indicia sufficientia, per quæ possit perueniri ad torturam, tunc potest procedi contrà uniuersitatem illius loci, vt resarciat damnum: & si nolit fortè, seruato iuris ordine condemnabitur. & ita dicit practicandum esse Afflict. in dicta constitu. super incisionibus. in iiij. not.

De homicidijs clandestinis.

119 † Et si contigerit cõmitti homicidium in personã alicuius in aliquo territorio, & nescitur à quo debeat fieri inquisitio generalis contra

contra homicidã:si fortè reperietur,punietur: sin autẽ indicia apparebũt,& persona erit leuis,procedetur ad tormenta : & si confiteatur,punietur vltimo supplicio: si verò nõ reperiatur occisor, nec appareant indicia,tenetur vniuersitas illius loci,ut si erit Christianus occisus, teneatur vniuersitas ad pœnam centum augustalium : si verò Sarracenus, teneatur ad pœnam quinquaginta . hoc est, quod voluit consti.incip. si damna clandestina.& continet ius nouum . demum superuenit c. regis Caroli primi incipiẽ.clandestinis maleficiis.quo prouidet, vt dicta constitutio : præterquàm in eo, quod statuit, ꝙ si locus, vbi repertus est occisus,sit vniuersitas,mille focularioruni vel vltrà, debet mulctari in unciis centum:si uerò sit quingentorum focularioruni uel ultra usque ad mille, mulctetur in unciis quinquaginta: si uerò sit infrà quinquaginta focularia, mulctetur in unciis uigintiquinque . superuenit etiam aliud c.incip. ꝙ si fortè. quo statuitur, ꝙ officialis regis debet notificare regiæ curiæ inquisitionem,quam fecit super ipso homicidio clandestino cum nomine inculpati & testium deponentium de ueritate, uel super argumentis uel indiciis, & interim non procedat ad exactionem pœnæ. item notificet nomen & cognomen occisi:& undè sit:& fines territorii,ubi reperitur occisus : ut dicitur in c. eiusdem regis incip.uolentes,ꝙ quando.item statuitur per eundem regem in c.incip. pridem mandatũ nostrum. ꝙ si non reperiatur ille, qui posuit ignem in restuchiis ante festum assumptionis beatæ Mariæ, & propterea sequatur damnum,uniuersitas tenetur ad emendam damni. & idẽ dicitur in alio c.incip. nuper apud Tranum . itẽ statuitur per eundem regem Carolum,ꝙ pro maleficio clandestino seruetur constitutio.super incisionibus. corrigendo c. clandestinis maleficiis . ut habetur in c. incipien.statuimus,ꝙ constitutio quondam Federici . & istud ultimum c.regis Caroli primi mandatur seruari per regem Carolum secundum,in c.inci. cõstitutionem domini patris nostri.ut tunc uniuersitas mulctetur in augustalibus centum pro maleficio clandestino Christiani occisi, quando uniuersitas habet focularia mille uel plura:si minus usque ad centũ quinquaginta, mulctetur in augustalibus quinquaginta : si uerò sit foculariorum quinquaginta, in augustalibus duodecim:siverò sit Judæus uel Sarracenus, seruetur constitutio regis Caroli primi,incip. clandestinis maleficiis . item similiter fuit statutum per regem Robertum:ut in c.incip.uniuersis præsentis edicti seriem. ut seruentur consti.& capitula regni super homicidiis clandestinis. & iubet ad beneplacitum dicti regis,quòd uniuersitates locorum debeãt capere ipsos malefactores, aliàs teneantur ad emendam damna passis.item per eundẽ regem Robertum fuit prouisum in c.incip. incumbit nobis non minus, ꝙ uniuersitates locorum,ubi commissa sunt maleficia, debeant capere ipsos malefactores, & ducere ad iustitiarios prouinciæ:aliàs ipsa uniuersitas teneatur ad emendatio-

nem damna passis. in vniuersitati bus regis & reginæ ducissæ Calabriæ debet seruari prima ordinatio: & si uniuersitas fuerit baronis pro medietate damna passis soluant barones, & pro medietate ipsa uniuersitas. & ad excusandas uniuersitates & barones terrarum domini regis, & reginæ ducissæ Calabriæ ab emendatione dãni, sufficit, si probetur per unũ testem & famam pulicam contrà aliquàm personam, quę commisit tale delictum. item prouisum fuit per c. Papæ Honorii, ꝙ in pœna cõtra uniuersitates pro Christiano, vel Iudæo clandestinè occiso, debet seruari cõstitutio. si damna clandestina. in locis populosis: & non augmentum pœnæ impositæ per regem Carolum primum: & incipit illud c. Papæ Honorii. in homicidiis clandestinis. item statuit, ꝙ pro furtis clandestinis uniuersitates nõ teneantur ad emendationem damni: & dictum c. Papæ Honorii fuit factum ad supplicationem regis Caroli secũdi. itẽ fuit prouisum per reginam Ioannam secũdam, vt ciuitas Neapolis non teneatur in aliquo pro homicidio clandestino uel damno. & omnia dicta iura refert Afflic.
120 in rubri. de homic. clan. †Et est sciendum, ꝙ tunc demum habet locum dispositio huius consti. si damna clandestina. quando homicidium fuerit cõmissum extrà ciuitatem in eius territorio: non autem si cõmissum est in ipsa ciuitate. & ita fuit decisum in sacr. regio consil. ut testatur Bart. de
121 Cap. in d. consti. †Forma autem procedendi contrà uniuersitatem hæc erit: reperto cadauere hominis occisi scribi debet actus inuentionis, ut dixi suprà in uerbo, capiat informationem. debetq; describi per fines & cõfines territorium, vbi fuerit inuẽtum: demum debent examinari testes super ipsa iuuẽtione: & debent interrogari de nomine & cognomine occisi, qui si deposuerint de nomine & cognomine, benè erit: ꝙ si non cognouerint, scribãtur particulariter signa, quæ habet ipse occisus, cum indumentis & aliis demõstrationibus ad recognoscendum hominem aptis: demum procedatur ad inuestigationem occisoris cum diligẽtia examinando testes de illa terra, ciuitate, castro, uel villa: & pręcisè de illo tractu, vbi fuit repertũ cadauer: summatim interrogando affines, cognatos, & amicos illius occisi, si fuit cognitus occisus ipse, vt sic possit sciri occisor: vt dixi suprà in verbo, capiat informationem. & si contigerit non posse reperiri occisorem per probationes, indicia, vel coniecturas, tũc fiscus debet comparere, & porrigere libellum accusatorium continentẽ in effectu: ꝙ reperto tali sub tali die cadauere hominis occisi Christiani in territorio talis ciuitatis iuxtà tales fines, regnantibus, &c. dominante, &c. sub pręsidatu, &c. de præsentibus anno & mense: & facta diligẽti perquisitione, vt reperiri posset occisor: ac formata de super inquisitione, minimè repertus fuit, neq; per cõiecturas, vt sic potuisset puniri: quocircà petit procedi cõtrà dictam ciuitatem, terram, vel castrũ: ipsamq; condẽnari petit ad debitam pœnam iuris, iuxtà formam sacrarum regni consti.

constit. &c. quo libello porrecto cum ipsius insertione, iudex ipse citari faciat dictam vniuersitaté, vt compareat legitimè & per syndicum ad id specialiter deputatũ & legitimè electum, intrà terminum statuendum secundũ distantiam locorum ad dãdum designationem suspectorum de dicto homicidio, vnà cum indiciis vel cõiecturis existẽtibus, aliàs ad dicendum causam, quare non debeat condemnari ad pœnam in regni constitutionibus statutam. & citata ipsa vniuersitate si comparet syndicus, & sit legitimè ordinatus, & petierit copiam inquisitionis factæ ex officio, vel ad querelam, tunc iudex iubeat ei dari dictam copiam: vt docet Affli. in dicta constitutione. si damna clandestina in iij.q. & pulchrè ibidem docet prædicta in viij.not. & siue dederit, siue non suspectos, fiet litis contestatio, & dabitur terminus ad probãdum, legitimaturq; processus: & si in termino nihil fuerit probatum, quod releuet ipsam vniuersitatem, condemnabitur vniuersitas ipsa ad ipsam pœnam.

De rapientibus aliqua de incendiis & naufragiis.

122 †De iure communi raptores rerum ex naufragiis & incendijs, pœna quadrupli intrà annũ, post annum pœna simplici sunt afficiẽdi. l. in eum. C. de fur. sed per auth. nauigia. C. de fur. quæ est incorporata in vsibus feudorum, in tit. de sta. contra libe. eccle. imponitur pœna publicationis omniũ bonorum, & alia arbitrio regis: hodiè ex consti. regni incipien. rapinas. vtrunq; eius correctum est circà pœnæ impositionem. quia imponitur pœna mortis, & successores raptoris teneantur ad restituendum res raptas, quatenus ad eos peruenit vnà cum quadruplo dominis eorum: & in tali periculo omnes qui possunt, debent succurrere. quòd si non fecerint, & sine legitima excusatione fuerint negligentes, pœna vnius augustalis mulctabuntur: nec valet consuetudo de capiẽdis rebus ex naufragiis & incendiis absque metu pœnæ: vt dicit c. regis Caroli. incip. abusum contra naufragos.

123 †Cautela tamen erit, vt capientes tales res ad pœnam non teneãtur, vt protestentur se eas capere pro cõseruando ipsas domino ipsarum rerum. per l. falsus. §. qui alienum. ff. de fur. & voluit Afflic. in d. consti. rapinas. in j. nota. uersicu. rursus quæro.

De rapinis & raptoribus aliarum rerum.

124 †Auferẽtes res aliquas sine pretio conuento & soluto, excepta palea, pro pœna primæ rapinæ, si non sunt nobiles, publicè fustigãtur, & amittũt triplum ipsius rei, quod applicatur regiæ curiæ, & damnum passo simplum emendare debent: si verò nobiles sint, sex vncias debent soluere, & triplum rapinæ curiæ, & damnum passo emendent: nisi voluerint potius fustigari. quia fustigabuntur, & in fronte signabuntur: & si soluere non possunt, & nolunt fustigari, ponantur in carcere per annum: & si voluerint exire, emendent rapinam

pinam & triplum curiæ,& simplũ damnum passo, & soluant sex vncias: post verò annum liberentur sine pœna: pro secunda rapina ille,qui non est nobilis amittit manum, si est exterus: & si est de regno,pedem:nobilis autem post secundam rapinam amittit arnisiũ & gagia,& quicquid illi debet curia:& si curia nihil ipsi debet, soluat curiæ uncias xx. & si non potest soluere,stet in carcere,& posteà expellatur de toto regno:& si posteà inueniatur in regno, capiatur personaliter, & carceri mancipetur:& pro tertia rapina nobilis capite puniatur, & ignobilis furcarum suspendio:vt habetur in c. incipiẽ. placuit de consilio. & est contra ius.commune, vt in toto tit.ff.vi bo.rapto.

De furtis.

125 † Si quis furtum in re vnum augustalem vel infra valente, commiserit,fustigabitur & signabitur in fronte,& de tota prouincia bãnietur:si verò in re vltrà augustalem vsq; ad vnam vnciam quis furetur,manum perdere debet: sed si vltrà vnciam,vel plura furta, licèt minima fecerit quis, suspẽdio cõdẽnatur,si ignobilis est:& si nobilis,capitali pœna plectatur.hoc est,quod voluit c.regis Caroli,incip.ad hoc,ꝙ nostrorũ. & de iure consti.regni publicabantur bona furis pro furto:vt patet in consti. incip.baiulus si furem. & de iure communi tali pœna non puniebãtur fures:vt per Bald.in auth. sed nouo iure.C.de ser.fug.& Ias. in §.ex maleficiis.insti.de action. & Ange.Are.in tract.malefi. in verbo,& vestem cœlestem.& Gandi. in tit.de fur.& latro.& est aduertendum,quòd Affli. in consti.terminum vitæ.in vij.not.facit mentionem de isto c.

126 † Et tenet non esse faciendam differentiam inter nobiles & ignobiles in furto vltrà vnam vnciam:quia ambo suspenduntur: sed salua pace, quia expressè cõtrarium dicit tex.in d. c.in fi.& de isto c.facit etiam mẽtionem idẽ Affli. in consti. super incisionibus.in fi.col.vbi quærit,

127 an duo furta dicanẽ plura. † Nũquid hæc pœna habeat locum in eo,cui mercator dedit magnã pecuniæ quantitatem, vt perferret ad alium,qui non tradidit, sed in proprios vsus conuertit. Ias.in l. eius qui.§.quas verò.ff.si cer.pet. in iij.col.dicit, ꝙ istum casum habuerũt de facto Floria.& Imo. & nihil potuerũt allegare ad euasionẽ iquisiti:taliter, ꝙ fuit supẽsus. tãdẽ dicit ipse,ꝙ si ipsi allegassent doctrinam Bar.nõ ita forte succubuissent, idq; vbi dicit,ꝙ si mercator dedit pecuniã ad numerũ, videtur translatũ dominiũ in recipientẽ.nã si est trãslatũ dominiũ, vt dicit Bart. sequitur, ꝙ iuuenis cõtrectando, furtum nõ committit rei suæ. posteà tamẽ dicit ipse, quòd talis iuuenis fuit suspensus propter tex.in l.si is cui.C.de fur. qui ad literam decidit casum nostrum:licèt ipse conetur subterfugere illum tex.

128 † Finge porrò ꝙ de furto ducẽtorum ducatorum, quo casu est pœna mortis, nõ deponunt nisi tres mulieres,an procedi debeat ad cõdemnationem. do.Io.de Lare.dicit,quòd nõ: vt ff.de test.l.ex eo.& extrà,de verb. sign.c.forus.& xxxiij.q.v.c.mulierem

rem.nisi in casibus,in quibus iusta
mes admitteretur.d.c.mulierem .
& est ratio , quia mulierum vanũ
& mutabile est cor.l.filio.ff.dein-
of.test.& vide Gandi.in tit.de fu
ribus & latronib. in verbo , pone
129 quęstionem de facto.† Sed quæ
ro de quæstione , quam habui de
facto:cum essem auditor in toto
statu principatus Salerni:quidam
habuit lanam à Titio , vt faceret
pãnos,qui posteà aufugit nõ solu
to pretio lanæ, & absportauit pã-
nos secum, an commiserit furtũ ?
dubium consistit in hoc , an ille ,
qui accepit lanam,promiserit sol-
uere pretium lanę,an verò promi
serit ex lana pãnos facere, & dare
domino lanæ.primo casu teneo ,
ꝙ dato,ꝙ iste talis factis pãnis au-
fugisset nõ facta solutione pretii,
nõ posset ex hoc querulari de fur
to , ex quo panni erant ipsius ab-
sportantis: licèt ipse esset obliga-
tus ad pretium lanæ . nam post-
quàm quis ex materia fecit spe-
ciem,efficitur dominus illius spe-
ciei : maximè, quia fecit speciem
nomine suo & bona fide. & est ta
lis species,quæ non potest reduci
ad materiam.hic est tex.in l.adeò
§.cũ quis.ff.de aqui.re.domi. sed
si surripuisset lanã , & nõ emisset,
tunc de furto teneretur, etiam in
specie.secundùm tex.l.si quis uxo
ri.§.si quis massam meã.ff.de fur-
tis.secũdo verò casu potest agi de
furto.quia dato,ꝙ ipse fecerit spe
ciẽ,tamen quia fecit nomine alie
no , non efficitur dominus illius
speciei : & per consequens domi-
nium pannorum est illius, qui est
dominus lanæ.per tex. suprà alle-
gatum in §.cum quis.iuncta Glo.
& est text. in l.quicquid.§. vbi.ff.
de acqui.rer.do. & sic cum sit do-
130 minus,potest agi de furto.† Itẽ
de iure communi , si quis inuenit
rem alienam,& domino non resti
tuit, furtum cõmittit. l. falsus.§.
qui alienum.ff.de furt.& habetur
per Abb.in c.sæpè.de resti.spolia.
concordat in hoc consti.regni in
cip. pecuniam si quis inuenerit .
qua cauetur,ꝙ inueniens pecuniã
vel aliam rem , animalibus exce-
ptis,& non restituens domino vel
baiulis,furti tenebitur : & si tales
res fuerint assignatæ baiulis,expe
ctabitur dominus per annũ , quo
elapso applicantur fisco . & licèt
furtum committatur,vt suprà,nõ
credo tamen,quod habeat locum
pœna, de qua suprà : sed pœna iu-
ris communis tãtum. & est ratio,
quia licèt sit furtum , non tamen
131 est furtum regulare.† Item,ne-
mo debet capere animalia aliena,
& illa detinere : nisi cum latrone
ceperit , & iustitiariis assignet :
quod ipsum si non fecerit iste vt
fur & latro plectendus erit . & si
quis inuenerit animalia damnum
dantia in sua possessione,potest il
la capere & iustitiariis assignare :
aliàs si non assignauerit,pœna fur
ti tenebitur. & qui animalia cum
latrone curiæ assignauerit præ-
mium consequetur . hoc voluit
constitutio , incipiens , peruenit
ad aures . hodiè autem sufficit , si
assignet baiulis locorum : vt ha-
betur in constitu. cum per par-
132 tes Apuliæ . † Item si tres la-
trones concordes deposuerint cõ
trà receptatores , fautores, con-
socios, & participes, faciunt tan-
tam fidem , quantam facerent
duo testes probi uiri : nisi causa
rationabilis suspitionis adesset

vt est tex. in c. frequẽs & ineffrænata. itelligitur tamẽ tex. ille, quãdo ille, qui nominatur ꝑ illos tres latrones, esset leuis persona & infamata: aliàs secùs, vt habetur in c. incip. cõstitutionẽ.

133 † Itẽ iudex in eodẽ iudicio & instantia debet cõdemnare accusatũ de furto ad debitã pœnam, & ad rei furtiuæ restitutionem. hoc est, quod voluit tex. incip. si de furto. & cõcordat cũ l. si quis ad se fundũ. C. ad leg. Iul. de vi. ꝓ quo videatur Bart. in l. interdũ. ff. de pub. iud. & in l. interdum. la ij. §. qui furem. de furt. & pro intellectu illius c. videatur Par. de Pu. in lib. syndi. in verbo, condemnatio. ver. sequitur modò alia quæstio.

De iniurijs.

134 † Si quis iniuriam fecerit, dixeritve officiali imperatoris vel regis, duplicata pœna plecti debet, qua plectitur, si dixerit feceritve priuato: vt voluit consti. regni incip. vt participatio.

135 † Itẽ iudices habẽtes iudicare super actione iniuriarum, debent cõsiderare qualitatẽ personæ, cui dicta facta ve fuerit iniuria: vt si sit curialis vel in dignitate existẽs: & etiã debet cõsiderare qualitatem eius, qui dixit vel fecit iniuriam: & quo tẽpore facta fuit: & in quo loco: & istis consideratis procedant ad sententiam. considerent etiam iudices, quòd iniuria facta dictis regiis curialibus; respicit non tantùm ipsos: sed etiam regis dignitatẽ. hoc est, quod voluit constitu. incipi. obseruent.

136 † Item tunc demum debent duplicata pœna puniri facientes vel dicentes iniuriam regiis officialibus, quando dictam iniuriam facerent dictis officialibus in exercitio officii, ac prætextu officii: at secùs. si ex priuato odio & particulari: vel ex eo, ꝙ officiales aliquid iniuriosè abstulerint ab eis: imò tunc ipsi officiales debent puniri pœna quadrupli eius, quod ablatum fuit per eos iniuriosè subdito regis, applicanda passo iniuriam, quòd si aliter afflixerint subditos prætextu officii, de eo conuicti condemnabuntur ad tertiam partem bonorum suorum omnium regio fisco: & ĩ vtroque casu condemnantur ad perpetuam infamiam & ad amissionem officiorum: & declarabitur, quòd nullo tempore ad aliquod officiũ domini regis admittantur. hoc est, quod voluit constitutio. incipiens, eos tantùm.

137 † Item in actione iniuriarum debet considerari qualitas personæ inferentis iniuriam, & qualitas personæ eius, cui illata est iniuria: an videlicet sint personæ publicæ, an priuatæ, & an in dignitate cõstitutæ. item cõsiderari debet, in quo loco sit commissa iniuria, & quibus ꝑsentib9 & an in iudicio, an extrà. itẽ ĩ qua parte corporis facta sit iniuria.

138 † Itẽ ille, qui intentat actionẽ iniuriarũ, debet iurare, ꝙ potius voluisset de suis propriis bonis tãtùm ꝑdere, quàm talẽ iniuriã sustinere: & secundùm dictam æstimationẽ debet subsequi cõdemnatio. potest tamen iudex taxare dictam æstimationem antè sententiam: & à tali sententia potest vterque appellare. & de tali condemnatione fiũt tres partes: duæ sunt curiç, & tertia eius, qui passus fuit iniuriam

riam.hoc est quod voluit constitutio, incip. varietates pœnarum, & quasi tota est conformis cũ iure communi. secundùm Gl. & Do
139 cto.† Et est notandũ, ꝙ pro verbis iniuriosis non potest agi ad querelã vel denũtiationem ex officio curiæ: sed debet agi per libellum legitimè ordinatũ: vt dictat ritus magnæ curiæ vicariæ, incip.
140 statuẽtes.† Sed hic occurrit dubium: ꝙ si pars iniuriata porrigat libellum, posteà verò desistat, an possit curia ex officio procedere: & videbatur dicendum, quòd sic: & primò per tex. l. fi. ff. de pa. vbi habetur, quòd ius mihi acquisitũ, non potest sine facto meo tolli. vndè si per libellum fuit acquisitũ ius curiæ, licèt pars porrigens libellum remiserit: nõ tamẽ præiudicat fisco. item pro hoc facit c. regni, quòd accusatore desistẽte, curia procedit: & pari modo caue tur per regiã prag. ergo sumus in claris. Contrarium videtur dicendum: & primo, quia fiscus nullum ius habet in pœnis antè sententiã: vt notabiliter dicit Bal. in l. fi. C. de fru. & lit. expẽ. vndè si antè sententiam nullum habetur ius, non potest dici ipsi fuisse acquisitum ius per porrectionem libelli: secũdò, quia in crimine iniuriarũ est permissa trãsactio: & vbi est permissa transactio, parte desistente, curia ex officio procedere nõ potest: vt dixi suprà in titu. de vsur. &c. & regiæ prag. de accusatore desistente locuntur: & habẽt locũ in casibus, in quib⁹ aliàs posset ex officio procedi: & ita intelligo ꝓcedere dictum Bart. in l. j. C. de abolitio. & quia pendet nunc in facto, non aliter me extendo.
141 † Illud adnotandum, est quòd pro iniuriis, offensis, maleficiis, atque culpis, religiosis, clericis, & ecclesiasticis personis illatis, potest ex officio procedi, vbi nullus accusator apparet: voluit tex. in c. de iniuriis. debet. tamẽ aliquis denũtiare ad hoc, vt ex officio possit procedi. secundùm Io. Crispan. in d. c. & aliàs obtinui dictum c. intelligi debere nõ de simplici verbali iniuria, sed graui.
142 † Si quis rusticus verberauerit militem nõ per viã defensionis, sed offensionis, manus detruncatione puniri debet. eadem pœna imponitur vallecto, qui militem nobilioris gradus verberare tẽtauerit. si autem quis æque nobilẽ verberauerit, punietur priuatione nobilitatis, & exulabit extrà regnum ꝑ annum. si nobilis minus nobilem verberauerit, ipso iure est priuatus nobilitate, & non poterit esse in iudicio nobilium. similes militem verberauerit, priuatur amissione omnium equorum & armorum suorum, & exulabit per annum extrà regnum. & si burgensis aut rusticus verberatus sit à milite, qui non est ipsius dominus, punietur miles iuxtà sacramentum passi iniuriam & taxationem iudicis. hoc voluit consti. regni incip. vt dignitatum. & intelligitur hæc constit. de nobilibus & militibus nobiliter & militanter viuentibus: non aliàs. secundùm Iser. & Afflict. ibi. & sic istæ personæ non continentur in cõsti. præcedenti, uarietates pœnarum. secundùm Afflict. ibi.

De

De crimine peculatus.

143 † Si officialis pecuniam reipublicæ tempore suæ administrationis, subtraxisset, olim de iure cõmuni pœna deportationis puniebatur. l. iij. ff. ad l. Iul. pecula. hodiè verò in regno punitur pœna capitis: vt voluit consti. regni incip. offi. reipublicæ. & Glo. intelligit de pœna capitis, id est, mortis naturalis. sed Afflict. dicit debere intelligi etiam de pœna deportationis, & sic mortis ciuilis. videat tamen c. incip. nouis moribus. & c. vulgaris famæ. & c. imprimis. & c. incip. cures attentè, vbi videbis, quæ & qualia statuta sint in 144 hoc crimine. † Et si officialis ex sua negligentia deperire fecit bona publica, ipse tenetur regio fisco de facultatibus suis tantundem in æstimatione soluere. hoc est quod voluit consti. inci. officiales, qui.

De inquisitionibus faciendis.

145 † Inquisitio generalis de iure cõmuni solebat fieri per præsidem vel alium nouum officialem, quãdo accedebat ad capiẽdam possessionem sui officii, ad purgandum prouinciam malis hominibus: text. est, & ibi Bar. in l. congruit. ff. de offic. præsi. posteà successit in regno constitu. incip. inquisitiones generales. qua cautum est, quòd præsides & iustitiarii prouinciarum, vbi & quando eis videbitur, ad libitum possent generales inquisitiones facere, ad purgandum prouinciam malis hominibus. demum successit ca. regni inci. generales inquisitiones. quo cautum est, non semper & indistinctè licere præsidibus generales inquisitiones facere: sed semel tãtùm in anno. & talis inquisitio generalis non operatur, vt ex ea possit quis condemnari, quia nullus fuit contradictor: nec aliquis est citatus ad faciendas suas defensiones. sed operabitur tãtùm, vt ex ea posset perueniri ad specialem: & sic est præpatoria: vt dicit Feli. in c. inquisitionis. col. iij. de accusa. deinde superuenit consti. ij. qui. quæ statuit, quòd si facta in quisitione generali per decem testes bonæ & optimæ opinionis cõstiterit contrà aliquem de aliquo delicto, pro quo de iustitia non venit inferenda pœna mortis naturalis, nec abscisio alicuius mẽbri, & de dicto delicto fuerit conuictus, debet iudex ipsum ad opus publicum mittere suo arbitrio: si verò per decem, vt suprà, constiterit contrà aliquem de aliquo delicto, ex quo veniret imponenda pœna mortis naturalis, aut membri abscissionis, & non est probatum, quòd est leuis vitæ & malæ conuersationis, tunc poterit contrà eum procedi ad citationem, vt compareat ad se defendendum: & si comparuerit, dabitur copia nominũ testium vnà cum eorum depositionibus, & consequenter terminus ad se defendendum: si verò cõtrà eundem, per dictos testes probetur, quod commisit crimen, in quo venit imponenda pœna mortis, vel mutilationis membri, vel perpetui carceris, & sit probatum per testes nu. 10. bonæ opinionis, & non inimicos inculpati, quòd sit homo leuis vitæ & conuersationis,

nis; tunc quando proceditur cõtrà eum, debet ei dari copia nominum testium deponentium cõ tra eum in generali inquisitione, & non testimoniorum ipsorum: & proceditur ad condemnationem iuxtà qualitatem probati criminis. superuenit postmodum cõsti. item dura & dira. qua cautum est, quòd etiam si probatum fuerit inquisitũ esse leuis opinionis & vitæ, debeat dari copia repertorum. & cõcordat cum cap. incip. in generalibus inquisitionibus. & cum capi. subiungendo. & cùm in d. constitu. requiratur probatio per decem testes, in hoc dicta constitu. est correcta per cap. sub iungendo. vbi statutum est, quòd sufficiũt quatuor testes. post hæc superuenit pragma. reginæ Ioannæ inserta inter capitula regni, quæ incipien. item, quòd prædicti officiales nullatenus de cætero audeant, ibi, in regno prohibentem fieri inquisitiones. & sic correctæ sunt omnes constitu. & capitula permittentes inquisitiones generales.

De accusationibus.

146 † Nullus accusator admittitur ad accusandum, nisi se obligauerit ad certam pœnam pecuniariã, se probaturum crimen obiectum. hoc est quod voluit constitu. incipi. præsenti lege. quæ concordat cum l. iij. C. qui accusa. non po. & 4. q. 4. c. 2. §. inscriptio. & concordat cũ constit. pœnam calumnię. & de hoc extat ritus magnæ curiæ vicariæ, incip. item ꝙ curiæ. sed hoc hodiè parum ob-
147 seruatur. † Item extat ritus magnæ curiæ vicariæ, ꝙ si filiusfamilias accusat non admittitur, nisi fiat fides, ꝙ habeat bona castrẽsia vel quasi, vel alius ꝓ eo principaliter se obliget ob probationẽ: vt in tit. inci. item seruat ipsa curia, quòd quando venit aliquis.

De accusationibus.

148 † Desistentes ab accusatione, vt quia lite contestata in accusatione criminali, non comparent in termino eis præfixo à iudicio ad aliquem actum faciendum in litem, ob contumaciam puniuntur in tertia parte bonorum mobilium: & si iterum citantur ad prosequendam accusationem, & fuerint cõtumaces, punientur pœna centum augustalium. hoc est, quod voluit cõsti. incipi. accusatorem. & idem erit, si remittãt expressè post litem contestatam accusationi institutæ. est etiam alia constitutio, incipien. postquàm citatæ partes. qua prouisum est, quòd postquàm citatæ partes comparent, possunt transigere & pacisci, & sic desistere ab accusatione: nisi in enormibus criminibus, in quibus non licet. est etiam cap. regni incipien. ad audientiam nostram. quo cauetur, vt si quis accuset in casu, quo tangitur tãtùm interesse priuatum, & iurauerit de prosequendo, antequàm partes compareant in iudicio, licitè potest desistere: sed ubi tangitur interesse curiæ, non admittitur accusatio, nisi data cautione de prosequendo: & tunc si contrà iuramentum desistat, ad pœnam periurij potest procedi contrà eum: vt ibi demũ superuenit ritus magnæ curię vicariæ,

vicariæ, Incip. item seruat ipsa vicaria, quòd accusator. sub rubrica, de desistentibus. qui voluit, quod si accusator vult desistere antè litis contestationem, soluit tarenos sex: post litem contestatam, tarenos duodecim, & per dictũ ritũ corrigitur c. ad audientiam nostram.
149 † Solennitates accusationũ seu denuntiationum remittuntur in enormibus. tex. est in consti. iusti
150 tiarii non per Calendas. † Non debet admitti quis ad accusandũ, si est præsonerius vel familiaris officialis: nisi de crimine publico: & tunc iustitia mediante proceda tur. hoc voluit c. incipiens, item statuimus, quòd magnifici iusti-
151 tiarii. † Accusatore desistente debet substitui per iudices vnus in locum ipsius, cum quo procedatur ad definitionem causæ ex eisdem actis. hoc est, quod voluit c. regis Roberti incip. spectat ad p̃-
152 fides seu ad consultationẽ. † Ac cusatione pendẽte ipse accusator accusari nõ potest. & aliàs, vt plenè dixi suprà in verbo, audiantur
153 exceptiones proponendæ. † Licèt enim popularis accusatio vige ret, vt in toto titulo de popu. actioni. tamen hodiè in regno nullus admittitur ad accusandum, nisi suam suorumque iniuriam prosequatur: vt dictat ritus magnæ curiæ vicariæ incipiens, quòd nullus admittatur. & alius ritus incipiens, item, quòd nullus. & in alio ritu incipiente, item, quòd nul-
154 lus laicus. † Clericus nõ admittitur ad accusandum etiam circa pœnam sanguinis, nisi suam suorumque iniuriam prosequatur: ad denuntiandum autem admittitur cum obligatiõe pœnali facta per laicum, pro parte ipsius clerici. hoc voluit ritus magnæ curiæ uicariæ incipiens, item, quòd nullus clericus. & est alius ritus incip. itẽ seruat ipsa curia, quòd qaando.
155 † Tam accusator, quàm accusatus, tenetur se in curia præsentare in quolibet termino: & si accusatus in aliquo termino nõ comparet, & accusator comparet, accusabitur contumacia contrà ipsum accusatum, & sequenti die ad petitionem accusatoris vel fisci patroni potest idem accusatus seu inquisitus condemnari ad pœnam fideiussionis & banniri, & fideiussor condemnatur ad pœnam fideiussionis, hoc voluit ritus incipi. item seruat ipsa curia, quòd vbicunque. & idem vult alius ritus in cipiẽs, itẽ nota, quòd die vltimo.
156 † Accusator & accusatus si colludunt, & in termino eis dato nõ comparent in iudicio, vel terminum prorogant, quem sponte ceperunt, puniuntur in centum augustales, vteruis pro medietate: vt in constitu. sæpè cõtingit. de pœ-
157 na collu. † Et est notandum, quod accusator de adulterio, si vxorem receperit, videtur destitisse. adeò vt vlterius nõ admittatur ad querulandum. hoc voluit constit. qui
158 post crimen. † Licèt olim de iure communi si de minori crimine accusans, reaccusaretur de maiori crimine, antequàm nomen esset receptum inter reos, impediebatur prima accusatio. l. j. C. qui accu. non pos. tamẽ de iure regni corrigitur, & in vtraque accusatione proceditur. hoc voluit con
159 sti. si ciuiliter agens. † Si commisso delicto in aliquem, ita ille est læsus, vt non possit suam iniu-

riam

riam prosequi, nec in iudicio adesse, tum si accusator desit & cõstet summariè, suppleat iudicis officium, ut ex officio procedat: ut in cap. regis Caroli incipien. plerunque.

Ne filius pro patre, uel è diuerso.

160 † Pater pro filio delinquente non tenetur, nec è contrà: nisi filius deliquerit in crimine lęsę maiestatis. quia tunc pater tenetur denuntiare filium regi, & ducere filium ad satisfaciendum regi: ut in authen. liceat matri & auiæ. §. si uerò contrà imperium. & est c. regis Caroli primi incipiens, ad uindictam. & è contrà, si pater delinquit in crimine læsæ maiestatis, filius punitur pœna l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiest. item si frater delinquat, alii fratres non tenentur pro eo. & idem dicendum est in coniugibus: ut si maritus delinquat, uxor nullum damnum pati debet in iuribus dotalibus. fallit si personæ præsentes filio delinquenti exuli uel fugitiuo uel foriudicato, uel fratri exuli uel foriudicato, præsentibus præstitissent alimoniam. tunc enim bona eis dimissa publicantur regiæ curiæ. & quando filius uenit puniendus pœna pecuniaria, & non potest soluere, non potest cogi pater, ut pro eo soluat. hæc omnia uoluit constit. incip. patres pro filiis. concordat cum consti. ob filiorum culpas. & cum consti. pœna carere uolentes. idem uoluit c. regis Caroli in planicie sancti Martini, inci. item statuimus, q͏ si contingat aliquos damnari. item est sciendum, quòd non licet filiis proditorum contrahere matrimonium sine assensu regis: ut in c. regis Caroli primi satis constat. & per capitulum regis Caroli secundi incip. item statuimus, quòd filiæ proditorum. est ordinatum, quòd filiæ proditorum non possunt dotari de bonis, quæ eis obuenerunt ex substantia paterna: sed tantùm de illis, quæ eis obuenerũt aliunde legitimè. & per ca. incip. humanitatem quoque sectantes. est statutum, quòd filiæ proditorum & hæreticorum non possunt contrahere matrimonium absq; assensu regis: sed filiæ foriudicatorum pro aliis criminibus, liberè possunt matrimonium contrahere. sed corrigit prædicta aliud c. inci. item statuimus, q͏ licitum. & in alio c. incip. item seruetur c. de uerbo ad uerbum.

De foro competenti.

161 † Siquis traxerit aliquem pro aliqua causa coràm alio iudice, quàm regis, in casu, quo ipse regis officialis deberet cognoscere, punitur pœna publicationis omniũ bonorum mobilium & immobilium etiam feudalium, hoc est, quod uoluit constitu. incipi. cum iustitiæ.

De reorum custodia.

162 † Carcerati si non pernoctauerint in carceribus, nihil soluere tenent: sed si pnoctauerint, pro liberatione sua quilibet eorũ granos decem soluere debet. hoc est, q͏ uoluit consti. incipiens. castellani & seruiẽtes. & si quis castellanorum

uel seruiẽtium ultrà receperit, no nuplum curiæ soluere debet, & restituere domino, id quod iniustè recepit. hoc uoluit constit. sequẽs incip. siquis castellanorum. sed prima cõstitutio inquantùm permittitur posse exigi granos decem, corrigitur per c. regis Caroli incip. magistro iurato, iustitiario, castellanis. ut dicit Affli. in d. consti. extat aliud c. regis Caroli primi inci. item à collectoribus. quo cauetur, ꝙ nihil debet recipi à carceratis pro debito fiscali, quando liberantur, sub pœna quadrupli. superuenit demum ritus magnæ curię vicariæ incip. item, ꝙ carcerarius. quo cauetur, quòd carcerati pernoctãtes tenentur soluere granos xiij. de quo ritu meminit Afflict. in d. cõsti. castellani. & dicit, quòd nescit, quomodò potuit illud introduci contrà capi. regni. est etiã aliud capit. incip. item statuimus, ꝙ prisonerii. quo cauetur ꝙ nihil potest recipi præter id, ꝙ statutum est. adde quòd extat regia pragmatica Cæsa. maiestatis, incip. item volumus & mãdamus quòd carcer. qua cauetur, quòd nihil debet solui à carceratis.

163 † Si carcerati euaserint negligẽtia custodum, puniũtur custodes ipsi pœna publicationis omnium bonorum, & incarcerẽtur per annum: sed si dolosè & fraudulenter permiiserint carceratos fugere, capitali sententia cõdemnãtur. hoc est, quod voluit tex. in constitut. custodes, de quorũ custodia. sed de iure cõmuni puniuntur eadem pœna, qua debebãt puniri ipsi carcerati l. ad commentariensem. C.

164 de custo. reo. † Carceribus mancipari minimè debent parati dare fideiussoriam cautionẽ. l. diuus. ff. de custo. reorum. concordat in hoc cõsti. regni inci. humanitate. fallit in crimine notorio. item in crimine lesę maiestatis: & aliis casibus: vt plenè dixi suprà in uerbo liberentur sub fideiussoria cautione. idem uoluit c. incip. item iustitiarii delatos. vbi plus dicitur, ꝙ sub pœna intra decem dies postquàm est conclusum in causa, debent carcerati expediri. adde, ꝙ extat regia pragma. inci. inoleuit. quæ mandat ad capturam ꝓcedi seruato iuris ordine sub pœna.

165 † Incidentes in pœnam pecuniariam, vel bannum de persona: si idoneè caueant, non debent capi. hoc est, quod voluit text. c. sta-

166 tuimus, ut nullus. † Non debet quis capi de persona absque consilio iudicis, si idoneè cauerit: nisi in casibus à regni constitutionibus permissis, & officialis contrà faciens, perdit medietatem gagiorum vnius anni, & insuper alia pœna plectitur ad arbitrium regis. & si iudices in casibus prohibitis cõsiliũ dederint vt capiatur aliquis, ipsi tenentur ad eam pœnam, & officiales liberantur. & si officiales aliquem ceperint contrà ius, nisi iudices resistãt, tenentur pœna prędicta. & si ipsis resistentibus nihilominus officiales ceperint, sub eadẽ pœna tenẽtur regi denũtiare. hoc est quod voluit c. incip. itẽ caueant iustitiarii, ne aliquos. idem voluit capitu. item, quòd

167 prædicti iustitiarii. † Non debent prætextu custodiæ carceratorum vel portandorum de loco ad locũ, grauari subditi & uassalli: sed propriis expensis curiæ, & per ipsius seruos custodiri. hoc

est

est quod uoluit c. incipiẽs. prouisum est pro meliori. & similiter est statutum in capitulis Papę Honorii. in c. quod incipit. ad captiuorum custodiam. de quo meminit Afflict. in consti. castellani.

De castellanis.

168 † Castellani non debent se intromittere de aliquo negotio terræ, ubi est castrum, palàm uel occultè: aliàs puniuntur pœna priuationis officii, & quinquaginta augustalium. & seruientes castrorum absque licentia castellani, nõ exeant sub pœna augustaliũ quatuor, quos si non possunt soluere, ad opus publicum condemnãtur. & concordat hoc c. cum cap. regis Caroli primi, incipi. castellani & seruientes. & cum alio c. incip. ꝙ castellanis nostrarum arcium.

169 † Causæ criminales castellanorum per iustitiarios regionum tractantur. hoc est quod uoluit consti. castellanorum.

De contumacibus, & pœna contumacium.

170 † Cõtumaces in causis criminalibus hodiè in regno puniunẽ pœna publicationis tertiæ partis bonorum mobiliũ, & eius nomẽ & alia bona annotantur: ut erat de iure communi. l. j. ff. de requi. re. uerũ est differentia inter ius commune & regni, quia de iure regni reseruãtur bona filiis. secũdũ dispositionem consti. inci. grandis utilitas. & aliud ius nouum ibi adducitur, quia cõtumaces banniuntur secũdùm formam ibi traditã. de quo dixi suprà in uerbo, reputẽtur contumaces. & in uerbo, bannientur. & perseuerantes in contumacia ꝑ annum, foriudicantur: ut in constitu. pœnam eorum. ut satis suprà dixi in uerbo, foriudicentur.

171 † Contumaces securè possunt comparere intrà duos mẽses à die banni: & intrà illud tempus offendi non possunt. hoc uoluit consti tu. incipi. clementiæ. idem uoluit ritus incip. item quòd nullatenus

172 bannitus. † Siquis fuerit contumax reputatus, & de sero comparuit ad purgandam contumaciã, tenetur sequenti curia personaliter comparere, & dare fideiussoriam cautionem de stando iuri, & petere, quòd procedatur in causa: aliàs contumax remanebit. hoc est, quod uoluit ritus incip. item, quòd plerunq;. & quòd posſit cõparere de sero, & purgare cõtumaciam, est ritus incipiens, item seruat ipsa curia, quòd si aliquis bannitus. & fideiussor condemnatus purgat contumaciam, si comparet de sero, & præsentat principalem, aliàs secus: ut in eodem ritu.

174 † Et nota, quòd nullus debet de æquitate condemnari prima die post ferias: ut uoluit ritus incipi. item seruat ipsa curia, quòd pri-

174 mò. † Et contumax citatus in causa ciuili, non potest per procuratorem comparere nisi priùs purgauerit contumaciam. hoc uoluit ritus incip. item, quòd si aliquis uel aliqua bannitus, &c. de aliis dixi suprà in uerbo, contumaces reputentur.

De citatis ad informandum.

175 † Vniuersitas citata in criminalibus, potest cõparere per syndicũ

 specialiter

specialiter constitutum. idem permissum est mulieribus coniugatis: ut uidelicet possint compatere per procuratorem cum speciali mandato, hoc uoluit constitutio, generalia iura. & est ius nouum, secundùm Glos.ibi.citari nō possunt ad nouē homines locorum. ut in ca. item quòd iustitiarij de cætero.

De foriudicatis & bonis foriudicatorum.

Quia suprà in uerbo, foriudicentur, pleniùs retuli iura regni, ideò hic non repetam.

De citatis coràm maiori iudice.

176 † Si aliquis est citatus coràm iustitiario regionis pro aliqua causa, ibique causa est incepta: & demum citatur coràm magna curia uicaria, non potest deserere illam causam, & cōparere in magna curia uicaria: nisi crimen, de quo citatur esset maius. hæc distinctiò non cadit in crimen læsæ maiestatis. hoc uoluit constit. incip. contingit interdum.

De pœna iudicis qui malè iudicauit.

177 † Si iudex in causis ciuilibus dolosè iudicat, eius bona publicant̄: sed si p ignorantiam deliquit, pœna arbitrio regis inferenda plectitur: ut est cōsti. regni. si iudex frau
178 dulēter. † Et si malè iudicauit in causis criminalibus accepta pecunia, pœna capitali punit̄: ut est cōstit. incip. iudex si accepta. secundùm capitula regni iudex condēnans ad mortem, ubi non debuit, punitur pœna similitudinis supplicij: ut in c. regis Caroli inci. si iustè quis appellauerit. de iure uerò communi non punitur iudex, qn̄ malè iudicauit in causa ciuili, pœna publicationis bonorum: sed qn̄ dolosè iudicauit in causa criminali: ut patet in auth. nouo iure. C. de pœn. iudi. qui ma. iud. secūdùm Afflict. in d. cōstitu. si iudex fraudulenter.

De crimine corruptelæ.

179 † Crimen corruptelæ est publicum, adeò, ut omnibus in iudicio liceat deferre officialem de corruptela, & donatorem uel promissorem, & si per legitimas probationes constiterit de corruptela, accusans uel denuntians præmiabitur: & erit præmium, quia officialis condemnabitur ad soluendum dicto accusatori uel denuntiatori tantum, quantum fuerit pmissum dicto officiali: & si dictū promissum non sit certum, considerata qualitate causę & personarum, punietur iudex arbitrio iudicantis. hoc est quod uoluit cōstitutio, corruptelę. & si quis dederit uel promiserit certum quid iudici, & intrà tres dies non detulerit, punitur in tantundem. ut in d. const. in fi. de iure uerò communi, qui corrupit iudicem, litē perdit, siue sit persona priuata, siue publica, siue fiscalis: ut l. j. C. de pœn. iu. qui mal. iudi. uerùm si ipsemet corrumpens id detulerit iudici, & probauerit, est immunis ab omni pœna; ubi uerò deferens non probat, si delatus iurauerit se non recepisse, liberatur ipse delatus:

latus: sed deferens in æstimatione litis punitur: & si delatus per iuramentum se purgare recusauerit, punitur ac si contrà eum probatum esset: ut in auth. nouo iure. C. de pœn. iud. qui mal. iud. & iudex corrupt⁹ efficitur infamis, & damna resarcire debet. l. fin. C. eo. titu. idem uoluit constitutio. incip. litigator autem. item de iure communi, si quis non pecunia, sed precibus corrumpit iudicem, punitur pœna centum aureorum. l. j. in fi. cum Gloss. ff. ad leg. Iul.
180 de ambi. † Et nota unum notabile uerbū, quod si inquisitus corrumpit iudicem, ut certam pro se ferat sententiam, non punitur de corruptela, nec ipse, nec iudex. doctri. est Barto. in l. qui explicandi.
181 C. de accusatio. † Et de iure ciuili attentans corrumpere, punitur ac si corrupisset. l. imperator uerus & Anto. ff. de iure fis. & Bald. in authenti. sed nouo iure. C. de pœn. iu. qui mal. iudi. in j. q. idem est de iure regni: ut in constitutio. incipien. litigator autem.
182 † Demum superuenit ca. incip. uulgaris famæ proloquium. quo datur forma procedendi contrà iudicem impetitum de corruptela, & in primis statuit capiendam esse informationem de fama iudicis: demum procedatur ad examen testium super corruptela: & si duo aut tres testes conditionis electæ & morum deposuerint de corruptela, tūc si iudex fuerit bonæ famæ, datur ipsi copia nominum testium: non autem dictorū: & nisi aliquid probauerit, quod ipsius innocentiam demonstret, ad condemnationem ipsius procedi debet. si uerò fuerit malæ famæ, nulla ipsi data copia condemnabitur. debet tamen iudex in hoc circunspectè procedere, ut ad testimonium inimici minimè admittantur: & sic debet inuestigare, qui sint testes, & cuius qualitatis: quis sit zelus delatoris: quæ causa ipsum mouerit ad deferendum: & si per unum testē tātummodò bonæ existimationis & uitæ contra iudicem probetur, & deferēs iuret se dedisse pecuniam iudici, & quantitas nō sit magna, & dans sit honesta persona, cōdemnabitur iudex. sed si per testes non potest ꝓbari de corruptione prędicta, & delatus sit malę famę, & aliqua saltem præsumptiuè probentur contrà eum: ut quia probatur dantis captio & absolutio sine causa, uel tractatus seu pactiones cum officiali habitæ pro liberatione, uel aliæ coniecturæ appareant in d. c. descriptæ, & deferens iuret se dedisse, & quantitas nō est magna, tunc potest similiter iudex condemnari. at si officialis fuerit bonę famę, quantumcunq; probētur præsumptiones & coniecturæ uel indicia contrà eum, præcipuè, ubi deferens leuis uitæ compertus fuerit, tunc ad condemnationem minimè deueniri potest. sed si deferens sit persona approbatæ uitæ, & probentur contrà officialem uiolenta indicia, quantūcunque sit officialis bonæ famæ repertus, si quantitas data non est magna, condemnabitur officialis. sed ubicunque propter defectū probationis condēnatio sequi nō potest, & sunt indicia, debet delatus per iuramentum se purgare, & si officiales fuerint de corruptela condemnati: non possunt appella-

re: sed tantummodò supplicare: & ipsa supplicatio non suspendit ꝓnunciatum, nisi quousq; ipsa supplicatio coràm principe præsentetur. & dictum cap. fuit factum ad beneplacitum, de cuius intellectu uideatur Par. de Pute. in lib. syndic. in uerbo, corruptio. & uide c. incipien. item, quòd in omni casu. quo cauetur, quòd quando contrà officialem legitimè non probatur, potest se per iuramentum purgare: si uerò iurare recusauerit, debet stari iuraméto partis aduersæ de eo, quod dicit ei dedisse.

De non opprimendis uassallis à dominis.

183 † Non debent barones suos uassallos indebitè opprimere, uel eis aliquid auferre: & si contrà fecerint, puniuntur in refectione expẽsarum, & rem ablatam tenentur restituere, & soluere duplum curiæ. si uerò uassalli indebitè querulant contrà dominos, debent in expensis condẽnari. hoc est quod uoluit consti. incip. præsenti constitutione. demum superuenit regia pragma. incip. magnifico uiro Aloisio Coppulæ. quæ est regis Ferdinandi. qua cauetur, quòd barones exigentes & extorquentes à uassallis adiutoria in casibus non permissis, ultrà emendationem damni faciendam illis, quibus illatum est, tenẽtur ad duplum regiæ curiæ: nec possunt barones suos uassallos prohibere uendere, uel cogere ut uendant, sub pœna ducatorũ mille, & est prag. Cæs. ma. Caro. v. imp. inci. quin etiam. qua cauetur uassallos non opprimi à suis dominis. item eiusdem est alia prag. incipien. item ex quo diuino. qua cauetur, quòd barones non debent impedire matrimonia inter suos vassallos directè uel indirectè, sub pœna reseruata regiæ maiestati seu uiceregi. item est alia pragma. incipien. audiuimus etiam. quæ mandat non imponi nouas angarias & gabellas subditis per barones. nisi in casibus à iure permissis. item est alia pragma. incipien. graues insuper. quæ mandat baronibus, ut nõ cogant suos vassallos ad emendum sua bona, sub pœna reseruata regi, & perditionis pretii coactæ vẽditionis: & quòd uenditio sit nulla. item est alia prag. incipien. audiuimus etiam complures barones. quæ mandat baronibus, vt non constringant suos vassallos accedere ad sua molendina, furnos, uel torcularia: nisi habuerint barones ius prohibendi ex consuetudine vel priuilegio.

De seruis fugitiuis.

184 † Seruos fugitiuos nullus capere debet, & si ceperit, statim domino restituat: & si ignorauerit dominum, assignet baiulis & officialibus locorum. qui contrà fecerit, ipse, & omnia eius bona, regis efficiuntur. hoc voluit constitutio incip. seruos & ancillas. & est alia pœna de iure cõmuni, quàm secundùm hanc constitutio. vt. habetur in l. quicunque. C. de ser. uis fugi. & hæc constitu. in parte corrigitur per constitu. incipien. mancipia.

De

De falsis.

185 †Falsificãtes literas regias aut sigillum, capitaliter debẽt puniri: vt habetur in const. qui literas.& nõ est distinguendum, an literæ regiæ cõtinebãt iustitiam, an gratiam: an fiat falsitas per notarios cãcellariæ, an partem: an talis falsitas sit alicui nocitura, an nõ: an modica sit rasura: nec an ille, qui falsificauit, vsus fuit, an non: nec an illę literę falsificatę sint iustę, an iniustæ. vt habetur per Afflic. ibi.& dicit Affli. ꝙ intelligitur de pœna capitali, quę est deportatio: sed superuenit c. regni regis Caroli inci. vt quæ ab excellẽtia. quod statuit pœnam vltimi supplicii in falsificãtes literas & sigillũ regis: vt refert etiam Afflic. in d. const.
186 in fin. † Vtens falso instrumẽto ignoranter, excusatur à pœna falsi: vt est consti. incip. qui falsò. & cõcordat cum l. si falsos. C. eo. sed dicit subaudiẽdum esse Affli. ibi: si desistat ab vsu.& ĩ hoc est emanata regia prag. incip. testem falsum. qua cauetur, ꝙ nisi producẽs renuntiauerit vsui infrà octo dies post processum publicatum, põt
187 de falso puniri. † Et qui instruit testes ad falsum deponẽdum, pœna falsi coërcetur: vt habetur in consti. qui falsitatẽ. quæ cõcordat cũ l. j. in princ. & §. j. ff. ad l. Cor. de fal. & intelligetur de pœna secũdùm ius cõe, quę in homine libero est deportatio cum publicatione bonorum. secundùm Affli.
188 ibi. † Et qui celat testamentum uel aliud instrumentum, tenetur de falso: vt habetur in consti. testamentorũ. concordat tex. l. Paulus. §. Paulus. ff. ad l. Corn. de fals.
189 † Et similiter de falso tenetur, qui aboleuit testamentum patris, in hunc finem, vt ei succedat ab intestato, & perdit hæreditatem:
190 vt in consti. si quis patris. † Et in pœna falsi qualitas personę est inspicienda & satis attendẽda: vt
191 in consti. qualitas personæ. † Et si testes in aliqua causa falsum deposuerint, possunt ex eodem processu pœna falsi puniri: & sufficit si citentur ad dicendum causam, quare non debeant puniri de falso: qui si non cõparuerint, illa cõtumacia sufficit ad eos condẽnandum: vt habetur in regia prag. te-
192 stem falsum. † Et si testis de falso cõdemnatus iteratò falsum committat, ultimo supplicio punietur: vt est alia regia prag. incip. testes insuper falsos. ¶ Et per querelam de falso contra testes & partem, non retardatur cursus causæ principalis: vt in regia pragm. incip. Raymundus vniuersis.

De falsa moneta.

193 † Cudentes falsam monetã, vel scienter accipientes aut consentientes, pœna capitis & publicatione bonorum plectuntur: vt in consti. incip. adulterinam monetam. quæ concordat cum l. ij. C.
194 de fals. mo. † Et qui pecuniam argenteam uel auream raserit aut diminuerit, pœna eadem plectitur: vt in consti. qui nũmos. & est cõfirmatum per regem Carolum: vt habetur in c. iam sæpè ad nos. & vltrà statuitur, ꝙ tales punientur, sicut de crimine læsæ maiestatis: & ꝙ accusator talium ipsis cõuictis, debet habere viginti augu-

stales: & plenam fidem facit in tali crimine vnus testis fide dignus de visu, & fama publica.

De veneficiis.

195 †Capitali sententia debent plecti, qui ad alienandos animos: videlicet ad amorem uel odiũ: aut ad fatuitatẽ causandam, mala medicamenta homini dederint, aut venenum, vt homo moriatur. & simile si aliquis habuerit uenenũ penès se vel in domo, vel illud vẽdiderit, simili pœna plectitur: vt in consti. mala noxia. concordat cum c. homicidas. xxiij. q. v. & in l. iij. ff. ad l. Cor. de sicar. & intelligitur tex. de vendente & habente penès se, ita videlicet, si causa occidendi hominem habuerit, vel vendiderit: & ibi dicit Affli. ꝙ eadem pœna plectatur & emptor: vt in constit. incipien. eadem pœna. & inquantum suprà dicitur, quòd eadem pœna punitur uendens venenum ad nocendum. idem statuitur in constitu. incipien. quicun-
196 que toxicum. † Et qui instruxerit poculum amatorium, etiamsi neminem læserit, non erit impunis: vt in consti. incipi. poculum amatorium. sed punitur, si est honestæ vitæ, relegatione ad insulam, amissa parte bonorum: & si est seruus, ad metallum damnatur. l. si quis. §. abortionis. ff. de pœn. & porrigentes vel dantes amatoria pocula, si sequatᷓ mors, pœna mortis plectentur: si verò sumens in aliquo non lædatur, publicantur omnia bona, & per annum carcerantur: vt habetur in consti. amatoria pocula.

De adulteriis.

197 †Adultera licet de iure communi pœna mortis plectebatur: ut C. eo. tit. l. castitati & l. quamuis. tamen de iure regni punitur aliter. quia traditur uiro, vt ille ipsi trũcet nasum: & si uir noluerit nasum truncare, publicè flagellabitur: vt in consti. legum asperitate. & sic solum in adultero est hodiè pœna mortis. per d. l. quamuis. quæ per consti. regni non immutatur. & de iure etiã canonũ est pœna capitis in adultero: vt extrà, de pro. c. tuæ. instit. de pu. iu. §. sed & lex.
198 † Et maritus si reperit uxorem in adulterio, nulla mora protracta utrunque occidere potest: vt in consti. si maritus. & est notandum, quòd iudex ecclesiasticus, est iudex competẽs in causa adulterii: vt in consti. incip. maiestati nostræ. quod qualiter intelligatur, vide Afflic. ibi.

De lenonibus.

¶De lenocinio dixi satis suprà in verbo, & lenocinium commisit. vbi habes, quæ sint de iure regni statuta, quæ hic non repeto.

De vendente liberum hominem.

199 †Qui sciens liberum hominem uendiderit, debet redimere ipsum sic uenditum, & ipse úendens efficitur seruus curiæ, & omnia eius bona publicantur: & si non potest redimere illum sic uenditum, debet ipse tradi parentibus uenditi, & nihilominus omnia

eius

eius bona publicantur:& si conti gerit, vt quomodocunq; ille seruus venditus redeat, debet ipse uendens tradi pro seruo regiæ curiæ in perpetuã seruitutẽ. hoc est ꝙ voluit consti.incip.qui sciens.

De incendiariis.

200 †Incendiarii domorum de nocte,puniũtur pœna mortis:vt prouisum est per constit. incip.super incendiariis. & per constit.regni incip. qui dolosè.statutum est generaliter,ꝙ incendiarii domorũ, in ciuitate capite puniãtur: vt in consti.qui dolosè.sunt etiam duo capitula regis Caroli de imponẽte ignem restuchiis camporum, quæ aliter non refero.

De ludentibus ad dados.

201 †Ludẽtes quotidie ad aleam & dados,& tabernarum frequentatores,inter infames habentur, & proinde à testimonio repellũtur: vt in consti.mores dissoluti.

De blasphemantibus.

202 †Blasphemantes Deum linguæ amputatione plectuntur:vt in cõsti.blasphemãtes.de iure commuui erat pœna mortis: ut in authẽ. vt non luxu. contra na.colla.vj. superuenit demum regia prag. regis Ferdinandi incip. maxima nobis ingratitudo. qua cautum est, ꝙ blasphemantes nõ attenta qualitate personarum, semper corporaliter puniantur, iuxtà formam regiæ constit. & si officiales tales blasphemantes non puniant,priuantur suis officiis, & aliis pœnis plectantur. de iure verò canonico si sacerdos vel clericus blasphe mauerit, priuabitur fructibus beneficiorum per annum pro prima uice:& pro secunda vice, si vnicũ habuerit beneficium,debet eo priuari:si autem plura,illud quod voluerit ordinarius,debet amittere: & pro tertia vice dignitatibus & beneficiis omnibus priuabitur: eaq; liberè impetrari & conferri poterunt: & est ius nouissimum statutum in concilio Lateranensi sub Leone decimo, vt refert Ioã. Dia.in practi.crimi. cano.in verbo, blasphemiis.

De periuriis.

203 †Periurium committẽtes in iudicio, vel extrà, scienter, manus amputatione plectentur:vt est cõsti.eos qui scienter. & nota quòd extant duo ritus magnæ curiæ vicariæ: vnus incipit, item nota ꝙ ille.alter incipit, item seruat ipsa curia,quòd si aliquis.quibus cauetur,quòd contrà eum,contrà quẽ præsentatum & liquidatum est instrumentum,proceditur ad mutilationem manus. hodiè tamen in periuriis, quæ extrà iudicium cõmittuntur in contractibus, non proceditur ad mutilationem manus.& est notandum quòd est noua pœna,quæ non erat de iure cõmuni.secundùm Affli&.ibi.

De sepulcho violato.

204 †Qui spoliat mortuum vel occisum, pœna manus punitur: & non ex hoc censentur sublata disposita per ius commune circa violatores sepulchrorum: vt habetur

betur in constitu. si quis aliquem occisum.

De occupantibus rem ad fiscum pertinentem.

205 †Qui occupatam tenuerit terram, vel baroniam ad fiscum pertinentem, publicatione omnium suorum bonorum plectetur: vt habetur in c. incip. prædecessorum nostrorum. & similiter qui occupat aliquam rem particularem de demanio regis, punitur pœna quadrupli omnium redituum & prouentuum, quos percepit occupator ex re demaniali spectante ad regium fiscũ: vt in d.c. & illud allegat Afflic. in cõsti. inter multas.
206 in iiij. not. in fi. † Et est notandum, ꝙ debet seruari ordo iuris, quando fiscus prętendit, ꝙ aliqua persona priuata detineat res vel iura fisci occupata. & antequàm legitimè cõuincatur occupator, non debet spoliari: vt habetur in c. item statuimus, ꝙ si procuratores fisci. de quo meminit Afflict. in d. constit. inter multas. in iiij. not. in fine. est etiam aliud c. incipien. ex commissi nobis. quo cauetur, ꝙ sub pœna vnciarum mille occupatores rerum demanialiũ debent bona occupata relaxare: aliàs sine alio processu procedetur ad exactionem dictæ pœnæ.

Vt nullus retineat commendatos in terris demanii.

207 †In terris demanii nemini licet tenere affidatos: aliàs tenetur restituere ipsos commendatos, & ad pœnam decem librarum auri pro prima vice: & pro secunda uice tenetur ad pœnã publicationis omnium bonorum: & pro tertia vice vltimo supplicio cõdemnabitur: vt est text. in c. regis Caroli incipien. prædecessorum nostrorum.
208 †Item in terris baronis nõ possunt recipi vassalli demaniales sub pœna omnium bonorũ, quæ tenet baro in regis dominio: vt habetur in c. regis Robert. incip. cùm ex nostra cura.

De proditoribus eorumq́; pœna.

209 † Proditores puniuntur pœna mortis & publicatione omnium bonorum: vt habetur in c. nuper apud Tranum. & qui dederit consilium vel fauorem, aut receptaue rit, eadem pœna punietur: & qui liberos receptauerit vel dederit auxilium vel consilium, grauissimis pœnis arbitrio regis punietur. & si quis sciuerit esse proditores in regno & celauerit: vel vbi potuisset capere, non ceperit: vel si nõ potuit capere, nõ acclamauerit alta voce, vt proditor regis in persona & rebus grauissimè punia
210 tur. † Et postquàm captus fuerit quis pro crimine læsæ maiestatis, non potest absolui, nec datis vel non datis fideiussoribus à carcere liberari, vel eius bona restitui, sine regis speciali mandato. & quando denuntiatur regi, debet denuntiari in forma descripta in
211 d.c. nuper apud Tranum. †Et si ex causa proditionis bona proditorum ad curiã deuoluta fuerint, intra annum vnum vel biennium, seruata distinctione absentiũ uel presentium, qui in dictis bonis ius habere cõfidit, contrà curiam regiam,

giam,eúmq; qui à curia tenet, ius suum intentare debet: quòd si nõ intentare curet, vltrà nõ auditur: vt habetur in c.& si frequenter.

212 †Et filiæ filiiúe proditorum nõ possunt matrimonia contrahere absque assensu regio,sub pœna publicationis omnium bonorum:vt in c.satis constat de quo dixi suprà:ne filii pro pa.& idem statuitur in filiis & filiabus bannitorum & foriudicatorum: vt ibi. sed istud vltimum corrigitur per c. incipien. humanitatem quo-

213 que.& probatur primũ.†Et bona proditorum ipso iure sunt fisci absque ademptione possessionis: & intrà annos viginti numerandos à die commissi delicti,potest ea fiscus vendicare à quibusli bet detentoribus:& possessores iuuentur legitimis exceptionibus: sed proditores & filii nulla exceptione iuuantur: vt habetur in c. incip.bona proditorum.

De quæstionibus & tormentis.

214 † Ad torturam procedi non potest,nisi secundùm ordinationem & formam constitutionum regni & iuris communis:vt in c. incip. item caueant.nec ad torturã procedi potest sine cõsilio iudicum, vt in c. item quòd in cognitionibus omnium causarum. & per regiam pragma. incipien. mandamus quoque. cautum est: si sunt quatuor iudices, omnes debent notare & subscribere decretũ de

215 torquendo. † Et tortura habet locum in iis delictis, in quibus venit imponenda pœna vltrà relegationem in conuictis: & debet dari præcedentibus legitimis indiciis,argumentis,suspicionibus, & excussione qualitatis & conditionis personæ quæstionibus exponendæ: ut in c.tormenta. † Et

216 tortura debet dari in publico coràm assessoribus, actorum notario,& aduocatis: sed ex causa in occulto datur.sed confessio faciẽda per tortum,fit in secreto:vt habetur in c.habebitur.sed de facto non seruatur: quia datur tortura in occulto & absentibus aduocatis: licèt aduocatus fisci ex quo-

217 dam abusu interueniat.†Et antè torturam debet dari copia, indiciorum, argumentorum, & suspicionum, propter quæ deuenitur ad torturam: aliàs processus erit nullus:vt in eodem c. de quo dic. vt suprà, in loco suo dixi.

218 †Et in accusatis de crimine læsæ maiestatis, hæresis: & in publicis latronibus, & disrobatoribus stratarum, captis in flagranti crimine,aut in fuga: & in teste vacillante,& in eo,qui deliquit iudice sedente pro tribunali,debet seruari ius commune, vt præter formã & modum præsentis edicti subdantur quæstionibus, sicut iudicã

219 videbit:vt in c.in accusatis.†Et si cõtrà formam à iure introductã fuerit quis per officiales tormentis expositus de consilio iudicis & assessoris, debet puniri ipse assessor,nisi arguatur officialis de dolo:quo casu vterq; puniatur:vt in d.c.in accusatis.& si officialis tormentauit aliquem absq; consilio assessoris, ipse officialis punitur, & excusatur assessor,si ignorauit: vel si sciuit,& ptinaciter restitit.

220 † Et quando assessor resistit,tenetur notarius actorũ sub pœna scribere

scribere illā resistētiā: vt in d.c.in accusatis.
221 † Itē per c.incip. tormentis. est similiter prouisum, vt tormenta inferantur in crimine læsæ maiestatis, aut in disrobationibus stratarum, ita, si contrà tales publica fama sit, & sufficientia præcedant indicia: sic etiam in homicida, aut aliàs delinquente enormiter, capto in flagranti crimine: vt habetur in c. incipi. tormentis. & adde, quòd istud capitu. licèt sit posterius in ordine, quam cap. in accusatis. tamen illud corrigit istud, vt etiam tortura habeat locum in teste vacillante, vt hic dicunt moderni. & intellige hoc & illud, vt tortura habeat locum in istis casibus præter formam capitulorum regni, sed seruata forma iuris communis.
222 † Item per c. incipi. item prouisa iuris sanctio. est cautum, vt tormenta etiam die feriato inferantur latronibus, & stratarum disrobatoribus, aut aliis enormiter delinquētibus, qui etiam possunt & debent tormentari, si, & prout videbitur officiali, vt ex dicto capitulo est sumpta præeminentia magnæ curiæ vicariæ. & similiter est statutum per capitu. incipien. idem magistris. quo cauetur, vt in talibus casibus non obseruatis capitulis regni, de iure communi tormententur tales.

De appellationibus recipiendis.

223 † Si contigerit appellari à decreto de torquendo, & iusta est appellatio, debet admitti, & interim ad torturam non procedi. quòd si non admissa appellatione iudex ad torturam processerit, & vt dictum est, appellatio interposita erit iusta: vel processerit ad torturam, vbi non debuit: aut contrà formam iuris, si tortus ex tormentis ipsis, vel propter confessa in tormentis, mortuus fuerit, iudex ipse ad vltimum supplicium propterea tenetur: & simili pœna tenentur iudices, qui reiecta appellatione à diffinitiua condemnatoria ad mortem, executioni sententiam ipsam demandauerunt. & si tortus ex tormentis mortuus non fuerit, iudex ipse in pœnam carceris biennalis incurrit, & tertia pars bonorum ipsius omnium commodis curiæ ipso facto applicatur. & similiter si damnatus ad mortem nō admissa appellatione, non fuerit traditus morti, sed ad aliud supplicium, iudex in similem pœnam incurrat: & officialis sic semel punitus, ad aliud officium nunquam recipiatur: & si per processum apparuerit, quòd cōtra formam iuris & capitulorum fuerit ad torturam processum, etiam si tortus confessus fuerit sponte, illa talis confessio nulla erit: vt habetur in c. si iustè quis appellauerit.
224 † Et est notandum, quòd fiscus nunquàm appellat à sentētia absolutoria: vt habetur in ritu incipi. vbi verò denuntiatus. de quo suprà in loco suo dixi. est tamen benè verum, quòd de iure capitulorum regni vbicūque ex officio procederetur, & daretur sententia absolutoria, à qua nullus appellabat, debebat ipsa sententia absolutoria notificari superiori, ad quem deberet appellari: isque debebat intrà decem dies rescribere

bere iudici, qui tulit sententiam, & interim cognoscere de meritis causæ: & si appellatum ab aliquo foret, vel infrà mensem à die, quo inferioris susceptisset literas, de iuribus sententiæ & processus non cognouisset, sententia in rem iudicatam transibat: vt habetur in capi. plerunque contingit. quod est sublatum per ritum, postquàm appellari non potest.

De inuentore thesauri.

225 † Si quis inuenerit thesaurum, sine speciali mandato regis capi non potest, nisi de thesauro inuento constet, vel verosimilibus indiciis appareat: quo casu potest capi & carcerari: & inde statim debet rescribi ipsi regi tenor totius processus, & quicquid inde inuentum est: vt habetur in cap. prædicti magistri procuratores.

De excommunicatis.

226 † Excommunicati qui vltrà annum in excommunicatione perdurauerint, debent curiæ seculari denunciari, ac per eam pœna debita plecti. hoc dicit text. in c. item statuimus, quòd si contingat. & hæc pœna statuitur per aliud c. incipi. si quis excommunicatione. quo cauetur, quòd talis excommunicatus vltrà annum in excommunicatione perdurãs, si comes fuerit, soluat curiæ vncias vigintiquatuor: si Baro, xij. si miles simplex, sex: si burgensis, tres: si rusticus, vnciam vnam & semis: & si secundo anno perdurauerit, est pœna dupli quantitatis prædictæ: & si tertiò, triplum: 227 & sic de singulis † Item statutum est, quod si agatur criminaliter vel de spolio vel ex quauis alia causa contrà aliquem, & per accusatum excipiatur, quòd accusator est excommunicatus, ne causa impediatur, debet procedi in causa per iudicem, ac si nullus accusator foret, & nihilominus ipsum sic excipientem de excommunicatione iurare faciat, quod exceptionẽ ipsam non calumniæ causa obiiciat, vel animo differẽdi iudiciũ: & deinde debet assignari terminus ipsi excipienti, intrà quem probet dictam exceptionem: qui si defecerit in eius probatione, debet priuari possessiõe ipso facto: vt habetur in c. regis Roberti in-228 cip. pro bono statu. † Et si fuerint testes allegati excommunicati, debẽt ad cautelam absolui: & si per eos sentẽtia fuerit lata, retractatur sentẽtia ipsa, ac si foret lata per falsos testes vel instrumenta: vt habetur in c. eiusdem regis Roberti incip. ne per exceptionis anfractum.

Vbi de crimine agi oporteat.

229 † De crimine ecclesiastico non debet agi coràm seculari, sed coram ecclesiastico tantùm: vt in ca. item statuimus, quòd officia-230 les. † Item vassalli ecclesiarum in ciuilibus nõ trahuntur coràm seculari, sed pro criminalibus: pro spretis videlicet defensis, portatione armorum, & aliis: vt habetur in c. item statuimus quòd iu-231 stitiarii. † Item de grauaminibus illatis per prelatos vel alias personas ecclesiasticas vassallis ecclesiæ

clesiæ vel aliis, potest cognoscere iustitiarius prouinciæ: vt habetur in ca. ad regale fastigium.

232 † Item malefactores aufugientes de vna prouincia in aliam, poss sunt insequi per xv. miliaria intrà aliam prouinciam, & per capientem puniri: vt in c. Regis Roberti. incipi. diuinam.

233 † Item si delinquētes aufugerint de vna ciuitate in aliam, debent capi ad requisitionem iudicis delicti, & ad eum remitti, vt puniantur: vt habetur in pragmatica regis Ferdinandi, incipi. licèt vt vniuersalis Italiæ pax.

234 † Item sciendum est, quòd pro primis causis nō debent extrahi extrà districtum proprii incolatus, vt in prag. regis Ferdinādi incip. itē quòd officiales regis. est cautum, quòd possunt capi delinquentes extrà territorium, & remitti ad iudicē loci delicti ibidem puniēdi: nisi essent latrones publici & disrobatores stratarum, qui per quoscunq; puniri possunt.

De confeßis.

235 † Cōfessiones extortæ per subgestionem & promissionem gratię, sunt nullius momenti: vt habetur in c. inci. multorum ad aures nostras.

De procuratoribus.

236 † Si vltrà decem accusantur vel inquiruntur, possunt constituere procuratorē, nisi in crimine hęresis, & læsæ maiestatis: vt habetur ī c. incip. idem studio. idē statuitur in c. inci. statuim⁹, vt quoties. sed ibi est vnum plus quod corrigit præcedens c. in quātū volebat, q ad hoc, vt pcurator cōstitui posset, debebant esse vltrà decē: sed istud c. voluit quòd si sunt decē, licèt non vltrà, possunt procuratorem constituere.

De pœnis.

237 † In pœnis fisco acquirendis pecuniariis proceditur summariè, simpliciter, & de plano: ut habetur in c. regis Caroli incipien. ab olim

238 † Pœna portationis armorum, homicidii clandestini, aliēq; pœnæ, siue certæ siue arbitrariæ, possunt si pecuniariæ sunt, componi & moderari, vbi paupertas, impotentia, vel alia rationabilis causa suaserit: vt habetur in c. regis Roberti inci. exercere volentes.

239 † Sed si proceditur contrà latrones famosos, aliosque maleficos grauium scelerum labe respersos, non potest eorum pœna corporalis in pecuniariam commutari; vt habetur in c. regis Roberti incip. ne peruerso iudicio.

240 † Demum extat aliud c. eiusdem regis, quo pinguius prouidetur, ne in vllo delicto, vbi pœna corporalis veniret imponenda, ea in pecuniariam cōmutetur sub pœna: vt in ca. ne quis sua malitia.

241 † Sed si quis bonæ conditionis & famæ aliquem vulnerauerit, & vulnus nō est letale, nec mēbri mutilatio sequitur, ad compositionem pecuniariam admitti potest: vt in c. incip. ad peruersorum. de quo suprà dixi.

242 † Item per prag. Cæs. maie. incip. & quia facilitas. cautum est, quòd pœnæ mortis & membri mutilationis, inconsulto prorege, minimè com-

mutari

mutari queunt: sub pœna, de qua
243 ibi.† Et per ritum magnæ curiæ vicariæ est cautū, quòd nunquàm deuenitur ad cōmutationem pœnæ vel compositionem, nisi parte denuntiante, remittente: vt in ritu. item ꝙ vbi proceditur ex officio. & in alio ritu incip. item ꝙ dictus locum tenens. licèt in alio ritu statuebatur, quòd posset componi de quocunque maleficio, saluo iure partis: & quando fit compositio, debet fieri in presentia iudicum, actorū notarii, & ærarij curiæ. & idē, quod suprà, statuitur per alium ritū incip. itē seruat ip-
244 sa curia nullum.† Item per aliū ritum inci. item quòd nullus accusatus. est ordinatum, ut non possit deueniri ad compositionē, nisi probato delicto per testes, vel per
245 confessionem rei. † Cōpositiones non debent fieri absque interuentu officialium ærarii, & magistri actorum: vt in constitut. causas.

De receptatoribus.

246 † Receptatores malefactorum eadem pœna puniēdi sunt, qua ipsi malefactores pro suis criminibus puniendi essent. & terra, ubi fuerint receptati per barones, per quinquennium erit fisci. & si uniuersitates receptauerint, illi, qui sunt maiores de ipsa vniuersitate, & potuerunt prohibere receptationem, puniantur, aliàs tota uniuersitas puniatur, vt pro quolibet foculari augustale vnum soluatur: vt habetur in c. regis Roberti incipi. licèt contrà recepta-
247 tores. † Sed per aliud cap. eiusdem regis Roberti incipiē. ad iniusta remouenda grauamina est statutum, quòd non possunt vniuersitates cōponere & puniri de receptatione bannitorum & aliorum malefactorum. alia verò iura regni super hoc uide suprà in verbo, banniantur.

De fideiussoribus.

248 † Fideiussores in criminalibus iurāt, sicùt ipsi principales: ut habetur in ritu incipi. in primis. & quando fideiussores se obligant pro principali inquisito de eum præsentando, si, & quoties fuerit ipse principalis requisitus, vel ipsi fuerint requisiti de præsentādo, si curia voluerit præsentiam inquisiti habere, & extraiudicialiter voluerit requirere fideiussores, vt præsentēt, debēt requirere ipsum prinpipalē, vt se præsentet: & fideiussores, vt presentēt, ad pœnā fideiussionis tenebuntur: & ipse principalis ad pœnam vnciarū quatuor. iuxtà ritū magnæ curiæ vicariæ incip. item notādum est.
249 † Et ex hoc infero, quòd licèt forma fideiussionis sit, quòd quoties fuerit requisitus ipse principalis, vt se præsentet, toties teneātur fideiussores præsentare: tamen si non præsentarit se reus, non ex hoc sunt in pœna fideiussores ipsi. quia debuerūt requiri iuxtà formā dicti ritus: licèt cōtrarium voluerit Bald. in addi. Spe. in tit. de
250 dol. & cōtu. in rubrica.† Itē debēt requiri ipsi fideiussores cū inserta forma fideiussionis: & licèt requirātur in eodē loco, vbi sunt ipsi fideiussores, debet fieri citatio clausa sigillo Iustitiæ, quo curia utitur iuxtà ritū magnæ curiæ

vicariæ

vicariæ incip. item quãdo requiritur. ego nõ vidi fieri citationem clausam: sed cũ sigillo & cum inserta forma fideiussionis, sic.

251 † Sed nunquid iudices, si, & quãdo videbitur, & ad suum libitum possint requirere fideiussores, vt præsentent principalem. Bart. & Alex. in l. pe. ff. de quæstio. dicũt, quòd nõ: sed benè si postquàm ipse principalis liberatus fuit, superuenerunt noua indicia, ex quibus posset ad torturã deueniri, & non aliter: & tunc si fideiussores non præsentant, cõdemnantur ad pœnam, & ipse principalis contumax reputatur, ac si, & proùt à principio poterat: vt ibidem habetur per Bar. & intellige si superuenerunt noua indicia in eo delicto, ꝑ quo fideiussores præstitit. adde quòd hoc est verum, quando reus fuit liberatus sub fideiussoribus factis defensionibus & purgatis indiciis: at secùs, si antè cognitionem delicti fuerit liberatus, quia eo casu possunt citari fideiussores ad præsentandum, etiamsi noua non superuenerint indicia: vt benè concludit dom. Dyn. de Mux. in consi. 39. quidã nomine Citadinus. quod nota.

252 † Sed pone, quòd reus liberatus sub fideiussoribus nouum cõmisit delictum, cuius rei causa iudex citat fideiussores, vt præsentent reum illum, dicens, quòd superuenerunt noua indicia in illo delicto, pro quo liberatus fuit ille, & quòd pro illo delicto eum comparere velit, cùm reuera non uelit pro eo delicto, sed pro nouo: quod quæso hîc remedium dabitur fideiussoribus? dicas, quòd possunt comparere, & petere, vt iuret iudex pro qua causa velit illam rei præsentationem: & cùm noua superuenerint indicia in eo delicto, pro quo fideiusserunt: & tenetur iurare: vt notabiliter cõsuluit Alber. Brun. in consil. 87. incipi. circa primum uidendum est. in fine. si tamen ipsi fideiussores offerant stare suo iuramento, & ita sępè practicaui, & practicari vidi.

253 † Sed pone quòd reuera curia eum voluerit pro illa causa, cum insuper ex nouo delicto effectus sit rebellis, an teneantur fideiussores eum præsentare. in quo Afflict. in constitu. humanitate. in 4. nota. versi. iterum quæro. dicit, quòd non tenentur: ex quo cum sit rebellis, habetur pro mortuo: & morte ciuili finitur fideiussio iudicio sistẽdi causa facta: vt dicunt Docto. in l. si decesserit. ff. qui satisda. cog.

254 † Sed finge quòd pro nouo delicto est bãnitus tãtũ secũdùm formã cõstitutionũ regni, & practicã traditã per me suprà in verbo, bãniantur. nũquid fideiussores tenentur pręsentare: in quo quidem Bar. in l. si verò. ff. qui satisda. cogan. inquit, ꝙ si fuit ille bannitus absque culpa fideiussorũ, tũc quidem si ipse reus est bãnitus tantũ, & bona non sunt publicata, fideiussores tenẽtur eum præsentare, quia potest venire reus, & purgare cõtumaciam, & sistere in iudicio: at secus (dicit ipse) dicẽdũ est in deportato, qui amittit omnia, quæ iuris ciuilis sunt, & idẽ (dicit ipse) potest dici ĩ eo deportato, si esset talis causa, in qua etiam post deportationẽ posset sistere ĩ iudicio, quia fideiussor remanet obligatus. & si bona esset publicata, & fiscus

fiscus accepisset illa bona, tunc si fideiussor promisisset fisco de iudicio sisti, ad fisci vtilitatē fideiussor liberatur. quia creditor succedit debitori. sed si fiscus illa bona non accepisset, quòd nō essent soluendo: vel promisisset de iudicio sisti priuato, tunc non liberatur fideiussor. & sic, vt vides, ī regno, cùm bannitus non statim amittat bona, tenetur fideiussor eum præsentare, non obstante, quòd sit bānitus reus pro alio delicto. secundùm Bart. vbi suprà: sed Spec. in titu. de accusa. in §. de cōtumacia accusati. ver. item quæritur: ecce Titius promisit, tenere videtur simpliciter. quòd si est bānitus reus propter aliud maleficium, fideiussor est liberatus & amplius nō tenetur: & ita dicit debere intelligi tex. in l. sed & si quis. ff. si quis cautio. & l. ij. §. fi. ff. de custo. & exhi. reo. Gandi. in titu. de aliqui. quæstion. var. in malefic. uersic. item pone quæstionem, quam Bononiæ. antepe. col. ponit quæstionem in eo, qui propter aliud maleficium fuerat bannitus banno perpetuo, & eius bona fuerant publicata. & sic, prout dicit Bart. tenet in eo casu nō teneri fideiussores: & sic non loquitur in casu nostro. sed Ang. ī l. si quis seruus. §. qui exhibendi. ff. de cust. reo. tenet simpliciter opinionē Spec. vt si reus sit bānitus ꝓpter aliud maleficium, fideiussores sint liberati, & amplius non teneantur: at secùs, si esset bannitus pro eodem delicto, pro quo ipsi fideiusserūt. quia tunc non censentur liberati. & idem videtur tenere in l. capitis. ff. de fideiussorib. in fin. & cū hac opinione nunc transeo.

255 †Sed quid si iudex dederit causam, vt reus aufugeret: vt quia iactabat se uelle carcerare inquisitum, eumque malè tractare: vel quia dixit inquisito, quòd aufugeret: an fideiussores citati ad ꝑsentādum teneantur, an minus. & in hoc reperio Barth. Cepol. in cōsi. xxv. incip. cum per ser. Iacobū, qui arguit pro & contra: tandem dicit, quòd fideiussores non ex hoc sunt liberati, sed adhuc tenentur. fatetur tamen, quòd si pœna deberet applicari ipsi iudici, ꝙ non tenerentur ad pœnā. puto tamen, si iudex dedisset causam fugæ: vt quia insecutus fuit eū: vel se iactauit de eum malè & pessimè tractando, & sit solitus similia facere cum effectu: vel persuasit expressè reo, quòd fugeret, quòd tunc fideiussores non tenentur. arg. eius, quod notabiliter dixi, Pet. de Ancha. in consi. ccccviij. incip. probata tanta sæuitia. voluit, quòd si accusator dedit causam fugæ inquisito & accusato, eius cōtumacia non obest: & ita refert & sequitur Grammat. in consil. primo post regias decisiones. nu. 23. & sic cùm cōtumacia ob dictas causas inquisito non obsit, minimè debet obesse fideiussoribus: cogitate tamen. & pro hoc facit Glo. not. in l. lege Corne. ff. ad Sylle. & multùm notabiliter tenet Cepol. in l. idē ait. ff. de
256 ædi. edi. † Illud tamen adnotandum est, quòd ad hoc, vt pœna fideiussionis possit à fideiussoribus exigi, est necesse, ꝙ fiscus accuset pœnā: aliàs non potest exigi. benè tamē verum est, si est factum mandatū fideiussoribus, ꝙ cōparerent ad dicendum causam, quare non

debeat accusari & exequi pro pœna fideiussionis, quòd tunc debet declarari per iudicem pœnam posse accusari & posse exequi: vt fuit deci. in sacro regio consilio, vt testatur Affli. in decisio. tertia
257 incip. extat obseruātia. † Quòd si carceratus fuerit reus per iudicem pro eadē causa, pro qua fideiussores præstitit, & demum aufugerit à carceribus vel à manibus familiæ, an ipsi fideiussores sint liberati: hæc quæstio latè pertractatur per Afflict. in deci. 130. inci. habuimus istum casum. qui tādem refert in sacro regio consil. Neapolitano fuisse decisum, ꝙ fideiussores ipsi sint liberati: at secùs, si fuisset captus seu carceratus reus pro alia causa: quo casu si fideiussores comparuissent & dixissent curiæ, quòd eum præsentāt, & quòd nolunt amplius teneri, etiam dicēdum est, quòd sint liberati: vt ibi dicit idem Afflict. per doctri. Io. Andr. in addi. Specul in titu. de accusa. §. sequitur.
258 † Sed pone quòd curia eum habet carceratum, nec requisiuit fideiussores, vt præsentarēt eum, an fideiussores possint ex se reum præsentare, vt sic amplius non teneantur, & curia teneatur dictam præsētationem acceptare: in hoc dico, quòd non: vt in terminis cōsuluit Ludo. Roma. in consi. 137. incip. ista promissio. tamen quādo est carceratus reus ꝓ alia causa, tenetur curia acceptare illam præsentationem: vt dicit idem Roma. in d. consi. dum sequitur opinio. Io. Andr. quæ notes.
259 † Quòd si fideiussores promiserunt reum præsentare, non adiecta certa pœna, qualiter puniūtur ipsi fideiussores, si non præsentant ipsum reum? Spec. in titu. de accusa. §. sequitur videre. num. 15. dicit, quòd quando certa pœna fideiussioni non est adiecta, tunc iudex puniet fideiussores pœna pecuniaria suo arbitrio, secundùm qualitatem & conditionem perso-
260 næ.† Sed pone quòd quis fideiussit pro aliquo de eum præsentādo toties quoties, vel de eum sistēdo iuri, & non præsentauit, nec fecit eum in iudicio sistere: quo casu fiscus accusat pœnā & exigit: an vltrà pœnam fideiussionis teneatur ipse fideiussor ad interesse parti, ad cuius instātiam ille erat carceratus: & breuiter in hóc casu habemus decisionem Afflict. in decisio. ccxxxiij. incipi. fideiussor. vbi refert fuisse decisum, quòd vltrà pœnam debitam fisco
261 tenež parti ad interesse.† Quid operentur illa verba posita in ritu: toties quoties, quæ communiter apponūtur in fideiussionibus. Ang. in l. quòd si nolit. §. si quis ita. ff. de ædi. edi. dicit, quòd operantur, quòd fideiussores tenentur præsentare usque ad sententiam: sed si dicatur in fideiussione: toties quoties, & quandocunque curiæ placuerit, tunc tenētur fideiussores etiam post sententiam repræsentare, & etiam quando est dictum simpliciter: toties quoties; per binam præsentationem liberantur fideiussores, vt euitetur infinitas. secundùm eundem Ange. in l. si finita. ff. de dāno infe. nu. 1. sed in hoc vltimo dicto contrarium expressè tenuit Imo. in d. l. si finita. quē sequitur Alex. latè. in d. l. si finita. & ibi uide Paul. de Cast. & Ludo.

Roma. &

Roma. & uide Spec. in tit. de fide-
262 iu. nu. 12. † Sed finge quòd quis fideiussit pro Titio inquisito de vulnere illato in personam Sempronii, qui ex dicto ulnere mortuus fuit, an teneatur fideiussor illum præsentare Titium: Bart. in l. si fideiussores magistratuum. ff. de fideiuss. dicit, quod si fuit proposita accusatio de uulnere, & pro ea accusatione intercesserit fideiussor, secuta morte, non tenetur. sed si nulla fuit proposita accusatio, sed tantùm quis intercessit pro inquisito de uulnere, tunc etiam secuta morte tenetur: & idem consulendo tenuit Bart. Soc. in consi. 273. in ij. lib. sed contrarium tenuit Alber. de Rosa. in l. diuersum. ff.
263 quo. lega. † Sed pone quòd quis promisit ad certam pœnam non offendere Titium, & dedit fideiussores, tandem uerò offendit, pro quo fuit citatus & contumax reputatus, & tandem foriudicatus, & sic fictè habetur pro confesso, nunquid illa ficta confessio sit tantæ potentiæ, quòd operetur, ut fideiussores possint condemnari? Philip. Cor. in consi. 211. in 3. lib. decidit, quòd non: sed debet aliter constare: aliàs non potest agi cõtrà fideiussores. imò quod plus est, dicit Alber. de Rosa. in l. cum procurator. ff. de fidein. quòd nec sufficit in casu proposito confessio uera ipsius inquisiti principalis, ut ex ea possint fideiussores
264 condemnari. † Item notandum est, quòd in regno certa meta capiendarum fideiussionum data reperitur per ritum magnæ curiæ vicariæ inci. item nota, quòd in criminalibus, quo cauetur, quòd in causa homicidii debent fideiusso-res tales esse, qui se obligent ad pœnam unciarum centum: & in causa priuati carceris, uel etiam falsitatis, ad pœnã unciarum quinquaginta & in aliis delictis, ad pœ-
265 nã unciarũ uigintiquinq;. ¶ Sed pone quod est aliquis inquisitus, qui non potest modo aliquo præstare fideiussores pro d. summa, an præstabit tales quales præstare poterit: & quid si nullos præstare poterit? hanc q. posuit Io. Mil. in sua praxi cri. in uerbo, Andreas Irus, nu. 8. & 9. fo. 150. ubi dicit, quòd si nullos præstare poterit fideiussores, præstabit iuratoriam cautionem, quòd stabit iuri: & affirmabit se fideiussorem dare non posse. & si potest præstare fideiussores, non tamen pro prædicta summa, præstabit tales, quales potest. & ita uidi millies practicari in utroque membro in magna curia uicaria, & ego ipse tempore meo practicaui: licèt tex. in c. ab illo inchoandum. in fi. satis refragetur prædictæ opinioni. tamen utcunque sit de iure, ita practicatur, ut
266 suprà proximè dixi. † Item notandum est, quòd fideiussores debent esse habiles ad conueniendum & faciendum executionem contrà eos: adeò ut nullus nobilis de Capuano uel de Nido recipi debeat: sed unus de Nido recipitur pro alio: & sic de sedili Capuano. hoc est quod uoluit ritus magnæ curiæ uicariæ incip. itẽ quòd nullus. & in eo, quod dicit text. quod fideiussor debet esse idoneus, concordat cum l. j. & ibi Alex. ff.
267 in ius uocando. ut in ea. † Item ulteriùs sciendum est, quòd fideiussiones omni die recipi possunt, siue curia regatur, siue non:

siue de mane, siue de sero: & in quacunque hora, die: præsentibus uel absentibus iudicibus. sufficit enim quòd magister actorũ eas capiat,& stipuletur nomine & pro parte curiæ: quo casu sufficit, & perinde habetur, ac si fideiussiones ipsæ essent receptæ per ipsos indices. & per hunc ritum est sopita illa longa disceptatio, quam facit do.Pe.Philip. Cor.in consi.ccxj.in iij.lib.quatenus discutit, nunquid ualeat fideiussio capta per actuarium nomine curiæ.nam,ut uides, hic ritus approbat talem fideiusionem. ex hoc apparet malè (salua pace) dixisse Afflict.in consti.magistri cameraríj.in xiij.no.qui immemor dispositionis huiusmodi ritus dixit, quod semel exclamauit in sacro regio consi.quòd fideiussio unius carcerati capta per actuarium absente iudice, non ualebat. nam secundùm eum de necessitate requiritur,quòd fiat præsente iudice.cuius contrarium,ut suprà patet,aduerte, quòd quatenus hic ritus disponit fideiusiones posse etiã die feriato capi, corrigitur per alium ritum,quem infrà referã.quia tũc per instrumentum publicum consignatur carceratus.

268 † Item est sciendum, quòd pro quolibet inquisito debent esse duo fideiussores,qui non sint clerici,nec filii familias,& debent iurare quantum ualeant sua bona detractis debitis & dotibus mulierum. & licèt ipsi fideiussores fideiubeãt ad certam summam:tamen quilibet eorum tenetur in solidum. & si sunt tres denuntiati,curia recipit quatuor uel quinque fideiussores, si sunt diuites: & quando sunt quatuor denuntiati.sufficiunt sex uel septem fideiussores diuites: sed quando sunt multi denuntiati,curia debet recipere pro medietate eos fideiussores, quos deberet recipere secundùm ordinem prædictum,& pro alia medietate ipsi denuntiati inter se,unus pro alio,fideiubent: & uocatur fideiusio uicaria. hoc uoluit ritus magnæ curiæ uicariæ incip.item pro quolibet.

269 † Ex dicto ritu notes perpetuò,quòd si sunt plures fideiussores,qui se obligant de præsentando reum ad certam pœnam, licèt non dicatur in fideiusione,quòd in solidum promittunt: tamen quilibet eorum tenetur in solidũ ex dispositione istius ritus, contrà dispositionem text. l. hoc ita. C.de duo.re.& nota, quia nemo aduertit.

270 † Item notatur ex eo, quòd quando sunt plures denuntiati seu inquisiti, tunc dantur fideiussores pro medietate: & pro alia medietate ipsi denuntiati inter se, alius pro alio, fideiubent: & sic in regno admittitur uicaria fideiusio: quod quidem concordat cum l. omnes. §. in hac autem regia. C.de episc. & cler. & notat Dyn.in l. Romanius Apulus.ff.de tut.& cura. da.ab ijs. & plenè per Specul.in titu. de satisda.§.dicto uersicu. quid de scholaribus. & habetur per Bartol. de Cap.in constitut.humanitate. nume.46.

271 † Item est aduertendum, quòd quoties contigerit iudicem uelle liberare aliquem inquisitum aliquo die feriato, tunc non liberat sub fideiussoribus: sed eo casu ille inquisitus consignatur per iudicem pro carcerato per chlamydem aliquibus recipien-

cipientibus eum: & de dicta consignatione rogatur notarius publicus,& conficitur publicum instrumentum: recipientes verò dictum inquisitum promittunt eum præsentare pri.die iuridico,& adueniente die iuridico, vt suprà, ipsum in curia præsentant,& tunc capienda est fideiussio,vt suprà dictum est. hoc voluit ritus magnæ curiæ vicariç incipien. item si esset.

272 †Et ex dicto ritu notes vnum pulchrum dictum, quòd licèt dictum sit suprà,quòd fideiussio potest capi in absentia iudicis, & per solum actuarium: tamen consignatio inquisiti,quæ fit modo prædicto die feriato,nullo modo potest fieri per actuarium absente iudice: sed necessariò fieri debet per ipsum iudicem stipulantem nomine & pro parte curiæ,& licèt ritus non procedat vltrà annullando actum, si contrarium fieret: tamen, quia ritus ille procedit dando formam qualiter capiatur vel fiat illa consignatio,sequitur, quòd forma non seruata, actus ille redditur nullus:licèt ritus vltrà non procedat annullando actum,secundùm Alexan.in consil.xxiij.in iiij.par.& sic intelligitur id quod dicit Bald. in l. non possunt. ff. de legi. & in l. si quis mihi bona. §. si coràm. ff. de acqui.hære.& habetur per Cardi.in clemen.j.§.volumus.ij.quæsti. de foro compe.& per Bald.in l.j.antep. col. C. qui admitti ad bo. & per Spec. in tit. de instrum.edi.§. iiij. versi.sed nunquid.de quo plenè per Feli. in c. cum dilecta. de rescrip.vj.col.versic.de forma. & quòd ritus ille procedat dando formam,probatur manifestè,quia vbicunque est priùs, & posteriùs ibi est.secundùm Bal.in l.j.iij.co. incipien.ex dicto ergo Roffre. C. ne. li. ter. pro. sed ritus ille dicit, quòd quando assignatur captiuus aliquibus, non assignatur illis vt fideiussoribus,sed regens assignabit illum per chlamydem illis,qui promittant ad primam diem iuridicam eum præsentare: & sic ad hoc,vt conficiatur illud instrumẽtum consignationis, est necesse, ꝙ præcedat illa assignatio fienda per iudicem per chlamydem captiui.& de illa consignatione rogatur notarius,vt conficiat instrumentum: ergo manifestè liquet requiri pro forma, ꝙ iudex consignet carceratum, & stipuletur nomine & pro parte curiæ & ita arguit Fel.in d.c.cum dilecta.in verbo,sextum signum. & vlteriùs dicit Bal. in l.vniuersa. C.de preci. imperat.offer.ꝙ forma,quę debet præcedere, est de substantia: adeò vt non possit subsequi: & sic ex prædictis teneo id quod suprà dixi.

273 †Item est aduertendum,ꝙ fideiussores,qui promiserunt pſentare reum inquisitum intrà certũ terminum, vel ad mandatũ curiæ, & nõ præsentauerunt,incidũt statim in pœnam:adeò vt nõ possint ad illam euitandum purgare moram: licèt secũdum formam iuris cõis(per l.& si post tres. ff. siquis cau.& secũdùm formam c. regni, inci.legem veterem) poterant fideiussores purgare moram. secundùm enim ritum magnæ curiæ vicariæ incipientem, item non possunt.est statutum, quòd mora per fideiussores purgari nõ potest. tu tamen videas Grammati. in decisio.xcv. incip. in causa magnifici.

vbi

vbi apparet in sacro regio consil. Neapolitano fuisse contrariũ decisum ex æquitate l. apud Celsum. §. Item Labeo. ff. de do. excep. qua tenus ibi dicitur, quòd durum est hominem possidere & pœnam exigere.
274 † Item est sciendum, quòd citatis fideiussoribus ad præsentandum, & non comparentibus in vltimo peremptorio, & effectis contumacibus, licèt postea cõpareant eodem die, non purgant contumaciam, nisi eodem die præsentauerint principalẽ: vt dictat ritus magnæ curiæ vicariæ incipien. item, quòd si condemnatus. & est ratio, quia fideiussores ipsi ad duo erant citati, videlicet ad comparendum & præsentandum, vndè licèt comparuerint, non tamen, cum alterũ non adimpleant, purgant contumaciam. & pro hoc facit, quia citatus ad respondendum libello, dicatur contumax, etiam si compareat, sed non respondeat libello, quia ad duo tenetur: vt l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de interro. actio. & Bal. & Pau. & Alex. not. in l. ij. §. in fideiussorem. ff. qui sati. cogan. & Bar. in authẽ. qui semel. C. quo. & quando iu. putarem tamen ita demum procedere dispositionem ritus, quando compareret fideiussor, & nihil allegaret: sed si talia allegaret, ex quibus meritò ad præsentandum reum non teneretur, tunc credo, quòd admittitur. quia comparere eodem die operatur taliter, quòd reponitur in pristinum statum, ac si à principio cõparuisset: vt habetur in ritu incip. item, quòd illi, qui sunt banniti, debent præstare, &c. per comparitionem enim satisfactum est, quò ad vnũ caput citationis: & quo ad caput præsentationis rei satis videtur fieri, si talia allegantur, quæ si vera essent, fideiussor non teneretur præsentare: vt pbatur in l. ij. §. si quis iudicio. cum §§. sequentibus. & l. si quis cũm fideiussorem. ff. si quis cautio.
275 † Item est vlteriùs aduertendum, quòd si fuerit requisitus principalis vt se præsentet, & minimè se præsentauit, possunt sine alia requisitione fideiussorum, cõdemnari tam ipse principalis, quã fideiussores ad pœnam fideiussionis. & hoc procedit attẽta forma fideiussionis, quòd præsentabunt eum, si, & quoties ipse principalis fuerit requisitus. hoc est quod voluit rit. incip. item eodem sero seu die faciant. & sic, vt vides, iste ritus videtur approbare opinionem Bal. in rub. de dol. & contu. quàtenus voluit, quòd tenentur fideiussores ad pœnam, si fuerit factum præceptum reo: licèt non sit factũ præceptum fideiussoribus, licèt durum nimis videatur: cùm regula sit, quòd nunquàm sententia alteri præiudicat, quando lata est in contumaciam partis se non defendentis. igitur si fertur cõtrà reum se non defendentem & in eius cõtumaciam, non debet fideiussoribus nocere: vt voluit Rom. in consil. ccxxxix. vt refert & sequitur Marsil. in singu. iiij. de quo suprà dixi. imò in indiuiduo, si fideiussor promisit aliquem præsentare intrà certum terminum, non tenetur ad pœnam, si in termino non præsentauit: eò, quia non fuit requisitus: vt habetur plenè per Marsil. in l. vnius. §. cogniturum. ff. de quæstio. & contrarium voluit ritus, de quo suprà mẽtionem feci, qui incipit, item notandum est

quare

quare cogitandum est super prędictis in facti cōtingentia: & testor Deum, quòd nunquam vidi practicatum illum ritum: sed semper vidi requiri fideiussores & principalem. est tamen bene verùm, ꝙ alius ritus incip. item quòd à bannitis. in fine. confirmat illum ritū expressè. quia dicit attendendam esse formā fideiussionis, quæ vult, quòd quoties ipsi principales fuerint requisiti, & non se pręsentarint: vel fuerint requisiti ipsi fideiussores vt præsentent, & non præsentauerint, teneantur ad pœnam.

De sodomia.

276 ¶ Committētes sodomiam igne concremantur: vt in prag. Ferdinādus & Elisabet, in qua aliàs quædam cumulaui, & ideò breuitatis causa eò me remitto.

De scoppectis & balistis.

277 † Item proiicientes scoppectis & balistis ad nocendum alicui, licèt non nocuerint, pœna mortis puniuntur: vt in prag. incip. ad restringendum. vbi scripsi. Et sic impono finem istis fragmētis ad laudem omnipotentis Dei & beati Matthæi, xvj. mensis Iulij die, anno 1554. & licèt nō omnia iura regni contineantur in istis fragmentis quò ad criminum materiam: comprehenduntur tamen frequētiora, & quæ versantur in palatiis vt plurimum.

F I N I S.